[illegible]
Shaftesbury
19.XII.1957

ANTONII AVGVSTINI IVRECOS.

Emendationum, & Opinionum Lib. IIII.

Eiusdem ad modestinum, siue de Excus. Liber Singularis.

ITEM,

Lælij Taurelli,
Ad Gallum, & legem Velleam,
Ad Catonem, & Paulum,
De militiis ex casu.

Omnia quidem secundum Pand. Flo. Editionem.



LVGDVNI,
Apud Antonium de Harsy. 15
M. D. XCI.



ANTONII AVGVSTINI EMENDATIONVM ET OPINIONVM LIBER PRIMVS, ad MICHAELEM MAIVM Procancellarium.

***



VM à primis temporibus ætatis ita nos, Mai, iuris ciuilis cognitioni dederimus, vt doctißimis hominib. audiendis multos annos peregrinationem nostram non moleste tulerimus: & cum ab eorum latere discessimus, cœpimúsq; nostras operas ad iuris ciuilis libros intelligẽdos applicare, qua in re & veterum peritorum & nostrorum temporum iuris interpretum libris vteremur; addidissemusq; curæ nonnihil Latinæ Græcæq; linguæ quod vtriusq; maximam cognitionem in nostrorum librorum optimis auctoribus videremus: Nulla res nos magis dubios incertosq; dimittebat, quàm quod non eandem omnibus legum libris scripturam quodq; molestißime semper tuli, contrariam non vno atq; altero loco, sed pæne sexcentis inueniremus. Namq; ita existimabã, non posse quemquam aliorum disceptationes definire, aut de iure interrogatum respõdere, aut discipulos docere suos, aut defendere clientes, quæ iureconsulti munia esse putantur, si de legum ipsarum verbis dubitaret. Itaq; cum didicissem optimam iuris ciuilis partem ex nobilißimis, illis libris, qui Florentiæ nunc sunt, patrũ nostrorum memoria fuerant Pisis, exscriptam esse: cum primum per cæterarum partium iuris studia licuit, à COSMO MEDICE *Tuscorum Luce humanißimo impetrauit, per* IOA. LVNAM *ciuem meum, virum ob rei militaris peritiam, integerrimam fidem generis nobilitatem, morum comitatem, Cæsari Hetruriæq; toti valde carum, vt mihi &* IOAN. METELLO *Sequano. adulescenti moribus & ingenio præclaris, tandiu illis libris vti liceret, quãdiu nostrorum librorum emendationi ope-*

ram dare voluimus. Nos vero id egimus, vt non solum quæ in nostris libris mendosa esse videbantur, mutaremus, sed etiam quæ vulgo clariora censerentur, non relinqueremus, propterea quòd ea quæ aliter scripta in aliјs sunt quod ex ipsorum librorum lectione cognouimus, adulterina aduentitiáque esse necesse est. Cum enim hi libri describi & interpretari cœpti sunt, quo tempore barbara quædam lingua erat sola, quæ ne his quidem temporibus quibus omnes disciplinæ in veterem splendorem restituuntur, aboleri potest, nec à nostris gymnasiis iudicijs, & libris expelli ea omnia quæ aut Græcè scripta sunt, aut quæ habent aliquid vetustioris elegantiæ, quæ maxima in veteribus consultis fuit, in barbara & ignota dicendi genera maxima sententiæ mutatione facta conuerterunt. Deinde cum ea quæ propter librariorum errorem non multis litteris mendosa in Tuscis illis libris sunt, in cæteris scriptorum audacia & diuersa inter se, & multis modis mendosa, maximis interpretum controuersiis causam dedissent, nos illa ipsa menda & errores, quorum maximæ parti diligens lector ignouerit eisdem pæne literis & lituris accepimus. Sed cum antiquissimum illud iuris ciuilis monumentum sine vllis aut raris verborum atque membrorum spatiis scriptum sit ipsáque litterarum figura Romanæ Græcæque veteri scripturæ proximè accedere videatur, nisi quod quædam à Gothis accepta, qui iam inde à Theodosianis temporibus Latinis Græcisque hominibus coniuncti fuerunt agnoscere videbamur, & fugientibus ob vetustatem litteris, & aliquot locis emendatorum audacia obliteratis: ad has inquam difficultates Angeli Politiani libros adhibuimus, qui primus nostrorum hominum errorem cognoscens illos libros cum suis contulit, cuius laboribus multa Digestorum loca accepta ferenda sunt, quæ aliјs eius libris vsi ediderunt, & quod ad conficiendum illum laborem tam breui tempore (nec enim tres amplius menses ei rei impendi) maximè vtile fuit, vsus sum & iudicio & ingenio præclari & libris LAELII TAVRELLI *Panensis doctissimi & integerrimi viri, cuius hac eadem in re optimè positi labores maximum propediem iuris ciuilis studiosis lumen præstabunt. His auxiliјs vsus, cum in illa festinatione non satis temporis adhibuissem ad singulorum vtilitatem expendendam (id enim solum agebam, vt penè dixerim totidem litteris*

teris

teris nostri libri, quot illi constarent) Bononiam reuersus cœpi hos ipsos libros in eam rationem emendatos, ad cæteros omnes, & ad interpretes eorum applicare: atque ita reperi me non solum expectatione mea non esse frustratum, sed longe compendio rerum superatum. Neque enim solum scribendi varietate, quæ tertio quoque verbo inueniebatur, liberatus sum: sed & permulta quæ certa esse existimantur, maximo librariorum & interpretum peccato non recte scripta esse animaduerti. Quæ cum mihi necessaria esse viderentur, quæ omnes qui iuris prudentiæ operam dant, non laterent, conceperam animo maius nostris viribus onus: omnes has emendationes, nostrorumque interpretum errores indicare. Neque id tantum cogitabam, quod pro certo putarem Florentina emendatione mutandum esse, conscribere: sed quod in Florentinis ipsis libris mancum, aut mutilum aut incertum esse existimarem & vt vno verbo dicam, omnes Quinquaginta Pandectarum libros ad illorum scripturam, à quibus orti sunt, reducere. Sed me de cursu nostrorum studiorum Illustrißimi viri FERNANDI CARDONENSIVM DVCIS *sororis viri iussa, & mihi carißimorum fratrum preces, quibus ego nihil negare possum, domum reuocant, & nostra cogitata præcipitare cogunt. Accidit tamen percommodè: quo hi ipsi libri Lælij nostri opera, qui in maximis occupationibus, maxima tamen diligentia & ante nostram lectionem & postea vsus est, quamprimum in oculos manusque omnium venient. Itaque nos Læliano munere contenti, maximos illos minutatim singula expendendi labores in aliud tempus reiecimus: tantum selegimus insigniores quosdam locos, qui nobis aut ob Tuscos libros mendosi, aut ob nostram illis de rebus opinionem non rectè interpretati esse videbantur, eosque quatuor his libris collocauimus, quos Emendationum atque Opinionum inscripsimus. His id à nobis actum est, vt illorum optimorum librorum scripturam, quippe quæ sola vt fuit, sic esse debuit maximam lucem nostris libris afferre ostendamus. Addimus aliquando quæ nostra opinio sit de rebus ab his ignoratis, qui dicendi & Latinè loquendi artem vt ceteras disciplinas, quas omnes veteres iurisconsulti complecti videbantur, à iuris scientia alienas esse arbitrantur. Librum quoque singularem ad Modestinum siue de Excusationibus, quem superioribus diebus ad illustrem ingenio, moribus*

& disciplinis ANTONIVM PERNOTVM NICOLAI F. *Atrebatensem Pontificem, cum quarto libror. nostrarum Emendationum misimus: his libris coniunximus, quod non multum ab eadem re discedere videbatur. Quæ omnia tibi arbitror qua tu es prudentia & elegantia, non iniucunda fore: non quod his rebus indigeas, vir peritissimus, & totius Citerioris Hispaniæ negotijs occupatissimus: sed quod à me, cuius parentes amasti, fratres diligis, studijs faues, hæc qualiacumq; nostræ scientiæ auxilia proficiscantur.*

*





DE FLORENTINIS PANDECTIS,

An verum sit ex eis ceteras esse exscriptas, vtque erratum in omnibus libris sit, præpostere quibusdam chartis scriptis, atque etiam titulis. I.



QVo honore, quaq; vt ita loquar, veneratione Ethruscę pandectæ Pisis olim, nunc Florentiæ habitæ sint, arbitror ignorare neminem: id tamen iure iniuriáue fiat, venit nonnunquam in dubitationem. Nam qui eos libros ab ipso Iustiniano, aut à Triboniano potius, conscriptos existimant, vt cum de alicuius loci scriptura dubitaretur, haberent homines, quò venirent, minui Cæsarum maiestatem existimant, si non omni honoris genere cumulentur.[a] Qui vero introspexere mācam aliquando, & lituris punctisq; notatam crebrius, quàm optimis libris faciendum erat, scripturam: [b] item illi, qui quod ipsi efficere non possunt, vituperant: reprehendendos eos esse arbitrantur qui in legendis illis elaborant. Sed mihi neutri audiendi esse videtur. Nam cum eos libros diligentissime perlegissem, in ea sententia sum, vt vnicum illud quidem exemplum arbitrer, ad quod omnes omnino qui hodie extant Digestorum libri conscripti sunt: sed tamen id non credā Iustiniani tēpore scriptum fuisse. Vtrunq; quib. argumentis mihi probetur, ostendam. Et principio illud, quod in omnib. reb. per magnū existimatur, prætereundum non est, omnium iuris ciuilis studiosor. hominum eam esse à maioribus acceptam opinionem, & à veterib. præceptoribus per manus ad nos traditam sententiam, illos libros integri-

a Ang. Poli. in epis. & miscel. & Bolo. interpr.

b Alc. li. iij. ca. xij. dispun. & §. Cato.

a Sall. l. j. de reb. cre.
b Bar. in rub. sol. matr.
c Alber. post Accur. l. quærebatur. §. tres partes ad l. Fal.
d Barto. l. si creditor. §. vlt. de distr. pi. l. nemo de pac. l. filiusf. §. diui. l. ea lege. C. de con. ob. cau. Alex. l. si filiofa. §. si vir. sol. mat.

tatem ſcripturæ ſemper ſeruaſſe, a totoſque Piſis fuiſſe, [b] quamuis ceteri mendoſi manciq; circunferrentur. [c] Itaq; ipſum Bartolum traditur, cum eſſet ei cum Peruſino Baldo magna de re contentio, & de cuiuſdam capitis ſcriptura dubitaretur, Piſas ad hoſce libros miſiſſe. d vulgoque fabula neſcio quæ de Baldo iactatur, manus eum in bonos lib. intuliſſe, capiteq; Cornelia lege eſſe damnatum. Sed hæc, vt dixi, fabula tanto viro minime digna, faceſſat. Illud ſine dubio eſt, in optimor. viror.
controuerſia Piſanis Digeſtis obtemperatū. Quod nun- 1
quam feciſſent, niſi ex eo libro, ceteros ortos eſſe arbitrarentur. Iam vero illud me vehementer mouit, atque adeò coëgit: quòd illorum librorum errata maximam varietatem omnibus libris crearunt his locis, quibus de ſuo noſtri emendare audebant: quibus verò erratum non eſſe illi arbitrabantur, totidem verbis eiſdemq; erroribus ſcriptum eſſe videam. Oſtendit mihi Florentiæ Lælius Taurellus iureconſultus, vir optimus, & mihi amiciſſimus, præpoſtere in omnibus libris tres
vltimas Digeſtorum chartas eſſe, propterea quod idem 2
error à ſe tum primum animaduerſus, conglutinatoris peccato in illis Florentinis libris eſſet. Quem errorem dum explico, velim, vt is qui hæc legat, librum quinquageſimum Pandectarum in manibus habeat, quo poſſit facile quæ ſcripſi cognoſcere. Solent librarij, vt facilius conglutinent libros, collectiones quaſdā chartar. facere, quas vno verbo quinterniones aut quaterniones, Græci πυντάδια appellant. His vario modo Pandectarum ſcriptores vſos animaduerti, denis ſæpe
& octonis chartis, quaternis nonnunquam & ſenis col- 3
lectionem illam componentes, prout libror. diuiſio patiebatur. Extremo autem loco quotenis chartis initio collectio illa cōſtiterit, ignoramus. extāt quidē quinq; non ante multos annos inter ſe conglutinatæ. Quod vt mihi ſit veriſimile, in Malfitana bibliotheca [e] vel vt quibuſdam videtur, in Bizantia, cum negligenter eo libro vterentur, extremæ chartæ, vt fit, aut amiſſæ ſunt, aut vetuſtas eas tales reddidit, vt Piſani, qui eos libros expoliuerunt, abſtulerint. Necque tamen eſt quod deſiderentur. his enim quæ extant, totus ille tractatus

e Vigl. ante Theophili inſtitu.

DE DIVERSIS REGVLIS IVRIS, ſcriptus olim fuit, hodie vno capite mancus eſt. Errauit tamen Piſanus (vt opinor) librarius: qui cum quinque illas diſſolutas chartas ad extremum conglutinaret, non animaduertit earum ordinem. Habuitq; errati nonnullam excuſationem, quod ea quæ ſcripturi ſumus, vt vera eſſe negari non poteſt, ſic non facile quiſquam deprehẽdiſſet. Tota autem res ita ſe habet. Quinque illar. chartar. quas extremas in Tuſcis Pandectis eſſe diximus, & diſſolutas, prima, tria extrema verba habet trigeſimi ſecundi capitis: [a] (vtor autem his numeris, qui licet illis libris non fuerint adſcripti, habent tamen veterum legum, quæ in multa capita diuidebãtur, imitationem.[b]) Secunda quoque charta, extrema quatuor verba capitis lxxiij. [c] retinuit, quod fecit, vt vtraq; ſuo loco conglutinaretur: cum imperitiſſimus quiſq; quid cuiuſq; eſſet, facile cognouiſſet. vt etiam quintam, quæ extrema erat, agnouerunt, propterea quod non tota conſcripta fuit. at reliquas duas, quoniam à duor. capitum initiis cxviij. [d] & clx. [e] inciperent, non recte conſtituerunt. Eum errorem Lælius meus ita deprehendit. extremum caput chartæ tertiæ Florentiæ eſt clix. [f] in ceteris libris, idque ita ſcriptum illic. Idem (ſignificatur autem Iauolenus) libro ſexto Epiſtolarum: non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non. vt vltimum verbum deſideretur. ſed tamen vltima charta, ante initium cc. capitis [g] veſtigia quædam tenuia apparent huius verbi PARVIT. quod verbum ſi cxcix. capiti [h] coniungatur, quod per ſe ſatis integram ſententiam obtinet, nihil efficiet: ſi vero illi clix, [i] mire quadrabit, expuncto verbo OBTEMPERAT, quod Florentiæ non eſt, Accurſius tamen proximo coniunxit. [k] ſed quoniam id verbum non ſatis cognitum, neque erat illic neceſſarium, varie ſcriptum eſt. Florentiæ extrema parte chartæ quartæ ita eſt ſcriptum: In ſolidum tenentur, hoc eſt vnuſquiſq; pro ea parte qua hæres eſt: & eadem hæc duo pũcta adſcripta, vt illic addi ſolent ad capitum finem. Accurſiani ſcribunt, hoc eſt, vt vnuſquiſq; pro ea parte, qua heres eſt, patiatur aut condemnetur, aut conueniatur. Politianus eodem errore

a l. quod attinet. de diu. reg. iur.
b l. capite quinto. de adul. inſt. de lege Aqu. in pri. & §. liberum & §. capite tertio. atque apud Cicero.
c l. quo tutela
d l. creditor.
e l. qui in ſeruitute.
f l. non poteſt dolo.
g l. quotiens nihil.
h l. ad ea. in fine.
i l. non poteſt.
k l. ad ea vbi Accurſ.

deceptus, QVA HERES EST FVIT, deſcripſit. vnde Bologninus EST SIT,& ab eo Haloander in Noricis libris QVA HERES SIT. Eſt etiam huius rei fortiſſimum argumentum ex libris iuriſconſultorum,qui ſingulis capitibus Florentiæ ſcripti ſunt, vt iuſſerat Iuſtinianus.[a] Nam fieri non poteſt, vt cxcix.[b] caput ex Vlpiani libro lxxj. ad edictum ſit, vt eſt, & cc.[c] ex eiuſdem libr. vij. Epiſtolar. cum indice eor. libror. ex quib. Pandectæ ſumptæ ſunt,Vlpiano nulli epiſtolar. libri adſcribantur. At ſi clix.[d] coniunxeris, cuius verba retulim⁹, Iauoleno adſcribetur,qui epiſtolar. libros quatuordecim ſcripſiſſe dicitur. Ex his itaq; apparet, clix. caput cc. coniungendum: quæ vero inter ea capita ſunt, ante cxviij.[e] ſcribenda: vt poſt cxvij.[f] quod Pauli eſt lib. xj. ad edictum,caput clx.[g] ſequatur Vlpiani lib. xij. ad edictum, &c. capita ex libris ad edictum Pauli & Vlpiani ſumpta adſcribantur, quoad perueniatur ad cc.[h] caput, ante quod illa, quæ antea ſcripſi, interponenda ſunt. hoc eſt capiti cxcix.[i] adſcribendũ eſt caput cxviij.[k] quod Caij eſt lib. xxvj. ad edictum prouinciale, & quæ proxima ſunt ad clx. quod alio loco collocauimus,ſed centeſimo quinquageſimo nono[m] adſcribes ducenteſimum:[n] & reliqua omnia. Hæc emendatio multo eſſet apertior, ſi vt Florentiæ eſt, omnib. libris ſingulorum capitum inſcriptiones extarent: quod vt antea ſcripſi, Iuſtinianus fieri iuſſerat.[o] Eſt enim perpetuò ferè à Triboniano in Digeſtis obſeruatum, vt quo ad rerum tractandarum ordo pateretur, libror. etiam ordo, ex quib. illa deſcribebat, ſeruaretur. Quod præſertim ſub titulo DE VERBORVM SIGNIF. & hoc DE DIVERSIS REGVLIS IVRIS ANTIQVI, factum eſt. vt ex interpretatione edicti perpetui Pauli, Vlpiani, ac Caij, quæ ad hoſce titulos pertinerent. edicti ordine ſeruato collocarentur: item quæ ex Sabinianis libris Vlpiani, Pomponij, & Pauli ſumuntur,eodem ordine, quo Sabinum arbitror ſcripſiſſe, conſcriberentur. Iſque ordo noſtra,aut Læliana potius emendatione, belle ſeruatur. Ex his apparet, errorem Piſani librarij omnes librarios ſecutos. & negare audeo, extare aliquem Digeſtorum librum, quo non

a l.ij. §. tanta. C. de vet. iu. enu.
b l. ad ea.
c d. l. quotiens.
d d. l. non poteſt.
e l. creditor.
f l. prætor.
g l. qui in ſeruitute.
h d. l. quotiens.
i l. ad ea.
k l. creditor.
l l. prætor.
m l. non poteſt.
n l. quotiens.
o l. ij. §. tanta. de vet. iure.

non idem error sit. Quibus consequens est, ex Florentinis ceteros omnes descriptos, quod si verum est, vt esse ostendi, ad eorum libror. scripturam omnes libri emendandi, omnia negotia, controuersiæque omnes transigendæ sunt, quo nihil maius aut amplius dici posse videretur. Huius sententię est non leue argumentum, quod nihil ad hanc diem sit à Politiano, Budæo, Alciato nostro, aut ceteris Græce restitutum, quod ab aliis libris sit sumptum, quàm ab his ipsis, de quibus loquimur, aut ab eorum exemplis, non ante multos annos scriptis. Huc accedit insigne erratum Læliano illi simile, explicatione facilius. Errauerat illarum Pandectarum librarius libro xxxvij. Digestorum, & post tractatum DE DOTIS COLLATIONE eum tractatum scripserat, qui in omnib. hodie libris extat, DE VENTRE IN POSSESSIONEM MITTENDO: post quem, illum quem scribere debebat, DE CONIVNGENDIS CVM EMANCIPATO LIBERIS. Id cum postea siue ipse librarius, siue libri dominus animaduertisset, in margine hæc verba adscripsit ad titulum De ventre in possessionem mitten. οὗτος ὁ τίτλος μετὰ τὸν ἑξῆς ἐστίν. duo tamen vltima verba ductu quodam calami ita coniunxit, vt ne Politianus quidem intellexerit. In eius enim libros nos Florentiæ similem notam vidimus illi, quam Græcus ille quisquis fuit, fecerat. Et cum ex Politiani libro eandem Bologninus describendam curasset: Gre. Haloander ἐξήκασιν interpretatus est, vt in Noricis libris edidit: quod verbum quid sibi velit ignoro. Esse tamen verum quod antea scripsi, erratum à librario, atque vti scripsi emendatum errorem, emendandum in ceteris esse: indice titulorum, & numero, qui ad eum titulum nonus, ad proximum octauus Florentię est adscriptus probatur. Item ex initio & inscriptione primi capitis vtriusque tractatus. Scribit Vlpianus libr. xlj. ad edictum.[a] " Sicuti liberorum eorum, qui iam in reb. humanis sunt, curam Prætor habuit: ita etiã eos qui nondum nati sint, propter spem nascendi non neglexit. Nam & hac parte edicti eos tuitus est, dum ventrẽ mittit in possessionem vice contra tabulas bono. possessio-

a l. j. de ventre in possessionem mittendo.

nis. Hæc Vlpiani verba multo aptius & manifestius scripta sub titulo DE VENTRE, post tractatum DE CONIVNGENDIS erunt. Refert enim se eò Vlpianus, vt cum sub illo proximo titulo libris consultum sit natis, hoc ventri consulatur. Cui coniungitur apte tractatus DE CARBONIANO EDICTO, eodem xlj. libro ab Vlpiano traditur. Ille autem DE CONIVNGENDIS CVM EMANCIPATO LIBERIS, ab Vlpiano lib. xl. tractatur. quod ipsum ostendit, ante illos duos esse collocãdum, & post tractatum DE DOTIS COLLATIONE, qui ex eodem libro est. Secutus autem Tribonia- 1
nus est, quo ad licuit, perpetui edicti ordinem, vt con-
a §. cum hæc. stitut. i. a de veteri iure enucleando fieri iussit Iustinianus, & id expressum est capite altero de statu hominũ. Vnde consequens est, librarij errorem omnes ad hanc diem librarios secutos, propter Græci illius emendatoris minime perceptãm notam. Item illud cognoscimus è Græcia eos libros in Italiam allatos. neq. enim fieri potuit, vt cum iuris ciuilis cognitio non ante multos
hic annos restituta sit, superiorib. in Barbarorum pro- 2
fligatione post Iustinianum actis, eiusmodi liber à Græcis librariis scriptus: aut ab eisdem emendatus in Italia, aut à Latinis hominib. fuerit. Nisi forte eos audiamus, qui Rauennam Exarchosq. nescio quos loquuntur. [b] Magis probo eos libros, cum ius ciuile Byzantij traderetur, scriptos post aliquot annos, quàm Iustinianus è vita migrauit. Fuisseq. studiosi alicuius viri in Græcia, nõ publicos, mihi fit verisimile. Maximum eius rei signum est, quod numerorum & verborum notis vsi
multis locis librarij sint, quas notas Iustinianus trib. 3
constitutionib. fieri prohibuit. [c] Hoc habent ab Iustiniani temporib. alienum: item quod antea dicebam alios reprehendere, menda frequentia partim sublata, partim scriptorem desiderantia. Quæ ablata sunt, ostendunt ad alicuius libri exemplum eos libros emendatos: quæ ad huc deprehenduntur, indicant non vt singulare quoddam iuris monumentum, vt nunc meritò habentur, initiò habitos eos libros.

b Accur. in rub. sol. matri.

c l. j. & ij. C. de vet. iure. & in proœ. digest.

QVIB.

QVIB. LOCIS MVLTI negationem aut addant, aut auferant, quid in Floren. Pand. scriptum sit.

Et principio de Noricor. libro. erratis. II.

IActa sunt, vt arbitror, superiori capite fundamenta eorum librorũ auctoritatis, quibus nostras emendationes tuemur. Neq. enim digitum progredi potuissem, nisi constituissem antea ab illor. libror. scriptura, vt pote origine & fonte iuris præclaro, discedi neutiquam posse. Nunc illud explicemus, quod maxime vtile esse censeo omnibus his, qui aut in foro, aut in gymnasiis ius ciuile tractant. & aientis negantisq. scripturæ varietatem, quod eo libello, quem superiorib. dieb. ad Antonium Pernotum Nicolai F. Pontificem omnib. naturæ & Mineruæ dotib. præstantissimum misimus, qui quartus est nostrar. emẽdationum, facere cœperamus,[a] è multis Digestorum locis auferamus. Illud tamen illic egimus, vt Noricor. librorum eo in genere errata emẽdaremus, propterea quod contra in eis minime inemendatis libris esset, atq. Florentiæ reperissem. Nunc vero & id genus quædam addemus, & multo plura, de quib. & ab Accursio, & ab ipso Haloandro, & And. Alciato, atq. aliis dubitatum est. Marcianus libro tertio Institutionum scribit,[b] Religiosum locũ vnumquemq. " sua voluntate facere, dum mortuum infert in locũ suũ: " in commune autẽ (inquit) sepulchrum etiam inuitis ce- " teris licet inferre: sed & in alienum locum concedente " domino licet inferre, & licet postea ratum habuerit, " quam illatus est mortuus, religiosus locus fit. Sic Flo- " rẽtiæ est. at in ceteris, vt etiã lib. ij. Institutio.[c] vel in Noricis libris, Et licet postea ratum nõ habuerit, quàm illatus est mortuus. Existimant autem interpretes, ratum non habere eo loco significare, eum, qui cõcesserat, pœnituisse. Sed falli eos & Florentini libri, & Theophilus Græcus institutionum interpres manifestò ostendunt.

a c. vlti.

b l. in tantũ. §. religiosũ. de diui. rer.

c §. religiosum. inst. de rer. diu.

Est enim illic RATVM, vt debet, acceptum: vt illa stipulatione, Ratã rem dominum habiturum.[a] & iuris ciuilis regula, In maleficiis ratihabitio mãdato comparatur.[b] vt religiosus locus fiat, quãuis non cõcedente domino illatus sit mortuus, modo id ratũ habuerit. In hoc Haloander cum cęteris errauit: in illo solus, capite vij. de pactis.[c] Cum enim Florentiæ, vt in aliis libris, sit, Si ob maleficium ne fiat promissum sit, nulla est obliga- » tio ex hac conuentione: edidit is, si vt maleficium fiat, » promissum sit, quod nullã haberet difficultatẽ. Item solus, quod sciã, ca. xvj.[d] Quod metus causa, edidit, Si quis per metum reus sit cõstitutus, & fideiussorẽ nolentem dederit, & ipse & fideiussor liberatur. Cum in ceteris, vt Florentiæ, esset, fideiussorẽ volentẽ dederit. Secutus au- » tem est, ni fallor, quod postea dicitur: Si solus fideiussor » metu accessit, non etiã reus, solus fideiussor liberabitur. Quasi vero prius de vtriusq. metu, postea de solo fideiussore agatur. Sed multo elegantior est vulgaris scriptura, vt nõ connexæ, sed separatæ sentẽtiæ sint, & priori specie reus metu, fideiussor sponte, posteriori è contrario contraxerint. Sub titulo quoq. de capite minutis » Paulus ait:[e] Tutelas etiam non amittit capitis minutio: » exceptis his quæ in iure alieno personis positis defe- » runtur. Haloander nõ deferuntur, qui alios scribere testatur: quæ alieno iure personis proximis deferuntur. Sed illud in Florentino & Arcursiano libro est, & ab omnib. receptum. At sub titulo ad L. Aquiliam in omnibus libris nõ recte scriptum est ca. ij.[f] consulebatur, nũ damnum iniuria videretur dedisse? Sed vt Florẽtiæ scriptum fuit: Cõsulebat, num damnum iniuria nõ videtur » dedisse, quoniam prior flagello percussus esset? Errori » causam dedit recentis cuiusdam audacia. qui in ipsis illis libris negãs verbũ circunscripsit hoc pacto NON, quo deleri olim verba solebant. idq. non recte factum esse, ex Alfeni respõso cognoscitur. Sed & caput xvj.[g] de interrogationib. in iure. mendosum circunfertur. Cuius verba Florentiæ sunt hæc. VLPIANVS lib. xxxvij. ad „ edictum. Si seruus ab hostib. captus sit, de quo quis in „ iure interrogatus respõderit in sua potestate esse, quã- „ uis iura postliminiorum possint efficere dubitare nos: adtamen

a ff. rem ratã. ha. & inst. de satisd. in pri.
b l. hoc iure. §. in maleficio. de diu. reg. iur.
c l. iurisgen. §. si ob maleficiũ. de pac.
d l. item si cũ exceptione. §. Labeo ait. quod met. caus.
e l. tutelas. de capi. minu.
f l. si ex plagis. §. i. ad l. Aqui.
g l. si seruus ab hostib. de interro.

adtamen non puto locum eſſe noxali actioni, quia non eſt in noſtra poteſtate. Haloander non peſſime edidit, Quàmuis iure poſtliminium poſſit interim nos efficere dubitare. Heruagius vero cum Noricam editionem ſequi ſe profiteatur, hoc loco Non pro nos edidit. In aliis libris legi, Quamuis iura poſtliminij poſſint iterum nos reficere. & Accurſius ait aliàs efficere, alias reficere. Sed hæc non erant huius loci. Illud videamus, quod capite XIV.[a] de ſeruo corrupto & Haloander & Heruagius à recepta Florentini libri ſcriptura diſceſſerunt. Et cum vbiq. ſcriptum ſit, In hac actione non extra rem duplum eſt: id enim quod damni datum eſt, duplatur: illi ediderunt, in hoc actione extra rem duplum eſt. Sed cum damnum duplari dicatur, non duplum extra res à ſeruo corrupto ablatas eſt, ſed alterum tantum ſoluit, quanti damnum æſtimabitur. Sic in furto dicitur, quadruplum extra rem eſſe, in vi bono. raptorum non eſſe.[b] Maius illud peccatum eſt capitis XXIV.[c] de pigneraticia actione. quod male punctis diſtinctum, & ob id negatione addita mendoſum in omnib. libris eſt. Sic autem, ni fallor, ſcribendum: Quod ſi accepit iam pecuniam ſuperfluum reddit. (Verba autem facit de creditore, qui pignus pluris vēdidit, quàm debebatur) Deinde adicit. In pigneraticio iudicio venit, & ſi res pignori datas male tractauit creditor, vel ſeruos debilitauit. Planè ſi pro maleficiis ſuis coërcuit, & cetera. Vulgo ita ſcriptum eſt: Quod ſi accepit iam pecuniam, nec ſuperfluum reddidit, in pigneraticio iudicio venit. Et poſtea interuallo facto, quo compendiaria quædam Bartoli ſententia, vt ſolet, ſcripta eſt: Et ſi res, inquit, pignori datas male tractauit creditor, & quæ reliqua ſunt. Haloander vero à vulgari eo ſolum diſcedit, quod vtraq. ſententia coniuncta, atq. addito verbo hoc QVEMADMODVM, ita ſcribit: Quod ſi accepit iam pecuniam, nec ſuperfluum reddit, in pigneraticio iudicio venit, quemadmodum & ſi res pignori datas male tractauit creditor. Sed præſtat, quod Florentiæ eſt, & nos principio ſcripſimus. Neque quemquam moueat, quod puncta arbitratu noſtro addamus, atq. mutemus. Sunt enim Florentiæ rata

[a] l. vt tantū in fine prin. de ſeruo corru.

[b] §. ex maleficiis. inſt. de acti.

[c] l. elegāter. §. & ſi vendiderit & ſeq. de pignor. actione.

admodum: & ob id multis locis in nostris libris erratum esse, paulo post ostensurus sum. Similis error est, sed non tantum nocuit, c j. de in rem verso. cuius verba sunt. Vlpianus libr. xxviiij. ad edictum: Si hi qui in po-

l. j. de in rem verso.

» testate aliena sunt, nihil in peculio habent, vel habeant; » non in solidum tamen: tenentur qui eos habent in po- » testate, si in rem eorum, quod acceptum est, conuersum » sit. Noricus tamen liber, vt ceteri vulgo: Si hi qui in po- » testate sunt aliena, nihil in peculio habeant, in solidum tamen tenentur, qui eos habent in potestate. A quibus 1
ille casus omittitur, cum peculium soluendo non est. Sub titulo vero locati capite xxxvj.[a] negans verbum ab Haloandro additum est, sed ita additum, vt idem adfirmauerit alios aliter scribere. Tractatur autem eo capite de opere auersione locato, hoc est, cum totum certa mercede locatur.[b] quamuis Accursius locationem ita factam interpretetur, vt conductor periculum præstet: quod falsum esse, alio loco scripturus sum. Interea vt

a l. opus locati.

b arg. l. vlt. de l. Rhodia. Haloan. Noue. lxiv.

» Florentiæ id caput scriptum sit, videamus. FLOREN- » TINVS libro septimo Institutionum: Opus, quod auer- 2
» sione locatum est, donec adprobetur, conductoris peri- » culo*est. Quo vero ita conductum sit, vt in pedes, men- » suras ve præstetur, eatenus cōductoris periculo est, qua- » tenus ad mensum non sit. & in vtraque causa nocitu- » rum locatori, si per eum steterit, quo minus opus ad- » probetur, vel admetiatur. His nostra opinio aduer- » sus Accursianos probari videtur. Additur postea, quod » Haloander corrupit: Si tamen vi maiore opus prius » interciderit, quàm adprobaretur: locatoris pericu- » lo est, nisi si aliud actum sit. Haloander, non est. Scio 3
» etiam in veteri quodam libro, conductoris periculo, est legi: sed in vtroq. mendose. Additur enim: Non enim amplius præstari locatori oporteat, quàm quod sua cura atq. opera consecutus esset. Capite vero xlviij.[c] de iure dotium in omnibus ferè libris

* periculum Flor.

» ro xlviij. » scriptum est: Ne si aliter obseruaremus, si intra annum nuptiæ factæ non sint, videri possit dos ex ea obligatione non deberi. Cum scribendum sit, vt Florentiæ est: videri possit dos ex ea obligatione deberi. Quamuis non nego defendi illam scripturam posse,

c l. tali facta. de iure dot.

ſi ita in optimo omnium libro eſſet. Haloandri ſolius error eſt ca. xxxvij.[a] de excuſation. eſt enim hoc pacto in omnib. ſcriptum, quos vidi: Si errore potius, quod ſe pro iure trium liberorum, quod allegabat, excuſatum crederet. quàm malitia ab adminiſtratione ceſſaſſet, vtilem actionem non dandam. is, actionem dādam, edidit. Item ca. primo de Tutela. duobus locis ſcripturam mutauit. Cum enim in Florentino libro ſit, vt in cæteris, Vſq; adeò autem ad contutores non venitur, ſi ſint ſoluendo contutores, vt prius ad magiſtratus qui eos dederunt, vel ad fideiuſſores veniatur, edidit ille, ſi ſoluendo tutores non ſint. Non inficior locum obſcurum eſſe, & difficilem, ob ea quæ poſtea dicuntur, ſed cenſeo mutari non oportere veterem ſcriptutā. Paulo pòſt, [b]quod dicitur. Nec enim eadem eſt obligatio furti ac tutelæ, vt quis dicat plures eſſe actiones eiuſdem facti, ſed plures obligationes. ille ſcripſit, vt quis non dicat. Neque etiam mutare debuit, quod capite tertio de contraria tutelæ & vtili actione, fuerat ſcriptum recte: Et ſi ante impendit in rem pupillarem, mox in vſus ſuos vertit, non videbitur vertiſſe quantitatem, quæ concurrit cum quantitate ſibi debita, vt eius ſummæ non præſtet vſuras. in Norico eſt, vt eius ſummæ vſuras præſtet. Illud cum aliis erratum, quod cap. iij. de iniuſto rupto, edidit: Sed etſi ſtante hoc (aut ante hoc) aliud teſtamentum, à quo poſthumus exheredatus nō ſit, factum ſit. Eſt enim Florentiæ, Sed & ſi ſit ante hoc aliud teſtamentum, à quo poſthumus exheredatus ſit, placet, ſiue poſt mortē teſtatoris naſcatur, ſiue viuo teſtatore, vtrumque ruptum eſſe, & ſuperius per inferius, & inferius per poſtumum. Sub titulo de hæredib. inſtituendis caput xix.[c] multo aliter interpretandum eſt, & ſcribendum, quàm vulgo fiat. eius verba ſunt hæc, in optimis illis libris ita ſcripta. Vlpianus libro ſeptimo ad Sabinum: Ex facto etiam agitatum Pomponius & Arrianus referunt, ſi quis vacua parte relicta ita inſtituerit, ſi mihi Seius heres[c] non erit, quem non inſtituerat, Sempronius heres eſto: an hic occupare poſſit vacantem portionem? Diximus antea, eum fuiſſe veteribus delendi morem, vt verba illis ſemicirculis includerent, & quamuis illo

a l. qui teſtamento. in fine de excuſ.

l. j. § plane. de tute. & ratio.

b §. vlt. e. l.

l. iij. §. plane. de contra. tute. act.

l. iij. §. ex his. de iniu. rup.

c l. ex facto. j. de hered. inſt.

loco[a] recens manus agnoscatur, hoc vero antiqua esse videtur. Et mihi probatur verbum hic negans delendū esse, sit licet in Norico, & in cæteris omnibus quos vidi. Est etiam idem verbum circunscriptum capit. xxiv.[b] depositi, non facile dicendum[c] non, est. & inductum caput. lviij. de ædilitio edicto, non prius venditori resti-" tui NON debeat. inductum quoque & expunctum ca-" put. vj.[d] rem pupilli. nam si præsens sit, & fari NON po-" test. Quib. locis negationem scribit nemo. Sic itaq; arbitror in conditione fuisse, si mihi Seius heres erit: & de Sempronio dubitatum. non de Seio, vt vulgo creditur. Ridiculum autem est, quod Accursius ait, esse qui non, quem non instituerat, sed quem institueram, scribant. Capite vero xxxvj.[e] De testamento militis, recte "fuerat: Nec institutum, cum bonæ fidei possessor fuerit, "quod inde seruari non potuisset, præstare. Licet Haloāder, seruari potuisset, ediderit: in Florentino tamen libro vna litera peccatum est. est enim præstari scriptum, non præstare. Caput etiam nonum[f] de legatis, mendosum in Norico, & in Florentino libro est, illius tamen "libri mendum maius. Florentiæ quidem hęc verba sine "mendo sunt. Pomponius libro tertio ad Sabinum: Id quod apud hostes est, legari posse Octauenus scripsit. Cetera non recte perspiciuntur, propterea quod imperitus nescio magis, an audax quidā, quem non ante multos annos fuisse suspicor, super ea, quę penè obsoluerāt, ita scripsit: ET POSTVM IN SE IN IVRE CONSISTERE, his ipsis notis, quæ eum fuisse recentem arguunt. Agnosci tamen videbatur, quod Haloāder edidit, & in Politiani libro legebatur, ET POSTLIMINIVM IVRE CONSISTERE, Lælio vero nostro POSTLIMINII, non postliminium scriptum esse visum est, quod in Mediolani ante xl. annos editis libris, vt illis temporib. diligenter satis, quo ab Alciato præceptore meo laudari audio, scriptum fuisse scio. Haloandri erratum vt dicebam, maius est, quippe qui, Id quod apud hostes est legari non posse, ediderit aduersus "omnium librorum scripturam. Sic etiam capite lxviij.[g] "libro secundo de legatis, vulgarem hanc scripturā mutauit: Sed si pars fundi simpliciter, non quæ Mæuij fuit, lege-

a l. si ex plagis ad l. Aqui.

b l. lucius. i. de pos.

c l. quæro. de æd. eci.

d l. seruum. rem. pu. vel. ad s. f.

e l. militis. §. miles in supremis. de testa. mil.

f l. id quod. de lega. primo.

g l. Mæuius. §. duor. de lega. ij.

legetur, solutio prior non peremit alteram actionem & solutio prior perimit: scripsit. item pro neque plures in vno fundo dominium iuris intellectu, non diuisione corporis optinent. Namque plures edidit. Sed videndum est, ne non diuisione, sed DIVISIONEM, scribendum sit. quod Florentiæ fuerat scriptum, & hodie vltima littera deleta extat. Totus quidem certe hic locus habet difficultatem. Illud etiam non placet, quod cap. xcviij.[a] de cond. & demonstrat. scripsit: Titiæ si nupserit ducenta, si non nupserit centum legauit. Multo enim melius Florentiæ hoc pacto est. Papinianus lib. vij. Responsorum: Titiæ si non nupserit, ducenta, si nupserit, centum legauit: nupsit mulier, ducenta, non etiam centum residua petat. Ridiculum est enim eandem & vt viduam, & vt nuptã admitti. Sed oblitus Haloander esse videtur, quod capite lxxij.[b] scriptum esset: perinde scilicet haberi, ac si mulier condicioni paruisset. Caput vero vj.[c] de coniungendis cum emancipato liberis, iam inde ab Accursio dubitatur quo pacto scribendum sit. Florentiæ quidem ita scriptum est. SCAEVOLA libro v. Quæstionum: Si quis filium habens in potestate, extraneum in nepotis locũ quasi ex eo filium natum adoptet, mox filium emancipet: non iungetur hic nepos filio emancipato: quia desiit esse emancipato ex liberis. Noricus liber habet: Quia non desiit esse emancipatus ex liberis. Eleganter Florentiæ scriptum est caput vj.[d] de manumissis vindicta, contrà quàm in aliis omnib. libris est, his verbis. Iulianus libro secundo ad Vrseium Ferocem: Seruus communis: quin à minorib. viginti annis dominis possit apud consilium manumitti, quamuis vnus ex sociis causam adprobauerit, dubium non est. Errori vulgari causam dedit, quod non intelligeretur, quid esset causam adprobare. est enim hic, in consilio Prætoris aut Consulis adesse, ad quod adsessores,[e] pedanei iudices, & iurisconsulti aduocabantur: vt elegantius Alciatus noster tradit libro j. παρέργων quàm Theophilus j. Institutionum. Hi causam manumittendi probabant, vt liceret minori xx. annis ex Lege Ælia Sentia manumittere. Et ipse quidem Consul aut Prætor minor,

a l. Titiæ. de cond. & dem.

b l. mulieri. & Titio. eod. ti.

c l. si quis filium. de con iun. cum em. lib.

d l. seruus cõmu. de man. vind.

e l. vlt. de off. adse. Alciat. lib. I. ca. xli. Pater. Theo. §. eadẽ. quib. ex cau. man.

nisi causa probata apud collegam, manumittere non poterat: [a] at qui in seruo partem haberet, ex Iuliani sententia in consilio esse poterat. Quod si de dolo consensu eius, vt Accursiani credunt, actum esse existimemus: Florentina scriptura nullam dubitationem, vulgaris minime, nisi ego fallor, veram sententiam obtinet. Dinus quidem apud Albericum [c] varietatem hanc agnoscit, Haloander cum vulgari facit: Nos, & optimus ille liber, & rei ipsius tractatio illud affirmare cogit. Sed reliqua videamus. Addidit Haloander negandi verbum cap. iij. [d] de statu liber. Florentinæ scripturæ, cuius Accursius mentionem facit, non probans tamen. Est autem hæc: Stichus: si hæredi meo anno seruierit, liber esto. Quærendum est, annus quomodo accipi debeat? an qui ex continuis diebus trecentis sexaginta quinque constet, an quibus libet? In Norico libro est, an qui non quibuslibet? aut qui bissexto? quod Accursius probat. Sed QVIBVSLIBET interpreror, non continuis, vt postea dicitur: si quibusdam diebus aut valetudo, aut alia iusta causa impedimento fuerit, quominus seruiat. quò vero Haloander respexerit, non intelligo. Item capite xxv. [e] de acquirenda vel omittenda possessione, in Florentino, & Norico libro librariorum, vt arbirror, peccato, ita scriptum est: An vero, quod quasi magis probatur, vsque eo possideamus, donec reuertentes non aliquis repellat. Et scribendum esse nos, pro non, existimamus. Sic etiam Heruagium capite xiij. [f] de interrogationibus errasse, antea scripsi. Qui tamen hoc loco, vt volumus, Nos edidit. Errauit eodem pacto Tuscor. libror. scriptor cap. j. de legatis lib. iij. [g] Hæc vtique nemo credet in testamentis non esse probaturos. Recte autem factum est, cum neuter error latius patuerit. Omnium librorum error est, capite xv. [h] de vsurpationib. & vsucapionib. illis verbis: Si seruus, quem possidebam, fugerit, nisi pro libero se gerat, videbitur à domino possideri. Est enim scribendum, vt Florentiæ est, Si pro libero se gerat. Sub titulo De tabulis exhibendis, capite primo ad extremum ita dicitur, Sed & si deletum sine dolo sit testamentum. in Norico libro est, Sed etsi dolo testamentum sit dele-

tum

a l. vn. de off. cons. l. apud filium. §. j. de man. vin.

bar. §. vlt. inst. de don. l. vn. C. de cō mu. ser. ma.

c Albe. d. l. seruus.

d l. cum heres. §. stichus. de statu. lib.

e l. si id quod §. vlt. de adq. pos.

f l. si seruus. de interro. in iure.

g l. j. §. j. de lega. iij.

h l. si is qui pro em. §. si seruus. de vsuc. l. j. in fin. de tab. exhi.

tum, priorem ſcripturam Accurſius probat, & Tuſcus liber. De itinere actuq; priuato, cap. v.[a] ita ſcribendum, Si quis ſeruitutem iure impoſitam non habeat, habeat autem velut longę poſſeſſionis prerogatiuam ex eo, quod diu vſus eſt ſeruitute, interdicto hoc vti poteſt. Haloander tamen, ſi quis ſeruitutem iure impoſitam habeat, neſcio quid ſecutus ſcripſit. Capite vero vij.[b] de exceptio. vulgarem errorem ſecutus eſt, illis verbis, Quia ſi deceptus non ſit. Eſt enim in optimo illo libro, Quod ſi deceptus ſit in re, tunc nec ipſe ante habet auxilium, quàm reſtitutus fuerit, nec fideiuſſori danda eſt exceptio, vt differat, in re deceptus ſit, an ab alio circunſcriptus minor: quod Accurſius probare videtur. IN RE autem ſcribendum, non IVRE, vt multi ſcripſere. Caput quoque xxxij.[c] de obligatio. & actio. varie ſcriptum eſt Florentiæ hoc pacto. PAVLVS libro tertio decretorum. Conſtitutionib. quibus oſtenditur hæredes pœnæ non teneri, placuit, ſi viuus conuentus fuerat, etiam pœnæ perſecutionem tranſmiſſam videri, quaſi lite conteſtata eo mortuo. Haloander tranſmiſſam non videri, edidit: alij, remiſſam. Sunt etiam qui non eo mortuo, ſed cum mortuo ſcribant, vt aliquando Florentiæ fuit. Mihi illud probatur propter xxv.[d] cap. quo dicitur, Omnes pœnales actiones poſt litem inchoatam & ad hæredes tranſeunt. EO autem MORTVO, Haloander poſt mortem interpretari viſus eſt. Ego vero totum illud quaſi lite conteſtata, eo mortuo, ita interpretor: vt quaſi is mortuus ſit poſt litem conteſtatam intelligamus. Illud miror proditum ab Accurſio[e] quid in optimis libris ſcriptum eſſet, & ne Haloandrum quidem eos ſecutum eſſe cap. viij.[f] de acceptilationib. cum non ineptiſſimè ſcriptum eſſe videatur. VLPIANVS lib. xlviij. ad Sabinum: An inutilis acceptilatio vtile habeat pactum, quæritur? & niſi in hoc quoque contra ſenſum eſt, habet pactum. Cum alio loco Paulus ſcribat,[g] ſi acceptilatio inutilis fuit tacita pactione id actum videtur, ne peteretur. Vulgaris tamen ſcriptura eſt, & niſi in hoc quoq; conſenſum eſt, non habet pactum, aut nec habet, vt in Norico. Alij apud Accurſium ſcribunt, niſi con-

a l. apparet. §. ſi quis. de itine. actuque priu.

b l. exceptiones. in fin. de excep.

c l. conſtitutionib. de acti. & obli.

d. l. omnes. e.

e Acc. l. an inutilis. de acc. l. ſi vnus. §. vl. de pactis.

f d. l. an inutilis.

g d. l. ſi vnus §. vlt.

vl.iij.de pub. id.

tra ſenſum eſt, non habet pactum. Hac tamen in re aqua hæret.Item cap. iij. de publicis iudiciis. Cuius verba in Tuſco libro hæc ſunt: VLPIANVS lib. xxv. ad "Sabinum : Publica accuſatio reo vel rea ante defunctis "permittitur.in aliis vltimum verbum eſt PERIMITVR. in Norico, NON PERMITTITVR. Cap. vero xj.[a] de captiuis, non recte ab Haloandro negandi verbo ex Bulgarino apud Accurſium accepto, editum fuiſſe, alio loco à nobis ſcriptum eſt. [b] Amouendum quoq; eſt id verbum ab Noricis libris ca. ij. de adminiſtratione rerum.illis verbis non ſecundum legem vſurpata reuocentur. Addēdum autem omnib. libris capite lxxix.[c] de verborum ſignificatione. Eſt enim in Ethru"ſco libro : Vtiles impenſas eſſe Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, non deteriorem eſſe non ſinant. Quibus verbis ſignificantur,non ſatis eſſe illis impenſis dotem deteriorem eſſe non ſinere, ſed meliorem dotem facere oportere:eſſent autem illæ neceſſariæ, cum eodem loco neceſſariæ eſſe dicantur, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit. Sic capite v. [d] de impenſis dicitur : Vtiles autem impenſæ ſunt, quas maritus vtiliter fecit, remque meliorē vxoris fecerit, hoc eſt dotem, quæ verba Haloander immutauit hoc pacto:Vtiles autem impenſæ ſunt,quas maritus vtiliter fecit,quæque rem mulieris meliorem reddunt. Hoc miror præceptorem meum fugiſſe. Illud recte ſcribit cap.clxxxiij.[e] Tabernæ appellatio declarat omne vtile ad habitandum ædificium, non ex eo quod tabulis claudatur.eſt enim ita in Tuſco codice, niſi quod CLVDITVR veteri more ſcriptum eſt,pro CLAVDITVR. In Norico, nempe ex eo, vt gratificatum Grammaticis videatur : quos non reprehendit Iuriſconſultus in verbi origine, ſed ab eis in ſignificatione diſcedit. Reprehendendus autem Haloander, quòd vt parciſſime dicam, ineleganter caput iij. de diuerſis regulis iuris antiqui, ediderit : Eius eſt non velle, qui poteſt & velle. Minus male ceteri, eius eſt nolle ediderunt. Neque enim illi audiendi ſunt, qui aliud eſſe dicant non velle, atque nollé. [f] Nam vt Cicero ait in Oratore : Libenter veteres copulando verba iungebant,

a l. quod filius de capti. b lib. iij. ca. x. l. ij. in pri. de adm. re. ad ci. per.

c l. impenſæ. de verb. ſig.

d l quod dicitur. in fin. de impen. in res .dotales fact.

e l. tabernæ. de verb. ſig. l. iij. de reg. iur.

f Accurſ. l. Titius. j. de acti. emp. Bar. & Imo. l. iam dubitari de her. inſti. Alex. l. qui ſe patris. C. vnde libe. nu. 7. & 8. Panor. & ceteri.

bant, vt sodes, pro si audes, sis pro si vis; nequire pro non quire, malle, pro magis velle, nolle, pro nō velle. & alio loco: Non scire barbarum iam videtur, nescire dulcius. Itaq; non arbitror elegantes viros, quales iureconsulti illi fuere, eo dicendi genere vsos. Non ignoro Haloandrum id scribendum curasse sub titulo de adquirendo rerum dominio in calce ix. capitis,[a] item constitutione tertia de thesauris,[b] sed in eo abusus est veteribus libris, nostrorum temporum vitio. Quod etiam fecit, vt Cælestinus Pontifex eo verbo vteretur,[c] & alij, quorum erroribus facile ignoscendum est. Sed ad tertium illud caput reuertor. est id Florentiæ ita scriptum. Vlpianus libro tertio ad Sabinum. Eius est non nolle, qui potest velle. Interpretari autem id facile licet capite primo de tributoria.[d] Scientiam hic eam accipimus, inquit Vlpianus, quæ habet & voluntatem. Sed vt ego, inquit, puto, nō voluntatem, sed patientiam. Non enim velle debet dominus, sed non nolle. Miror tamen Constantinum Harmenopulum libro extremo τοῦ προχείρου ita vertisse. ὁ δυνάμενος θέλειν, δύναται καὶ μὴ θέλειν. nisi credendum sit, duarum negationum vim Græce interpretatum, non ad Latinæ linguæ vsum. Sed hæc tamen hactenus.

a prudentiā. §. sexta. de of. del. Deci. d.l.iij. de reg. iur. al. qua ratione in fi. de adq. rer. d.
b l. iij. C. de thesau. lib. x.
c d.c. prude. §. sexta.
d l.i.§. scientiam de trib. actio.

De eodem genere errorum in aliis libris. III.

LOngiores proximo capite fuimus, quàm putaueramus initiò fore: tamen in hac re omnium, vt arbitror vtilissima, satietas esse nulla potest. Quod si quis existimat me Haloandri, probi, vt opinor, viri, & de iure ciuili bene meriti laborib. inuidentē, lōgius esse prouectū, quàm necessitas rei cogere videbatur: næ is fallitur vehementer. Tantū enim Gre. Haloandro defero, cū ob eam diligentiam quam in edēdis Iustiniani libris adhibuit omnium maximā, tum ob Nouellarū constitutionū & Græce & Latine à se primū editarū munus: quātū alium deferre scio neminē. Eo tamen antea animo eius libros reprehendi, quod his libris sepius facere cogor,

vt si ab his non multis mendis purgentur, in omnium manibus versari, & haberi possint: quod ipsum quantum ostendat beneuolentię meę signum, nemo non videt. Fuit autem id à me necessariò factum, vt in vno genere librorum versarer: & accidit percommode, vt tanta diligentia Norici essent ab Haloandro scripti, Num si omnib. iuris studiosis prodesse voluissem, vt cupio & spero: omnes omnium librorum errores me, quod in infinitum erat, significare oportebat. Nunc his libris comparatis, qui iam multis exemplis exscripti in omnibus bibliothecis ad manum habentur nostræ emendationes omnib. facile, vt desidero, erunt visitati. Hac vna tamen in re à me ipso discedo. propter rei compendium, & quales spero fructus. & hoc loco quantum Norici libri cæteri præstent, ostendam: multa enim loca (quod paulo antè sum pollicitus) contrà atque oportuit, & in Norico, & in Tusco libro est, edita numerabo. Et principio illa, quorum varietatem Haloander significauit, scribam. Scribit Papinianus lib. ij. Quæstionum, [a] Exheredatum quoque filium luctum habere patris memoriæ placuit, idémque & in matre iuris est, cuius hæreditas ad filium non pertinet. Haloander ait: alij, ad filium pertinet. Paulus lib. viij. ad edictum: [b] Furiosus non est habendus absentis loco, quia in eo animus deest, vt ratum habere non possit. Accursius ait esse qui sine NON scribant, possit. Vlpianus lib. xv. ad edictum, [c] Quia tamdiu quis habet noxæ dedendæ facultatem, quamdiu iudicati conueniatur. Accursius, quidam non conueniatur scribunt. Idem Vlpianus libro xvj. ad edictum: [d] Puto autem (inquit) ab omnib. qui tenent, & habent restituendi facultatem, peti posse. Haloander, qui supradictas quoque varietates significat, hoc loco quosdam scribere ait, peti non posse. Africanus libr. viij. Quæstionum: [e] Cum vtriusque domini periculum in rebus peculiaribus esse debeat. Haloander neutrius domini in margine scripsit. Paulus lib. ij. ad Plautium: [f] Propter quæ fiat, vt patris familias nomine respondendo non obliger. in margine Norici libri, obliger. Callistratus lib. ij. Quæstionum: [g] Eorum vero qui ita seruauerunt, inuicem rationem haberi non debere ab eo qui

a l. vlt. de his qui not. infa.

b l. ij. de procurat.

c l. item veniūt §. idem recte. de here. petit.

d l. officium. in fine. de rei vin.

e l. sed post quam. cōmu. diui.

f l. confessionib. de interro. in iure.

g l. nauis onustæ. §. I. de l. Rho.

eo qui in nauigatione iactum fecit, si quædam ex his mercibus per vrinatores extractæ sunt. Quidam, non sunt, scribunt. Iauolenus lib. vij. ex Cassio: [a] Demonstratione fundi facta fines nominari superuacuum est. Si nominentur, etiam ipsum venditorem nominare oportet, si fortè alium agrum confinem possidet. in Norico libro non rectè hæc verba distincta sunt, & est in margine scriptum, Igitur si non nominentur. Illud falsum est, quod Accursius ait capite x [b] de tutelis, Pisanam scripturam esse, Et iam municeps tutor dari potest, dummodo municipi detur. Est enim hæc. VLPIANVS libro secundo ad edictum. etiam non municeps tutor dari potest, dummodo municipi detur. quam Haloander iure secutus est. Sic etiam falli existimo ca. I. de verbor. obligationib. [c] cuius verba Florentiæ sunt hæc. VLPIANVS libro quinquagesimo ad edictum: In illa stipulatione per te non fieri, non hoc significatur, nihil te facturum, quominus facere possis: sed curaturum, vt facere possis. In quib. si bis POSSIS pro POSSIM scriptum est, non repugno: falsum tamen est, in Pisano libro deesse NON, quod Accursius adserit. Nisi fortè vtroque loco Pilei liber, non Pisanus intelligendus est: quod erratum facile ex hac nota, PI. manare potuisset. est autem vterq. locus rectè ab Haloandro editus. Marcellus quoq. lib. viij. Digestorum [d] scribit: Periniquum est eum cui fortè post viginti annos, vel amplius, in mentem venit tutelam reposcere etiam vsuras postulare. Haloander, aliquos non venit scribere, ait. ego existimo eosdem, per annos, non post scripsisse: vt alicubi vidi. Paulus lib. vij. Quæstionum. [e] Nam quem ille non dedit tutorem, eum voluisse tutelam administrare filij, dicere non possumus. cæteri omnes præter Noricum & Florentinum librum NOLVISSE habent. cętera quoq. diuersa hoc pacto: Nam ille qui non dederit tutorem, eum noluisse tutelam administrare filij, dicere non possumus. Vlpianus lib. xxxvj. ad edictum. [f] in ordinem subsidiaria actio non dabitur, sed in magistratus: nec in fideiussores eor. Haloander in margine nec in magistratus. Caius lib. xv. ad edictum prouinciale: [g] Si eodem testamento miles eundem hære-

[a] l. cum seruo. de cõtr. emp.

[b] l. etiam. de tutelis.

[c] l. in illa. ij. de ver. obli.

[d] l. maximeq. de admi. & per.

[e] l. ex his. de excus.

[f] l. i. in pri. de magi. conue.

[g] l. si certarũ. §. si eodẽ. de testa. milit.

„dem,deinde exhæredem ſcripſerit,adempta videtur hæreditas. Cùm in paganorum teſtamento ſola hæreditas exhæredatione adimi non poſſit. Accurſius eſſe etiam ait,qui adimi poſſit,ſcribant:& vt ſolet,vtramque ſcripturam interpretatur. Vlpianus libr. viiij. ad Sabinum: [a] In arbitrium alterius conferri legatum, veluti „conditio poteſt. Quid enim intereſt, ſi Titius in ca„pitolium aſcenderit, mihi legeretur:an ſi voluerit? Accurſius de interrogatione inter Ioannem & Rogerium controuerſiam fuiſſe refert. Haloander ſcriptum hoc pacto aliquando: In arbitrium alterius conferri legatum, veluti conditio non poteſt. Quia enim intereſt, & cætera. Nos hac de re alio loco ſcripſimus. [b] Celſus libro nono Digeſtorum: [c] Seruus quoque legatus „ſi interim manumittatur, & poſteà ſeruus factus ſit, pe„ti poteſt. Accurſius notat eſſe qui, non poteſt, ſcribant, "Papinianus libr. vij. Reſponſor. [d] ſi fundi Seiani pretium fundi Mæuiani pretio non magna pecunia diſtin„gueretur. Accurſius non debere ait deeſſe verbum ne„gans, vt deerat in aliquibus libris. Vlpianus libr. lxxix. ad edictum: [e] Planè ſi quis omiſſa ſtipulatione litem de legato conteſtatus eſt, probandum eſt ceſſare debere ſtipulationem. Vulgò, nec ceſſare ſcriptum eſt. "Idem lib.xlj. ad edictum: [f] Planè ſi mater concedat hunc "quoque defuncti filium eſſe, idcircóque partem dimi"diam hæreditatis ſolam ſibi vindicet ex bonis pater"nis, non erit iudicium in tempus pubertatis differen"dum. Sic Florentiæ ſcriptum eſt. in Norico eſt eadem "ſententia aliis verbis: Planè ſi mater non negat, & cætera. Sed in margine, negat. Quam varietatem Accurſius notauit: ſed error increbuit. Item ille apud Paulum lib. liiij. ad edictum. [g] Cuius verba Florentiæ ſunt »hæc: Commodius dicitur, etiam ſi ſciero rediiſſe eam »in meam poteſtatem. Nec enim ſufficit, ſi eam rem, »quam perdidit, ignorante me ſeruus adprehendat: ſi »modò in peculio eam eſſe volui, nam ſi nolui, tunc »exigendum eſt, vt ego facultatem eius nactus ſim. At in vulgarib. libris eſt: Si modò in meo peculio eam eſſe nolui,nam ſi volui.item perdidi,nõ perdidit: de qua ſola varietate mẽtionem facit Accurſius. Nam cùm dicit, Nolui

a l.i. de lega.ij.

b lib. iv. ca. xv.

c l.ſi chorus. in fi. de leg. iij.

d l.i. de reb. dub.

e l. in fine pri.vt lega.

f l.iij. §. ſi is qui ſtatus.de carb.edi.

g l. ſequitur §. Labeo. de vſurpa. & vſuc.

Nolui scilicet esse in peculio, aptius est Florentinæ & Noricæ scripturæ, quàm vulgari. Eodem pacto apud Vlpianum libro lxx. ad edictum,[a] vel in Accursiano libro scriptum fuisse arbitror: Si quis cùm non denuntiasset opus se facturum, eíque denuntiatum esset, ne faceret, fecerit, vtilius puto probandum vi eum fecisse. In vulgarib. est, cùm denuntiasset. Item apud Iauolenum libro xj. Epistolar.[b] Ea enim locatio, quam secutus es, perinde est ac si interposita nō esset, & si statim tu opus facere cœpisses. Vulgo est, ea enim locatio, quam secutus non es. Licet hoc loco non multum interest, quoniã alterum ad rem gestam, alterum ad rem, à qua recessum est, spectat. Illud miror, fuisse qui scriberet apud Paulum libro nono ad Sabinum[c], quod Haloander notat. Nec potuit post furtum factũ, & cætera, cùm in omnib. libris sit: Sed potest post furtum factum tabulas nanctus esse actor, vt ex eo probet, quãti sua interfuerit, si tabulas nanctus non esset. item apud Marcum libro ij. de re militari:[d] scriptum est, & si sine ignominiæ mentione missi sunt, nihilominus ignominia missi intelleguntur. Sed Haloander refert contrariam scripturam, vt nihilo magis dicatur. Hæc habui quæ de Haloandrinis dubitationibus scriberem, ita enim interpretor, quod is variè scriptum ostendit. Nunc de eodem genere errorum in aliis libris præter Noricos, quos Haloander non significauit, tractemus. Scribit Vlpianus libro iiij. de officio Proconsulis:[e] Cùm de consuetudine ciuitatis vel prouinciæ confidere quis videtur, primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradicto aliquando iudicio consuetudo firmata sit. Accursius non, contradicto, arbitratur melius scribi: ego contra sentio. Illud nihil interest capit. xvj.[f] de statu hominum. scribatúrne, quæstio ergo facti potius est, non iuris, vt Florentiæ est, an, facti potius est quàm iuris. vt vulgo. Sed quod Politiano[g] debemus, intererat. esséτne negans Florentiæ verbum capite xij.[h] de officio Proconſ. vbi id caput ita scriptum est. PAVLVS libro secundo ad edictum. Legatus mandata sibi iurisdictione iudicis dandi ius habet. Sunt enim, qui apud Accursium, ius non habet, scribant. Papinianus verò lib. x. Responsor.[i] ait: Sed venalicia-

a l. aut qui aliter. in fin. prin. quod vi aut clam.

b l. stipulatus es. in fine. de fideiuſ.

c l. quidam de furtis.

d l. milites agrum §. missionum. de re mili.

e l. cùm de consuetudine, de legib.

f l. idẽ. erit. de statu homin

g Poli. cap. lxxviij. Miscel. Nebriſ. verbo non. & Bud.

h l. legatus mandata. de offi. proco.

i l. mandatũ. distrahẽdo. mand.

riū ex prouincia reuersum Publiciana actione non vtiliter acturum. Et sunt qui scribant, non inutiliter acturum. Haloander inutiliter edidit. & vt verum fateamur, eo capite priora posteriorib. non cohærere videntur. Neq. Accursium audio, venaliciarium seruor. emptorem interpretantem: fuisse enim aliquot emptores, antea dictum erat. Melius cognoscitur quis ille fuerit ex capite ccvij. [a] de verbor. significatione. quo mangones appellantur, qui seruos vendere solent: quod ex eius ipsius capitis initio cognoscitur. De illa autem Bartoli cum Baldo controuersia, qua de capitis vij. [b] de distractione pignorum scriptura fuit dubitatum, dictum est à nobis antea. Quod vero capite, vj. [c] de excusationib. vulgo circūferebatur. & neq. iudicare, neq. legatos esse, neq. in militia numerari volentes, neq. ad alium famulatum eos cogi. minus malè in veteribus libris est. numerari nolentes: & in Noricis, inuitos. Sed Florentiæ, cum illa è Græcis Modestini libris sex Excusationum sumpta sint, Græcè ita habentur, vt Heruagius primus
" edidit. καὶ μήτε κρίνειν, μήτε πρεσβεύειν μήτε εἰς στρατείαν 2
" καταλέγεσθαι ἄκοντας. Quæ nos cum cæteris, quæ ex illis Modestini libris accepta libro xxvj & xxvij. Digestor. extant, vertimus, [d] & ad Antonium Pernotum nostrum misimus. Errauit tamen postea is qui ex Politiani libro sextum illud caput descripsit, qui Alciato nostro detulit, vnde Heruagius accepit. Nam cùm vulgo scriptū sit, [e] Legum verò doctores in aliquo præsidatu docentes remissionem non habebunt: Romæ autem docentes, à tutela & cura remittuntur: quod etiā Haloander edidit: Heruagius hoc pacto: νόμων δὲ διδάσκαλοι 3
" ἐν ἐπαρχίᾳ διδάσκοντες ἀφίενται. Cùm Florentinæ sit,
" ἄφεσιν οὐκ ἔχουσιν, ἐν ῥώμῃ δὲ διδάσκοντες ἀφίενται quod
" cum vulgari, Barbaraq. interpretatione conuenit. Sed alia videamus. Capit. xxiij. [f] sub eodem illo titulo, variè scriptum est, si Accursio credimus. Florentiæ, & in Ha-
" loandri, ita. VLPIANVS libro ij. Responsorum: Propter magistratum, quem in municipio quis erat administraturus, tutelæ excusationem non habere respondi. Sunt tamen qui HABERE scribant. Illud mihi interest apud Paulum lib. v. Sententiar. [g] verecundum, vt vulgo, an inuerecun-

a l. merces. ij. de ver. si.

b l. si creditor. in fi. de distr. pign.

c l. si duas §. de philosophis. de excus. aut. l. sed & reprobari.

d lib. fin. ad Modest.

e §. amplius in fine. e. l.

f l. propter. magistratum. eo.

g l. ex imperfecto. de lega. iij.

verecundũ, vt Florẽtiæ, scribatur. quod Accursius notat, neq. belle interpretatur, valde verecũdum: est enim impudens potius. Illud interest, quod apud Papinianũ lib. viij. Responsorum [a] corruperunt illis verbis: Ælio Philippo fidei commissum ita datũ videri, si ei Procula defuncti filia nubere noluisset. Scriptũ enim in multis libris est. nubere voluisset. Sed & apud Callistratum libro ij. Quæstionum: [b] Nam legatum purum inuenitur, & ideò non vtile sit. Sed Florentiæ & in Norico est, inutile sit, quam varietatem Accursius notat. Adde apud Iulianum libro xxiv. Digestorũ [c] esse, qui negans verbum auferãt illis verbis: Ideò si est prima parte edicti bonor. possessionem non petierit. Itẽ nobilitato illi capiti primo de operis noui nũtiatione, & sub titulo de remissionibus illud ita scriptum in Tusco libro est. Vlpianus lib. lij. ad edictum: Hoc edicto promittitur. vt siue iure, siue iniuria opus fieret, per nũtiationem inhiberetur, deinde remitteretur prohibitio hactenus, quatenus prohibendi ius is qui nuntiasset, non haberet. Alterum hoc pacto. VLPIANVS lib. lxxj. ad edictum: Ait Prætor, Quod ius sit illi prohibere, ne se inuito fiat, in eo nũtiatio teneat. Cæterum nuntiationẽ missam facio. Sub hoc titulo remissiones proponuntur, & verba prætoris ostẽdunt remissionem ibi demum factam, vbi nuntiatio nõ tenet: & nuntiationem ibi demum voluisse Prętorem tenere, vbi ius est nuntianti prohibere, ne se inuito fiat. Cæterũ siue satisdatio interueniat, siue non: remissio facta hoc tantùm remittit, in quo nõ tenuit nuntiatio. Hæc aliter vulgò scribuntur. & Accursius vtroq; loco varietatẽ significat: de qua magna contentio inter Accursianos est. Apud Paulum quoque libro xv. ad Plautiũ [d] eadem varietas ab Accursio notata est. Noricus & Tuscus liber ita scripti sunt. Ideoque in succèssoribus locum nõ habere vsucapionem. Præceptoris mei liber antiquus satis, sed ab Florentinis descriptus, nouam habere vsucapionem. alij locũ habere, alij locum non habere. Scinditur incertũ studia in contraria vulgus. Itẽ apud Paulũ lib. singulari de concurrentib. actionibus. [e] quod Florentiæ est: Sed verius est remanere, quia simplo accedit, & simplo subducto locum nõ habet. habent alij: sed verius est nõ

[a] l. pater Seuerianam. de cond. & dem.

[b] l. cùm seruus de con. & dem.

[c] l. ideò. de carbo. edict. l. i. de op. no. nu. l. vn. de remis.

[d] l. si is qui pro emp. in fine pri. de vsurpa. & vsuca.

[e] l. qui seruum. in fine de oblig. & acti.

remanere, vt Accurſius notat. Sed & quod pace præceptoris dixerim, mihi eius ſententia non probatur "[a] apud Scæuolam lib. xxviij. Digeſtorum [b] negandi "verbum eſſe delendum. Eſt enim Florentiæ hoc mo- "do: Reſpondit, ſi Seia non ceſſaſſet ex ſtipulatione pe- "cuniam offerre, iure vſuras non deberi. Alciatus a- "liorum libror. ſcripturam ſecutus ſcribit: Et ſi Seia an- "te ceſſaſſet. Quod etiam Vlpianus ſcribit libro xxix. "ad Sabinum: [c] Nec non & ipſi domino dari placet, & ſic fit, vt non teneatur furti, & agat. Scio mutare aliquos in aientem orationem, vt teneatur furti. Alciatus quoque noſter lib. j. Diſpunctionum, [d] caput lxxxiij. [e] De furtis, aliter in antiquo libro ſcriptum eſſe ait, atque vulgo habetur. Habetur autem Florentię hoc pacto, Papinianus libro i. Reſponſorum: Ob pecuniam ciuitati ſubtractam, actione furti, non crimine peculatus tenetur. Exiſtimat ille ſcribendum nec non, pro non: ne contra Papinianus, atque Marcianus [f] dixiſſe videatur. Sed ni fallor, diuerſa hi, non contraria dixerunt. Sunt etiam qui capite iij. de iure fiſci, 2
nolint idem iuris eſſe in theſauris in locis religioſis repertis, atque in ſacris. [g] Itaque non, Si in locis fiſcalib. vel publicis, religioſíſue ſcribunt, ſed publicis, non etiam religioſis. Sed mirandum non eſt, ſi aliquid aliquando diſſimile & contrarium fortaſſe, in tam magna ſententiarum multitudine reperiatur. [h] Caput quoque decimum [i] de iure fiſci Albericus ait ſcribere aliquos hoc pacto, Non puto facile delinquere eum, qui & cætera. Florentiæ eſt: Modeſtinus libro Singulari de præſcriptionibus, Non puto delinquere 3
eum, qui in dubiis quæſtionib. contra fiſcum facile reſponderit. Sed & ciij. [k] de verbor. ſignificatione multis modis ſcribitur. Florentiæ ſic eſt, Modeſtinus "libro viij. Regular. Licet capitalis Latine loquentib. "omnis cauſa exiſtimationis videatur, tamen appella- "tio capitalis mortis, vel amiſſionis ciuitatis intellegenda eſt. Alij non tamen, alij pœnæ tamen ſcribunt. Conſtantinus illud quidem ſequi videtur his verbis, [l] τὰ κεφαλικὰ θάνατον δηλοῦσι, καὶ πολιτείας ἔκπτωσιν. Iure autē à præceptore meo in libris. Paradoxor. [m] illi re-

Prehen-

a Alcia. lib. j. ca. xiij. diſpū.
b l. qui Romę. §. Seia de verbor. obli.
c l. itaq. fullo. §. i. de furtis.
d ca. iij.
e l. ob pecuniam. de furtis.
f l. iiij. in fine. ad l. iij. §. vlt. de iure fiſci.
g ar. §. theſauros. de rer. diui.
h l. ij. §. ſi quid autem. C. de vet. iu. en.
i l. non puto. de iu. fi. vbi Albe.
k l. licet. de ver. ſi.
l Conſtan. li. vlt. ti. vlt. pro chiri,
m Alci. lib. iv. c. vij. parada.

prehenduntur, qui caput cxxx.[a] De verbor. significatio. ita scribunt: Lege obuenire hæreditatem non propriè quis dixerit, & eam quæ ex testamento defertur. Cùm in omnib. libris sit, non impropriè. Capite etiam clxvj.[b] sunt qui scribant, tamen multum abest à vilico. cum optima scriptura sit: Is qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibiq; habitet, non multum abest à vilico. Multo plura esse existimo, quæ variè scribantur: quæ neque in mentem veniunt, neque post Florentinor. libror. lectionem in meas manus inciderunt. Quanquam non me fugit, esse ex his quæ à me conscripta sunt, multa, quæ amatorib. suis mirificè placeant, & nonnulla etiam mihi non displicebant: Sed malui rem ita, vt erat, exponere. Nam & hic ipse nostrarum opinionum amor, quam Græci φιλαυτίαν appellant, has tantas discordias & varietates creauit: cùm ea quæ nos fateri pudet ignorare, mendosa esse existimamus.

a l. lege. de ver. sig.

b l. vrbana familia. co.

De inscriptionum singulorum Capitum vtilitate, & principio de mendis ob eas affectis. *IIII.*

IVsserat Iustinianus ea constitutione, quæ in constitutionum codice sub titulo de veteri iure enucleando posterior est, & ante Digesta Grçcè & Latinè Florentiæ scripta,[a] vt à quo iurisconsulto singula accepta essent, significaretur: vno autem loco omnium libror. è quib.[b] Digesta exscripta fuerant, index scriberetur. Vtrũq; prçclarus ille liber solus habet. Quãuis indicẽ Norici quoq; libri habent è Politiani epistula quadam.[c] vt arbitror, confectum. nam qui Florentiæ est, Græcus est, & locis aliquot diuersus. Singulorum verò capitum inscriptiones quatuor & viginti fere libris Haloãder primus edidit: cæteras neq. Politianus, neque Bologninus, à quo Haloandrinæ sumptæ sunt, descripsere. Nos verò primũ vt nihil mancũ aut imperfectum haberemus, deinde vtilitate rei ducti, omnes descripsimus. Quid autẽ

l. ij. §. tanta. C. de vet. iu. en.

§. ne autem incognitu. e. l.

c An Pol. lib. xj. epist.

ex ea re commodi accipi possit, scribendum hoc loco esse existimaui. Et principio illud vel maximũ est, quod in illo ipso describẽdi labore cognouimus. Est enim his locis quos scripturus sum, ex inscriptionib. quæ Florentiæ cum iurisconsultorum verbis coniunctæ sunt, vnum atque alterum verbum acceptum, quod totum nonnunquã caput immutat. Cuiusmodi est caput quartũ de suppellectili legata. quod vulgò ita scribitur. Instrumẽti significatione rhedæ, & sedularia, in suppellectili annumerari solent. In Norico non sedularia, sed sesquastra scriptum est. At in Florentino totum caput hoc pacto est scriptum. IDEM (significatur autem Paulus, cuius proximum caput est) libro singulari de instrumenti significatione, rhedæ & sedularia supellectili adnumerari solent. Est autem ex eodem libro capit. xcvij. [a] de legatis. lib. xxxij. neq. tamen in verborum contextum illic instrumenti significatio inducta est. Appellatúrque is Pauli liber in eo indice, de quo antea scripsimus, De instructo & instrumento μονόβιβλον. Non itaq. minus rhedæ suppellectilis erunt, quàm earum sedularia, sic enim interpretor: hoc est, quæ in rheda sedenti subiiciebantur. Eodẽ pacto cap. lxviij. [b] ad L. Falcidiam, non rectè Venuleio, aut vt Haloãdro placuit, Maximo, ex libro ad L. Falcidiam adscribitur. Neq. initium, faciendum est, vt vulgo: Hæreditatum computationi (aut vt in Norico, computationis) in alimentis faciendæ. hãc formã esse Vlpianus scribit. Sed vt in Florẽtino: AEMILIVS Macer libro secundo ad Legem vicesimam hæreditatum. Cõputationi in alimentis faciendę hanc formam esse Vlpianus scribit, vt à prima ætate, & cætera. Ab eodem est caput vij. [c] Qui testamenta facere possunt: licet id Haloander Martiano, alij Marcello adscripserint. & ita lex vicesima hæreditatum ab Iustiniano appellatur, constitutione vltima de edicto D. Hadriani tollendo. Edicto, inquit, Diui Hadriani, quod sub occasione vicesimæ hæreditatum introductum est, quiescente, quia vicesima hæreditatis à nostra recessit Republica. Ea autem quæ fuerit, & quib. casib. aut temporib. locum habuerit, tradit Alciatus noster memoriæ libro iij. Dispunctionum. [d] Sed & Haloander caput

l. instrumenti. de sup. leg.

a l. seruis vrbanis. de lega. iij.

b l. hereditatum. ad L. Falc.

c l. si mutus. de testa.

l. vlt. de C de ed. ct. D. Ha. tol. en.

d ca. vl.

caput xiij.[a] de transactio. & xxxvij.[b] de religiosis eodem pacto inscripsit. Apud Alciatum vero emendanda inscriptio est cliv.[c] capitis de verbor. significat. & non Marcellus libro primo scribendum. sed Macer lib. primo, ad legem vicesimam. sic enim est Florentiæ, In indice quoque scriptum est μάκερον εἰκοστῶν βίβλια δύο, & Haloander edidit εἰκοστῶν: siue ad legem vicesimam hæreditatum libros duos. Erratum etiam est l. j. de bonis damna. quod Haloander ita edidit: & populi damnatione bona publicantur, cum aut vita adimitur, aut ciuitas, aut seruilis conditio irrogatur. Mirum mihi videbatur, imperio à populo principi & in principem cõcesso,[d] licuisse, populo vitam aut ciuitatem cuiquam adimere: & videbam Accursianos scribere, non & populi, sed supplicij damnatione. Sed tamen Florentina scriptura mihi omnem dubitationem abstulit. Ea est hæc CALLISTRATVS libro primo de iure fisci & populi: Damnatione bona publicantur, cum aut vita adimitur, aut ciuitas. nisi etiam velis verbum damnatione, inscriptionis esse. Nam vt alio loco scripturus sum nullis interpunctionibus omnia penè illis libris scripta sunt, exceptis Iurisconsultorum, cuius singula capita sunt, nominibus quæ grandioribus litteris, vt nos imitati sumus, miniatis tamen, in separati versus initio cõscripserunt. Illud vero mihi probatur, vt de iure fisci & populi Callistrati liber inscribatur, vt apud Paulum libro v. Sententiarum titulus xiij. licet in indice, & sub titulo de iure fisci libro L. Digestorum, tantum de iure fisci ille Callistrati liber appelletur. Dignus vero venia error fuit capite xlj.[e] de liberali causa. cuius initium in Norico, vt in ceteris libris est: Liberalis causa si in obscuro sit, in quo fuerit status is qui pro liberalitate sua litigat, prior audiendus est, & cetera. Florentiæ vero fuit PAVLVS libro singulari de articulis liberalis causæ: Si in obscuro sit, in quo fuerit statu is qui pro libertate sua litigat: & quæ postea. Quo nihil manifestius dici potest, & tamen indoctus nescio quis vltimam CAVSAE literam expũxit, vnde error in omnes libros venit. Neque quenquam moueat, quod ea inscriptione Pauli liber nullus in indice reperiatur. nam neque DE ARTI-

a l. null. de trans sa.
b l. funeris, de rel. & sũ. fu.
c l. mille passus. de verb. sign. l. j. de bon. dam.
d l j. de consti. pri. §. sed & quod pri. de iure nat.
e l. libaralis. de liberali causa.

CVLIS reperies,neq; de formula testaméti, vnde sumptum est cap.xcvj.a lib.iij.de legatis.neq; de cóceptione formularum,vnde est xx.[b]caput de exceptionib.aut de dotis repetitione,aut de adsignatione libertorum,vnde accepta sunt.lxviij.& lxxxix.[c] caput,de diuersis regulis iuris,quæ omnia in libris singularib.Pauli in indice desunt Florétiæ.In Norico auté indice,ille de adsignatione libertorum solus est,vt credendũ sit mãcum ea in re indicem esse.Huius generis ille error est,quem primus prçceptor meus indicasse videtur,nisi quis Accursio indicij prçmium deferat: quãuis vterq; ea in re dubitet,vt fortasse Haloandro locus sit.Cap.xlviij.[d]de verb.signif. sic olim scriptũ fuit.Qui neq; sequantur, neq; ducatur. Solutum non intelligemus eũ,&c.quç verba nemo recte interpretabatur, quoad cognitũ est ex inscriptione „excerpta esse.Florentiæ sic reperimus.CAIVS libro ad „edictum Prætoris Vrbani,titulo,Qui neque sequantur, neque ducantur.Sic capi.xxx.[e]de noxalibus actionibus. „IDEM libro ad edictum prætoris Vrbani, titulo de damno infecto.& ca.xiij.[f] ad exhibendũ,titulo de liberali causa.& aliis locis titulo de publicanis,de re iudicata,de operis noui nũtiatione; de testamentis,de legatis,de aquæ pluuiæ. Illa itaq; verba edicti censenda sunt. Sub eodem titulo erratũ etiã est in omnib.libris prçter Noricum cap.clvij.[g] quod ita scribebatur:Quantũ ad iuris pertinet largam significationé (sic enim Alciat.noster scripsit(paries est siue murus,siue maceria est.Florentinus liber habet:Ælius Gallus lib.j.de verborum quç ad „ius pertinent significatione : Paries est, siue murus siue „maceria est.quod Accurs. significare videtur apud Gellium[h]quoq; & Macrobium,[i]Legi ex libro secundo Cçcilij Galli de significatione verb. quæ ad ius ciuile pertinent,vestibulu ædium partem non esse.&arbitror Ælium pro Cæcilio ex hoc loco emendandũ esse.In indice hic iurisconsultius non est,sed Haloander eũ ob hoc cap.adscripsit.Est autem illic Galli nescio cuius Aquilæ responsorum liber, à Politiano perperam Aquilij Galli appellatus,[k]ab Haloandro non male Iulij aquilç. A quo libro est extremum caput sub titulo de suspectis tutorib.non ex iv. Iuliani ad Minutium, vt Haloander edidit.

a l. si plures. de leg.iij.
b l.exceptiones. de exceptio.
c l.in omnib. l. inuito. de re.iud.
d l. qui neq. de verb.sig.
e l.in noxali. de nox.act.
f l. si liber. homo.ad exhi.
g l.quantum. de verb.sig.
h A Ge.lib. xvj.c.v.
i Macr.lib.vj. cap. viij. Sat.
k Poli.lib.xj. epi. l. vlt. de susp.tut.l.vlt. de bo.dãnat.

dit. Adde quod extremi capitis de bonis damnator. inscriptio, ante Haloandrum fuerat capitis vice habita. Est autem hæc: Paulus libro singulari de portionib. quæ liberis damnatorum cõceduntur: cuius libri appellatio in indice illo extat. Solus Haloander errat dum caput lxxiij. ade diuersis regulis iuris Vlpiano adscribit, & ita incipere putat. Q. Mutius Sempronio. Quo tutela redit, eò & hæreditas peruenit. Nam Florentiæ Vlpiani nomen non est, sed ita exorditur. Quintus Mucius Scæuola libro singulari ὅρων. Quo tutela redit & cetera.

a l. quo tutela. de re. iur.

Sic etiam in Alciati nostri libro erratum xvij. cap.[b] de fideicommissariis libertatibus vt enim ipse refert libro primo dispunctionum, ita scriptum est: Celsus lib. xxj. ad Sabinum. Acciolã Claudius cum visum tibi fuerit, manumitte. Est enim scribendum ex libro vicesimo primo Digestorum Scæuolæ: Claudius Cum tibi visum fuerit manumittere, vtiliter datur fideicommissa libertas. Significatur autem Claudius Tryphoninus, qui notas ad Scæuolam scripsit: quod & Haloander significat, & multis Digestorum locis cognoscitur,[c] Bartoli liber, & veterum, Scæuolæ Claudius minus male habuerunt. Hæc de eiusmodi errorum genere.

b l. Scæuola. aut Acciolã. de fideic. lib. Alcia. lib. j. c. xiv. dispun.

c l. qui negatione. de ad. tut. l. a testatore. de cõd. & dem.

Cur in libris Caij Proconsulem, Accursiani Prætorem interpretentur, quantumq; ea in re fallantur ac de Caio nonnulla. V.

NOn paruam illam vtilitatem ex his inscriptionib. esse duxi, quod sępe dubitaueram, quid esset, quod multis Digestorũ locis cum de Prætoris edicto ageretur, Proconsulis mẽtio fieret, vt titulo quod metus causa, capite primo dicitur: Ait prætor, quod metus causa gestum erit, ratum non habeo. Et nono.[d] Animaduertẽdum autem, quod prætor hoc edicto generaliter, & in rem loquitur. item aliis. Sed xix.[e] Scribit Caius, Quod autem in hæredem eatenus pollicetur actionem Proconsul, quatenus ad eum peruenerit, intelligendum est ad perpetuo dandam actionem pertinere. Sic sub ti-

l. j. quod metus cau.

d l. metũ. §. animaduertẽdum. e.

e l. quòd autem. e. l. j. & ij. qđ cũ eod.

tulo. Quod cum eo, cap. j. omnia. Proconsul agit, vt qui contraxit, &c. at ca. ij. Ait prætor in eum, qui emancipatus & cetera. Et cum animaduertissem ea capita, quibus Proconsulis mentio fieret, accepta esse ex Caij libris ad edictum prouinciale, intelligere visus sum, quid varietatem crearet. Neq; enim Accursiani audiendi sunt, qui "Proconsulem prætorem appellatum putant.[a] Erat Procōsulis in prouincia plenissima iurisdictio, vt omnium magistratuum vrbanorum partes ad eum pertinerent.[b] Itaque vt Prætor vrbanus Romæ,[c] sic in Cōsulari prouincia Proconsul, in Prætoria Prætor edicta proponebant, quæ prouincialia appellabantur. Videre eiusmodi edicta licet apud Ciceronem in Verrinis, de quibus etiā in Proconsulatu suo ad Atticū scribit. Caius huiusmodi prouinciale edictum duobus & triginta libris est interpretatus, vrbanū fortasse pluribus. Sed Iustiniani tēpore duodecim extabant. quod illo libror. indice constat, in quo Politianus errauit, edictum publicum pro vrbico scribens. Illud scilicet prædici non oportet, non vt initio variasse Prætores & Procōsules in edictis, sed edictis perpetuis vsos, quor. collectionem Saluius Iulianus ex Hadriani auctoritate fecit: quod Budæus & Alciat.[d] præclare manifesta omnib. fecerūt. idq; etiam duab. cōstitutionib.[e] proditum reperi. Mirandum itaq; non est, si Proconsul à Caio edicti auctor appelletur: ab Vlpiano verò Prętor, cum alter vrbanum edictum interpretetur, alter prouinciale: vt ex illorum capitū inscriptionibus ab Haloandro editis cognoscitur, nisi quod cap. j. quod cum eo, non libro viij. sed viij. scribendum, item secundo capite, libro xxix. non viij. Ita interpretari oportet caput primum de alienatione. lxviij. pro socio xlj. de hereditatis petitione, atq; alia id genus.[f] quæ Haloander rectè Caio illis libris adscripsit. Adde etiam ex his quorum inscriptiones omisit, caput ij. de testamento militis,[g] quod ita scriptum Florentiæ est. Caius libro xv. ad edictum prouinciale: De militis testamento, ideo separatim "Proconsul edicit, quod optimè nouit ex consti- "tutionibus principalibus propria atq; singularia iura in testamento eorum obseruari, Sed & aliis locis Proconsulis mentio fit non à Caio, sed ab Vlpiano, aut Paulo, in lib.

a. Accur. d. l. j. & d. l. quod autē & l. 1. de alie. iud.
b l. si in aliquam. in fi. & seq. de off. Proc.
c l. 2. §. eod. tempore. de ori. iur.
d Bud. l. ij. de stat. ho. Alci. libr. ij. c. xx. vij. dispu & rubr. de edē.
e l. ij. §. sed quia diuinæ. de vet. iur. en. l. si quis seruū. C. de cond. ind.
f l. j. de alie. mu. in cau. l. nemo. in fi. pro socio. l. si quo tempore. detut. per. l. si noxale. de nox. actio. l. illud quæsitū. ad l. Aq.
g l. ij. de testa. mil. l. ij. de cur.

in libris de officio Proconsulis.vt ca.ij. de curatorib.furioso & aliis dandis.quod ita scriptum est. PAVLVS libro primo de officio Proconsulis:Sed & aliis dabit Proconsul curatores,qui reb.suis superesse non possunt,vel dari iubebit.Item viij.capite. [a] Vlpianus libro sexto de officio Proconsulis:Bonorum ventris nomine curatorem dari oportet, eumq; rem saluam fore viri boni arbitratu satisdare Procõsul iubet.Vtrumq; caput Haloãder Caio adscripsit.Sed quod de Caio diximus,non perpetuò,sed magna ex parte verum esse reperietur.Vtitur enim nonnunquam is Prætoris appellatione,sed rarò. quod aut à Prętore in Prætoria prouincia edictum tum interpretaretur, aut id putandum est Tribonianũ mutasse.vt c.xv.de noxalib.actionib.extremo,quod quisq; iuris,& primo testamenta quemadmodum aperiãtur.[b] hoc ex xviij.libro est ad edictũ prouinciale. sed sub eodem titulo, capite septimo, [c] quod ex eo ipso libro est, Proconsulis mẽtio fit:quod facit vt existimẽ,id aut dedita opera ab Iustiniani ministris, aut casu à librariis mutatum.Et quoniam tam multa de Caij libris scribimus,quærẽdum videtur,quis hic Caius fuerit:quod adhuc in controuersia est.Sunt enim qui à Pomponio[d] in Seruij Sulpitij discipulis Titium Caium appellatum esse credant,aut Caium solum.Sunt qui Iustiniani familiarem credant,propterea quod is suum appellet, initio Institutionum:& libro quarto, titulo De publicis iudiciis.[e] sunt qui Caium nostrum appellatum arbitrentur.vt à Iustiniano illic,& à Põponio quodam loco appellatur, [f] quod nescio quàm verum sit. Mihi quidem aliquando probabatur, C. Cassium eo nomine intelligi, à quo Cassianorum schola Pomponio & Plinio. Nam existimabam, vt dicitur ca.xxviij. [g] de statu liberis,quod Iauolenus scripsit lib.vj. ex Cassio: Statu liber ante quàm condicio libertatis optigerit,si quid comparasset,peculio legato non cessurum,in libris Caij Cassij scriptum est.Sic ca.lij.[h] de cond.& demonstratio.quod ex libro ij.Iauoleni ex Cassio est, commentaria Caij,& cap. lxxviij. [i] de solutionib.quod ex vndecimo est,libri Caij intelligendi sunt Caij Cassij esse , ex quo Iauolenus quindecim libros scripsit.Postea vero cum reperis-

a l.honorum.e.
b l. Prætor. de nox. act. vl.quòd quisque in.l.j.testa.quæ ap.
d l.ij. §. Seruius. de or. iur.
e §. quas. in proœ.inst. §. item lex.Cornelia.de pub. iu.&in proœ. Dig.§. & antea.
f l. cum seruus. de stipu. seru.
g l.si hæreditas. de statu lib.
h l.si quis legata.de cód. & dem.
i l. si alieni. de soluti.

a l. ad eo. §. cum quis. de adq.rer.do.

b l.in suspenso.l.sacratissimi. ad S.C. Terty.
c in pri.insti. de s.c.Ter.
d de s. c. Orph.in pri.
e d. l. cum seruus.
f l. vn.de respon. pru. in C.Theo.

sem à Caio Cassium ipsum & Sabinum referri, [a] illic quidem Iauoleni capitibus credidi Cassium significatū, cæteris locis non ité. Hoc ipsum aduersus eos facit, qui Sulpitij discipulum arbitrantur. Sed & illud, quod ad s.c.Tertyllianum & Orphitianum scripsisse dicitur, vt ex inscriptionib. viij.& ix. capitis ad s.c Tertyllianum [b] apparet: quæ senatusconsulta multo post Sulpitiana tempora lata fuerunt: alterum Hadriani, [c] Diui Marci alterum tempore. [d] Qui vero Iustiniani familiarem existimant, à Pomponio refelluntur. Sed & ea constitutio- 1
ne, quæ libro primo Codicis Theodosiani extat, sub titulo de responsis prudentum. [f] Quam ob rem arbitror eum nō multo tempore post Saluij Iuliani ætatem fuisse quo & Sextus ille Pomponius fuit. Hæc de Caio, cuius extāt institutionum libri duo breuiores, vt arbitror, quàm ab eo scripti sunt: sed qui multum ad Iustiniani institutiones conducant. Est itaque non parua hæc inscriptionum vtilitas, vt quis ille iuris consultus sit, & qua de re eo libro tractarit, ante cognoscatur. Cū enim nihil aliud scriptura sit, quàm hominis loquentis repræ- 2
sentatio: hæc multo maior fit, cùm scriptorem ipsum cognoscimus, & rei ipsius tractandæ ordo, qui ex libri inscriptione apparet, ante oculos versatur. Quod ex his quæ scripturus sum, cognoscetur apertius.

Quid in eiusmodi inscriptionib. significet ad Sabinum, ad Plautium, ad Mucium? VI. 3

IVuat maxime, vt antea scripsi, ad iuris consultorum interpretationem cognoscere, quo pacto ab ipsis iuris consultis illud ipsum tractaretur. Et tria genera tractādi in eor. libris deprehendi. aut enim libero scriptorum officio fungebantur, cuiusmodi libri opinionum, Sententiarum, definitionum, regularum sunt: aut ad aliorum interrogationem respondebant, vt libris Respōsorum, aut epistularum: aut leges, senatusve cōsulta, principum constitutiones, prætorum edicta, iurisque consultorum

sultorum libros interpretabātur, in breuiorem librum colligebant, notis reprehendebant, & si quid deerat addebant. Huius generis sunt, quæ ad edictum, ad leges, ad senatusconsulta, ad orationem D. Seueri, aut Marci inscripta videmus. Sed & illa de quib. tractaturi sumus, ad Sabinum, ad Vitellium, ad Vrsium, ad Plautium, queq; apud Papinianum Vlpianus & Paulus, apud Scæuolam Claudius, Thryphoninus & Paulus notarūt. Sed cum cetera nemo, qui vel mediocri ingenio sit, non animaduerterit, illud doctissimos quosque fugit,[a] libris ad Sabinum aut Plautium, interpretationes Sabinianorum aut Plautianorum significari. Solus Viglius, vir & doctus & disertus, lib. 2. Institutionū ex Iustiniani verbis sub titulo de heredibus instituendis, id percepit. Iustiniani verba sunt hęc: Quod non per innouationem induximus, sed quoniam æquius erat, & Atilicino placuisse Paulus suis libris, quos tam ad Massurium Sabinum quàm ad Plautium scripsit, refert. Cum enim Massurij Sabini mentio fiat apud Pomponium,[b] qui ante Paulum fuit: fieri non potuit, vt ad eum ita mitteret libros, vt quos Cicero ad Quintum fratrem Brutum misit. Ex hoc Viglij argumento initium nostra inuestigatio cepit. & in Florētinis Pādectis permulta huius ipsius rei vestigia inuenimus. Nullum autem maius est, quàm quod est xlix. capite[c] ad L. Falcidiā, quod ex libris Pauli ad Plautium sumptum est. Plautij verba notis his notata sunt, quibus nos in Pandectarum Florentinar. verbis vtimur, illi vero librarij in Prætorum aut Principum verbis ab iureconsulto relatis. Est enim id in librarior. bonorum vsu, vt aliena verba nota quadam ad marginem adscripta notentur. Florentina, qua & nos vtimur, ab Isidoro diple appellari videtur, quod duabus lineis in angulum coactis fiat. quo verbo Cicero libr. viij. epistolarum ad Atticum vtitur, cuius rei Victorius testis est. Illud vero caput ita scriptum est. Paulus libro xij. ad Plautium. Plautius. Seruo, quem tibi legaueram, fundum legaui: Atilicinus, Nerua, Sabinus, primum in seruo rationem legis Falcidiæ habendam: & cetera eisdem notis notata ad illa verba. Paulus. Cassij sententia vtimur: & quæ sequuntur. quæ nullis no-

a Alci. in epist. ante primam C. partē. & ante l. vn. C. de eo quod interest. & ante prætermissa. Vigl. in prin. de her. instit.

b l. ij. §. hi duo de orig. iur.

c l. Plautius. ad l. Falcidiā.

a l. Plautius. de cond. & dem.

b l. qui heredi. §. Plautius, eo.

c l. Plautius. de auro argento le.

tis notantur. Et hoc capite, 42. [a] cognoscimus de condicionib. & demonstrationibus quod ita scriptum est,
„ PAVLVS lib. 8. ad Plautium. Plautius. Rogatus est
„ heres à liberto testatore, & cetera. Paulus. Hoc iure vtimur. Item quod proximum est, [b] ita incipit:
„ IDEM libro nono ad Plautium. Quid hæredi dare
„ iussus est. Deinde Plautius, vni ex heredibus fundum
„ legauit. &c. Paulus, hoc iure vtimur. Adde ix. [c] de auro argento, quod Haloander Paulo lib. v. ad Plautium adscribit, sed Florentiæ liber nonus est. illud recte Haloander fecit, dum Pauli & Plautij atque aliorum Iurisconsultorum nomina. quæ per se scripta sunt, grandioribus litteris notat. Confirmat hoc idem de Plautio caput lxj. [d] de procuratoribus sumptum ex lib. j. ad Plautium, cuius initium est, Plautius ait. & xxij. [e] de damno infecto: quod est ex lib. x. ad Plautium, cuius nomen eodem pacto accipiendum. Fallitur autem vehementer hac in re Accursius, qui sæpe testatorem, sæpe iurisconsultum Plautium appellat. Haloander intellexisse visus est, nisi quod capite xiij. [f] 2
qui potiores, Neruæ & Proculi nomen nulla de causa grandioribus litteris scripsit: cum Pauli solum nomen scribendum foret. Nimis multa de Plautio scripsi, ad quem Paulus libros xviij. Iauolenus quinque. Pomponius septem scripsit. Ad Vitellium venio, ad quem idem Paulus libros quatuor. is Vitellius Sabinus appellatus est: vt capite xviij. [g] de heredibus instituendis cognoscitur. quod etiam his notis exornatum est, de quibus antea scripsimus. Eius verba sunt
„ hæc. PAVLVS lib. j. ad Vitellium. Sabinus Quæsi- 3
„ tum est, si plus asse paterfamilias distribuisset, & reliqua.
„ Paulus. eadem ratio est, &c. Totidem libros ad Neratium scripsit: & sub titulo de donationibus inter virum & vxorem lxiij. capite, [h] etiam in Norico libro post relata Neratij verba scribitur: Paulus notat. quod verbum crebrius tacetur, & intelligendum est, vt capite cxl. [i] de verbor. obligationibus quod ita il-
„ lic scribitur. PAVLVS lib. tertio ad Neratium. pluri-
„ bus rebus præpositis, &c. Paulus. Sed verius, & hic tres esse, & quæ postea. & capite xxiv. [k] de instructo vel

d l. Plautius. de Pro.

e l. si proprietarius. § vlti. de da. infect.

f l. insulam. qui potio.

g l. quæsitũ. de her. inst.

h l. de eo. de don. int. vir.

i l. plurib. in pri. de verb. obli.

k l. fundus. de fu. inst.

instru-

inſtrumento legato. PAVLVS libro iij. ad Neratium. Fundus, qui locatus erat, legatus eſt cum inſtrumento: inſtrumentum, quod colonus in eo habuit, legato cedit. Paulus. an quod coloni fuit? Quod, caput non rectè ab Haloandro in duo capita diuiſum eſt. ſed ita ſcribendum, vt idem multa ſcribit.[a] Fuit autem Neratius Priſcus Proculianus Celſi patris auditor,[b] & ex eius libris regularum, membranarum, & reſponſorum multa capita in Digeſtis exſtant. Ad Sabinum redeo, ad quem idem PAVLVS libros ſexdecim, Vlpianus vnum & quinquaginta, Pomponius triginta quinque ſcripſit. Hic ille eſt Maſſurius Sabinus, qui publicè primus reſpondit,[c] à quo Sabiniani appellati, qui ei in ſchola ſucceſſere. Quod non ſolùm ex eo inſtitutionum loco cognouimus,[d] ſed ex inſcriptione hac primi capitis, de legationibus VLPIANVS lib. 8. ad Maſſurium Sabinum. & ex vltima conſtitutione ſub titulo de hæredibus inſtituendis. Id etiam nos alio loco ex Gellij libro xj. deprehendiſſe teſtati ſumus[e]. Nam quod Gellius refert, Sabinum lib. 2. iuris ciuilis ſcripſiſſe, id nos apud Vlpianum lib. xlj. ad Sabinum reperimus.[f] eúmque tres iuris ciuilis libros ſcripſiſſe traditum eſt. Itaque in horũ trium iuriſconſultorum libris ad Sabinum, opinor notas aut interpretationes quaſdam Sabinianorum librorum fuiſſe: apparéntque eius rei veſtigia frequẽtiſſime in Digeſtis, vt cap. 20. & 27. de contrahenda emptio.[g] quorum alterum Pomponij eſt lib. 9. alterum Pauli lib. 8. ad Sabinum, quod ne Haloander quidem rectè edidit. Item ſub titulo de in diem addictione, multis capitibus[h] rectè ab Haloandro ſcriptis. Sic cap. 17.[i] de hæredib. inſtituendis, quod Vlpiani eſt lib. 7. ad Sabinum. & c. 48. & L. de legatis lib. 3.[k] quæ ex libro 23. & 24. Vlpiani ad Sabinum ſunt. Sexcenta ſunt ſimilia, in quibus tamen facilius falli poſſumus, propterea quod non ſunt nominibus diſtincta, vt illa Neratij & Plautij. Eodem pacto de Iuliani libris ad Vrſeium Ferocem, & ad Minicium interpretabere. quod ex Vlpiani verbis intelligimus ſub titulo communi diuidundo.[l] Vrſeius, inquit, ait, cum in communi ædificio vici-

a l. quod filio. mand. l. quod ſeruus. de peculio. &c.
b l. ij. in fi. de orig. iur.
c d. l. ij. prope finem.
d in prin. de hær. inſt. vbi Vigl. l. j. de legatio. l. vlt. C. de hære. inſtit. A. Gellius lib. xi. ca. vi.
e lib. 4. ca. 4.
f l. falſus. §. qui alienũ. de furtis.
g l. Sabinus. qui à quolibet. de cond. em.
h l. vbi autẽ. §. cũ igitur. l. Sabinus. l. quod autẽ. de in diẽ. ad.
i l. itẽ quod Sabinus. de hær. inſt.
k l. cũ filio. l. libror. de legat. 3.
l l. ſi quis putans. §. vlt. cõ. diu.

„nus nuntiauit. & postea : Iulianus autem rectè notat. „ita demum hoc verum esse, si interfuit ædium hoc fieri. Item cap. 48. [a] de iure dotium, quod est lib. ij. ad Vrseium Ferocem. post relata Vrsei verba additur : Iulianus notat. Et cap. 36. [b] de solutionib. quod est ex libro 2. ad eundem, dicitur : Iulianus notat. verius est me eam partem perdidisse. quod non rectè in Norico libro est. neque cap. 101. [c] de legatis: Iulianus notat. quod est ex primo libr. De libris ad Minicium scribitur cap. lxj. [d] de rei vindicatione. Quod ita Florentiæ „est : Iulianus lib. 6. ex Minicio. Minicius interrogatus, „si quis nauem suam aliena materia refecisset, &c. Iu„lianus notat. Ex quo loco nihil interesse apparet, ex Minicio, an ad Minicium, ex Sabino, an ad Sabinum scribatur. Sed tamen frequentiùs animaduerti hanc distinctionem locum habere, vt si verba veteris iurisconsulti sola referantur, ex eo scribatur : si recentioris, aut sola, aut cum illius ad eum. Quod in his, de quib. tam multis in re perspicua agimus, locum habet: idem in Pomponij ad Q. Mucium libris est respondendum. cuius multa in libris de legatis referuntur : vt omnia illa pænè, quæ Q. Mucij mentionem faciant, Pomponij in libris ad Mucium esse dicenda sint. Vnius tantùm capitis exemplo contentus ero, sub titulo de auro, argento legato, numero 35. [e] Pomponij libro nono ad Q. Mucium, quo quasi dialogo colloqui videntur Mucius & Pomponius. Hæc vereor, ne aliquib. longiora esse videantur, sed qui ingentes nostrorum interpretum commentarios, quib. vnum atq; alterum caput interpretantur, euoluerit, mirari desinet, me de toto iure ciuili verba facientem, non multis chartis in multorum capitum interpretatione versari.

a l. tali. in fi. de iure dot.

b l. si pater. de solu.

c l. ab omnib. §. in testament. de leg. pri.

d l. Minicius. de rei vin.

e l. scribit. de auro & arg. leg.

Quàm multa in iure ciuili totidem verbis scripta sint.
VII.

NOn parum ad multorum capitum interpretationem pertinere arbitror : si quæ de eadem re dicuntur, in vnum locum conferantur. Quod cùm Irne-

rius, Ioannes, Azo, Bulgarus, Accursius, magni nominis viri animaduertissent, in ea re toti fuerunt, vt similib. contrariísque locis adscriptis, faciliorem iuris ciuilis cognitionem efficerent. Laudandum id quidem fuit, si intra eum modum cæteri constitissent. Nunc verò nimio quodam amore nostram artem iuuandi, ingenti librorum mole oppressa magis, quàm subleuata esse videtur iuris prudentia. Et Iustinianus quidem ait, [a] similes se quosdam locos reliquisse, quoniã necesse erat propter rerum cognitionem sub duobus titulis idem scribi: aut cùm esset aliis reb. permixtum id, detrahi non potuit, ne confusius aut obscurius traderentur res, quàm ab ipsis essent auctorib. tractatæ, aut quod facile fuit in tantis voluminib. humano ignoscendoq; errore labi. Hos ego locos, & si non omnes, hic scribendos existimaui, propterea quòd ex singulorum capitum inscriptionib. cognoscimus esse ex eisdem libris sumptos: & si quid mutatum aut mendosum est, nullo periculo aut emendatur, aut intelligitur. Huiusmodi sunt permulta sub titulis de verborum significatione, & de diuersis regulis iuris. Sunt autem hæc. Sub priore caput 76. [b] PAVLVS libro 51. ad edictum. Dedisse intelligendus est etiam is, qui permutauit, vel cõpensauit. Eadem inscriptio & sententia est capite 19. [c] de liberali causa. ex quo interpretandum hoc est. Item caput 104. [d] Modestinus » lib. 2. excusationum. ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς » ἐγγόνους ἐκτείνεται. Eadem verba sunt cap. 2. de excusationib. [e] quod nemo animaduertit, propter inepti interpretis errorem, qui τὰ τέκνα altero loco liberos, altero natos vertit: cùm vtroq. liberos scribere debuisset, quod nos alio loco diximus. [f] Adde caput 167. [g] VLPIANVS libro 25. ad Sabinum. Carbonum appel- » latione materiam non contineri. quæ verba nimis du- » rè excerpta sunt ex 53. [h] capite lib. 3. de legatis: quod » ex eodem Vlpiani libro est. Sed illic ita scribitur: » Si lignum sit paratum ad carbones coquendas atque » conficiendas (sic enim Florentiæ est) ait Ofilius li- » bro quinto iuris partiti, carbonum appellatione hu- » iusmodi materiam non contineri. Ceteræ quoque » partes si comparentur, apertionem efficient vtrius-

a l. ij. §. si quid autem. C. de vet. iu. en.

b l. dedisse. de verb. sig.

c vel permutauit. de lib. ca.

d l. natorũ. de ver. sig.

e l. ij. §. non solùm. de excus.

f lib. sing. ad Modesti.

g l. carbonũ. de ve. si.

h l. ligni. in fi. de lega. iij.

que capitis mentem. quibus vtroq. loco additum Pauli
caput est lib.4. ad Sabinum.[a] Sub titulo de diuersis re-
gulis iuris caput 30. [b] Vlpianus li.36. ad Sabinum: Nu-
ptias non concubitus, sed consensus facit. Idem Vlpia-
nus ait cap.15. [c] de conditionib.& demonstrationib.Sed
lib.35. ad Sabinum,non sexto:in quo arbitror, aut Pan-
dectarum librarium, aut nos errasse. Exemplū quidem
certè illi regulæ aptum illic est,quo Constantinus quo-
que Harmenopulus vtitur lib. 5. titulo 2. Similis error
superiori est cap.47. [d] quod Vlpiani nomine lib. 30. ad
edictum inscribitur : cùm tamen illa verba, Socij mei
socius non est, capite 20. [e] pro socio, libro 31. scripta
fuisse dicantur. eiusmodi tamen errores mouere nos
„non debent. Caput verò 71. [f] quod Florentiæ post 72.
„est, & vltimum caput de vsuris, ita scribitur. IAVOLE-
„NVS lib. 3. ex posteriorib. Labeonis. Fructus rei est vel
„pignori dare licere.Et 81.[g] interpretandum est per 66.[h]
mandati.est enim vtrumque Papiniani lib.3.Responso-
rum. Initium verò 85. capitis [i] est caput 70. [k] de iure
dotium,vtrumque Pauli est libro 6. Quæstionum.Illud
animaduertendum est, quàm apposité caput 19. de re
iudicata, capite 133. [m] de diuersis regulis iuris, declare-
tur:quod ex eodem libro sexto Pauli ad Plautium sum-
ptum est. Dicitur illic, eum qui donationis causa con-
uenitur, in quantum deducto ære alieno facere potest,
„condemnandum. Et inter eos, inquit, quibus ex simili
„causa pecunia debetur, occupātis potior erit causa. im-
„mò nec totum,quod habet, extorquendum ei puto: sed
„& ipsius ratio habenda est, ne egeat. Extremam huius
capitis partem non ad eum solum referri, qui donatio-
nis causa conueniatur : ex illa iuris regula intelligi-
mus.Sic clv. [n] caput(sequor autem numeros Noricæ &
vulgaris scripturæ,non vt anteà scribi hæc capita opor-
tere scripsimus)illud itaque caput per L. [o] de condicio-
nib. & demonstrationibus interpretabimur: sunt enim
ex lib. 7. Differentiar. Modestini descripta. Caput ve-
rò 175. [p] ita scribendum est.Modestinus lib.singulari de
„ritu nuptiarum : Semper in coniunctionib. non solùm
„quid liceat, considerandum est : sed & quid honestum
„sit. quamuis Haloander dubitet, conuentionib. an con-
iunctionib.

a l. pali. de ver.sig. & de lega.iij.
b l. nuptias. de reg.iur.
c l.cui fuerit. de cond. & dem.
d l. cōsilij. in fine. de reg. iur.
e l. nam socij.pro socio.
f l.fructus.de re iud. l. vlt. de vsur.
g l.quę dubitatio.
h l. qui mutuam.man.
i l.in ambig.
k l. in ambi. de iu.do.
l l. inter eos. in fine. de re iudi.
m l. in condem. de diu. reg.iu.
n l. expressa eod.
o l.nonnunquā de cōd. & dem.
p l. semper. de reg.iu.

iunctionib. scribendum sit. Hoc enim & inscriptio ostendit, & caput 42. [a] de ritu nuptiar. ex eodem libro exscriptum. & Constantinus ita scribens libro 4. titulo. 6. ἐν τοῖς γάμοις οὐ μόνον τὸ ἐπιτετραμμένον, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐπρεπὲς ζητοῦμεν. Item capitis 168. [b] initium ex libr. 15. ad edictum Vlpiani, ex quo etiam est cap. 3. [c] de hæreditatis petitione, vbi idem dicitur. Caput autem 183. [d] & 14. [e] de legib. sunt ex lib. 54. Pauli ad edictũ. Emendandum verò est ca. 194. [f] Vlpiani lib. 69. ad edictum, ex capite j. de vi & de vi armata, hoc pacto: Deiecit, & qui mandat. In maleficio ratihabitio mandato com-" paratur. Nam illo cap. 1. dicitur Deiecisse autem is vi-" detur qui mandauit, vel iussit. vt aliquis deiiceretur. Et" postea: Sed & si quod alius deiecit, ratum habuero, sunt" qui putant secundum Sabinum & Cassium, qui ratiha-" bitionem mandato comparant, me videri deiecisse, in-" terdictoq; isto teneri. & hoc verum est. rectius enim di-" citur, In maleficio ratihabitionem mandato comparari. Vulgò autem erratum est in illo altero capite. Capite quoq; 189. [g] Quod dicitur, cui damus actionem, eidem & exceptionem competere, multò magis quis dixerit. ca. 1. de superficiebus reperitur. vtrumq. est Vlpiani lib. 70. ad edictum. Initium verò proximi capitis [h] est etiam ca. 11. [i] quod vi aut clam. ex lib. 72. Vlpiani ad edictum. At 207. caput [k] Vlpiani est lib. 1. ad L. Iuliam & Papiam, vt 25. [l] de statu hominum. Hæc iisdem inscriptionib. sub illis titulis reperi, atque aliis locis fuerant scripta. Sunt etiam non pauca similia à diuersis iureconsultis scripta, vt ca. 24. [m] de verbor. significatione, Caij lib. 6. ad edictum prouinciale, & 62. [n] de diuersis regulis, Iuliani lib. 6. Digestor. Item 65. [o] regula eiusdem libro 54. Digestor. & ca. 177. [p] de verbor. significatione, Vlpiani lib. 47. ad Sabinum. Sed & sub eodem titulo capite 213. [q] Vlpiani libro 1. regularum di-" citur: Lata culpa est nimia negligentia, id est non in-" telligere quod omnes intellegunt. & 223. [r] Paulus libro" 2. sententiar. Latæ culpæ finis est, non intelligere id," quod omnes intellegunt. & sub titulo de diuersis regulis, quod dicitur ca. 138. [s] Pauli libro 15. ad Plautium, inuenies ca. 171. [t] eiusdem libro 21. ad edictum. Item simi-

a l. semper. de ritu nup.
b l. nemo. prædo.
c l. nec vllã. §. si quis sciens. de hær. peti.
d l. quod cõtra.
e l. quod vero. de legib.
f l. hoc iure. l. j. §. deiecisse de vi & de vi arm.
g l. inuitus. de re. iur. l. j. de superf. §. is autem.
h l. ad ea.
i l. is qui in puteum. §. si tutoris. quod vi aut clam.
k l. res iudicata.
l l. ingeniũ. de statu ho.
m l. nihil est aliud. de ver. sign.
n l. hæreditas. de reg. iur.
o l. ea est natura.
p l. natura. de verb. sig.
q l. cedere. in si. eo. ti.
r l. latæ. eo.
s l. cùm principalis. de re. iur.
t l. nihil in si. eo.

lia sunt caput 29. [a] Pauli li. 8. ad Sabinum. & 210. [b] Li-
cinij Rufini libro 2. regular. In quib. diligentiam Tri-
boniani desideramus. Alia non pauca, [c] quæ sub illis ti-
tulis dicuntur, & aliis Digestor. locis, non ab eisdem
consultis scripta reperiuntur: quoniam ab inscriptio-
num vtilitatib. aliena sunt, prætermitto. Sed ad cæteras
Digestor. partes venio, quæ similitudine hac intelligi
facilius possunt. Vt si quæras capiti 6. [d] de legib. exem-
plum reperies facile cap. 7. [e] si pars hæreditatis petatur.
vtriusque inscriptio & emendatio Haloandro debetur. 1
apud eundem reperies ex eodem loco acceptum 7. ca-
put [f] de rer. diuisione, & 6. [g] de religiosis. Item vltimum
„ de officio Prætorum, & 5. [h] de officio Præsidis. quorum
„ tamen altero Prætor, altero Præses prouinciæ tutorem
„ se, aut iudicem dare prohibetur. Sed & caput quartum
„ de officio Præsidis ita scribendum est. Vlpianus lib. 39.
„ ad edictum. Præses prouinciæ maius imperium in ea
prouincia habet omnibus post principem & 8. [i] de of-
ficio Proconsulis. ita Vlpianus libro 39. ad edictum. Et
ideò maius imperium in ea prouincia habet omnib. 2
post principem. loquitur autem hoc loco Vlpianus de
Proconsule, illic de præside. Haloander in libror. nu-
mero errat, & quod ob eam, vt opinor, repetitionē, ait
deesse alicubi duo illa capita de officio Præsidis. Errat
etiam in inscriptione capitis 4. [k] de officio adsesso-
rum. quod caput, quoniā de eius scriptura à multis du-
bitatur,[l] ita scribendum, vt in Tusco libro est. Papinia-
nus lib. quarto Responsor. Diem functo legato Cæsa-
ris salarium comitibus residui temporis, quod à legatis
„ præstitutum est, debetur: modò si non posteà comites 3
„ cum aliis eodem tempore fuerunt. Apud Vlpianum
„ verò lib. 32 ad edictum [m] ita scribitur. Papinianus, quoq;
„ libro quarto Responsorum scripsit, diem functo lega-
„ to Cæsaris salarium comitib. residui temporis præstan-
„ dum, modò si non posteà comites cum aliis eodē tem-
„ pore fuerunt. Haloander libro tertio pro quarto edi-

a l. quod initi.
b l. quæ ab initio.
c l. tigni. de verbo. sign. l. tigni ad exhi. l. adeò. §. appellatione. de adq. rer. do. l. aliud. de verbor. sig. l. nō videtur. de reg. iur. l. meo. de ver. sig. l. si legatus. §. si quis bona. ad S.C. Treb. l. morbus. de verb. sig. l. quæsitū. de re iudi. l. commēdare. de ver. si. l. L. Titius. de po. l. pupillus. §. seruo. de verb. sig. l. libertas. de statu ho. l. iure. de diuer. reg. iur. l. nam hoc. de con. ind. d. l. nam ad ea vel potiꝰ, τῷ γὰρ de legi.
e l. antiqui. in fi. si pars hær. pe.
f l. sed diui fratres. de rer. di.
g l. vel quod, in fi. de religio. l. vlt. de offic. Præt.
h l. 5. de off. præs. l. iiij. de offi. præs.
i l. & ideò. de off. Proconс.
k l. diem functo. de off. adi.
l Alci. lib. 4. ca. xx. dispun.
m l. sed addes. § loca.

dit.

dit.in Florentino lib.quod capite 4. [a] de his qui notantur. de preuaricatore dicitur, aliquot literis mendose scriptum est.emendari autem potest per caput 1.de pręuaricatione, quod ex eodem libro Vlpiani est. Item capitis 21. [b] de minorib. inscriptio emendanda in Noricis libris propter cap. 10. [c] de iudiciis. Est enim vtrumque ex Vlpiani lib.10.ad edictum.Et initium decimi capitis [d] de vsufructu ear. rerum. ita scribendum est: Vlpianus lib.79.ad edictum. quoniam pecuniæ vsus aliter amitti non potest. quàm his casib. Sic enim est cap.7. [e] vsufructuarius quemadmodum. Illud aptè diuisum est, quod cap. 17. [f] de ædilitio edicto, & 67. [g] de furtis, ex lib. 1. Vlpiani ad edictum ædilium, sumptum est.vtroq; enim loco eadem ratio diuersis exemplis adfertur.Caput verò quartum[h] de pignorib.& eodem numero de fide instrumentor. [i] totidem penè verbis descripta sunt ex Caij li. singulari de formula hypothecaria. hoc enim pacto is liber adfertur, non ad formulam Triboniani, aut collegar. Ille error esse videtur, quod sub titulo de iure dotium duo capita eiusdē sententiæ ex Iauoleni lib.6. posteriorum Labeonis scripserint 80.[k] & 83.[l] Item sub titulo de re iudicata 18. [m] & initium 6. [n] quæ Vlpiani sunt li.71.ad edictum. Rectè autem scriptum est, & conferri potest caput quartum [o] de obligationib. & actionib. & vltimum de extraordinariis cognitionib.quæ sunt Caij lib. 3. rer.cotidianar. siue aureor. Hæc sunt quæ ab vno lib.accepta, duob.Digestor.locis scripta animaduerti. A diuersis verò inueni hæc. Relata est apud Pomponium li.26.ad Sabinum [p] Celsi sententia. eam reperimus cap. 33. [q] de pactis.Item Marcelli apud Paulum li.3. ad Sabinum [r] cap. nono [s] de seruitutib. prædio. vrban. quod in Pandectis Florentinis 10. est. quoniā primum est, quod aliis libris vltimum sub titulo de seruitutib. Iuliani quoque lib.86.Digestorum, apud Vlpianum lib. 32. [t] & 18. [u] ad edictum, de sutore, qui forma calcei ceruicem pueri percussit, & oculus ei effusus est. cuius rei simile

a l. athletas. §. calumniator. de his q̄ no. in l.j. de præuaric.
b l.destitisse. de minor.
c l. destitisse de iudi.
d l. quoniā. de vsufr. ear. rer.
e l. si vsufruct. in fin. vsufr. quem.
f l. quid sit fugitiuus. de æd.ed.
g l.qui ea mēte. de furtis.
h l.contrahitur. de pigno.
i l. in re. de fide instr.
k l. si debitor.j. de iure dotium.
l l.si debitor. ij.eo.
m l.itē miles de re iudi.
n l. miles. in pri.eodem.
o lex. maleficio. §. si iu-& act. l. vlt. dex. de obli. de extr. cog.
p l. auus. de pactis dota.
q l. auus. de pactis.

r l.si is qui binas.de vsufruct.
s l.Gaurus.de ser.præ.vrban.
t l.item quæritur.§.item Iulianus locati.
v l.sed & si.in fine.ad L.Aqui.

quiddam Alexandro Philippi F. Magno euenisse dicitur, [a] vt oculor. caliginem ob lapidis eodem loco ictū passus sit. Sexti quoq; Pedij de æstimatione rer. opinio, apud Paulum lib. 2. ad Plautium, [b] & lib. 2. ad l. Iuliam, & Papiam [c] refertur. At de eo qui à furioso pecuniam accepit apud Pomponium lib. 6. ex Plautio, [d] lib. singulari regularum [e] eadē ferè dicuntur. Sub tit. de peculio, capite vltimo Scæuola lib. 6. Digestorum respondisse se ait idem quod capite 54. [f] ex libro primo responsorum accepto reperitur, in quo Tribonianus errauit: item sub titulo distractione pignor. extremum caput Florentiæ hoc est. "Scæuola libro sexto Digestor. Arbitri diuidundæ hæreditatis inter hæredes, cùm corpora hæreditaria diuisissent, nomina quoq; communium debitoꝝ. separatim diuersa singulis in solidum adsignauerunt." quęsitum est, an vnusquisq; eor. debitore sibi addicto cessante in solutione pro solido* pignus sub eo nomine obligatum vendere possit? Respondit potuisse. Hoc caput Haloander omisit, quoniam quidem 11. [g] capite eiusdem Scæuolæ libro 1. responsor. idem scriberetur sub titulo de vsuris, quod Modestinus ait libro 9. differentiar. [h] "Equis per fideicommissum legatis, post moram hæredis fœtus quoque debentur." ex Papiniano antea lib. 7. Responsor. fuerat relatum. [i] Illud præterea reperi sub titulo ad S.C. Tertyllianum, [k] cuiusdam Seueri constitutionis verba ab Haloandro & Accursio non animaduersa. Sunt autem eadem ca. 2. qui petant tutores: hoc pacto. "Diuus Seuerus Cuspio Rufino. Omnem me rationem adhibere subueniendis pupillis, cùm ad curam publicam pertineat, liquere omnib. volo. & ideò quæ mater vel non petierit tutores idoneos filiis suis, vel priorib. excusatis, reiectísve nō confestim alior. nomina dederit, ius non habeat vindicandor. sibi bonor. intestator. filior." quæ verba non rectè in Norico libro sunt. Eiusdem Seueri & Antonini constitutio refertur cap. 6. [l] de excusationib. & 11. de munerib. [m] quod alio loco * à nobis scriptum est. Iam verò Scæuolæ responsum, quod ex libro 5. responsor. extat ca. 26. [n] de appellatio. apud eundem lib. 25. Digestor. relatum est. [o] Hæc habui, quæ in hoc genere animaduertenda putarem

a Plutar. in Alexan. vita
b l. si seruū. L. Aqui.
c l. precia rer. ad Falc.
d l. si à furioso. de reb. credi.
e l. si à furioso. de obli. & actio.
f l. filio fa. l. vlt. de pecu. l. vlt. de distr. pign.
* Soluendo Flor.
g l. arbiter. de distr. pig.
h l. equis ij. de vsur.
i l. equis. i. eo.
k l. ij. §. si mater non petierit. ad S.C. Ter. l. ij. §. diuus. qui petant tur.
l l. si duas §. sed & reprobari de excusa.
m l. vt gradatim. §. reprobari. de munerib.
* lib. sing. ad Modesti.
n l. negociū. de appel.
o l. vlt. de re iudi.

putarem. Valde enim vtile existimaui, quod apud Scæuolam [a] Iulianus fecisse dicitur, duob. capitib. commixtis interpretationem facere. Itaque non solum Digesta inter se comparanda, sed & institutiones ad Digesta, & ad Constitutionum codicem conferendas curaui: in quo mirum in modum Florentinis lib. adiutus sum, quod alio tempore omnib. patefaciam. Nunc illud etiam ex Constitutionib. addam, collegisse me quasdam sub diuersis titulis repetitas. quinq; quidem sub titulo de sacro sanctis ecclesiis simul. sunt extremis codicis illius li. repetitæ. [b] At trigesima nona [c] sub titulo de episcopis & clericis, est etiam sub titulo de pactis 29. [d] ex qua illi est dies & consul addendus, qui in Noricis libris deest. & ex vltima de officio diuersor. iudicum, constitutioni, 2. de proximis sacror. scrinior. [e] Illud miror, non eandem esse 10. de pactis, [f] & 1. de pactis conuentis. Poteris autem ex lib. 2. Codicis Theodosiani diem & Coss. addere cõstitutioni extremæ de incolis, & 13. de dignitatib. Sunt aliæ non paucæ, quæ ex illo codice locupletari interpretariq; queant: quod nos aliquando ostendemus. Sed vt ad illam repetitionem reuertamur, nolim quemquã Triboniani consilium reprehendere, cur toties bis eadem scripserit. Sunt enim permulta necessariò separatis tractatib. scribenda, sunt alia quæ repetitione illa memoriæ mandantur. Idque videmus delectationis causa poëtas fecisset.

Est locus Hesperiam Graij cognomine dicunt.

& alio loco:

Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus.

in quo Romanus vates Græcum imitatus est. Vnde illud nostri Martialis est:

Edita ne breuib. pereat mihi charta libellis,
Dicatur potius τὸν δ' ἀπαμειβόμενος.

De aliis Inscriptionum vtilitatibus. VIII.

a l. Gallus. §. ille casus.
b C. de sacrosanct. eccles. l. ad instructiones l. absit. de priuil. do. An. lib. xj. l. sacrosancta l. vlt. C. de annonis & trit. lib. x. l. qui sub præ. l. vnde collegiatis. lib. xj. l. Iubemus nullã. l. ij. C. de naui non excusa. lib. xj. l. neminem. l. ij. de ouib. mune. lib. x. & l. nullus de cursu pub. lib. 2.
c l. si quis in conscribendo. de episc. & cler.
d l. si quis. C. de pact.
e l. vlt. C. de off. diu. iud. l. ij. C. de proximis sacro. scrin. lib. xij.
f l. legẽ. C. de pact. l. j. C. de pact. cõuen. l. mulieres. in C. The. de iurisdictio. l. vl. C. de incolis. lib. x. l. mulieres. C. de dig. li. xij. Verg. 1. & 3. li. 3. & 8.

a l.vlt.de col le.& corpo.

CAius libro quatto ad L. xij. Tabulat.scribit a: Sodales sunt qui eiusdem collegij sunt, quam Græci
„ ἑταιρείαν vocant. His autem potestatem facit, lex pactio-
„ nem quam velint, sibi fore: dum nequid ex publica lege
„ corrumpant. Sed hæc lex videtur ex lege Solonis translata esse. Nam in luc. ita est, ἐὰν δὲ δῆμος, &c. Hæc Caij verba nunquam recte scripta sunt, quoniam sine illa inscriptione, de qua lege ageretur, vix esset qui suspicaretur.[b] Nunc nihil apertius est, quam lege xij. tabular. sodalitates permissas, idq; translatitium esse ex Solonis le-

b sic.l. vlt.re.

c l.apud Iulianum. de fideicō. liber.

„ ge. Item apud Pomponium lib. 7. epistular.[c] ita scribi-
„ tur: Apud Iulianum ita scriptum est, Si heres rogatus seruum manumittere: & quæ sequuntur. Deinde: An hęc
„ vera putes? Nam ego discendi cupiditate, quam solam
„ viuendi rationem optimam in octauum & septuagesi-
„ mum annū ætatis duxi, memor sum eius sententiæ, qui
„ dixisse fertur, κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην. Nemo est qui non opinetur. hæc Pomponij verba fuisse. item hanc pręclaram sententiam Iuliani. Ego vero omnia eius, qui per epistulam id à Pomponio petierat, Gręcam autem sentētiam veteris alicuius philosophi fuisse arbitror, cui similem Lucianus nescio quo libello refert. Pomponij autem responsum il-
„ lud est, Bellissime Aristo & Octauenus putabant: & quæ postea sunt. In hanc sententiam me & inscriptio & Florentina scriptura ducunt. Sic etiam arbitror ex inscriptione interpretandum esse caput ccxvj.[d] de ver. signi-
„ ficatione, cuius verba sunt hæc. VLPIANVS libro pri-
„ mo ad legem Æliam Sentiam. Verum est eum qui in
„ carcere clusus est, non videri neq; vinctum neq; in vin-
„ culis esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita. Si seruus ob delictum à domino vinctus fuisset, postea manu missus dedititiam libertatem consequebatur ex lege Ælia Sentia.[e] Existimat Vlpianus locum non habere legem, si carcere inclusus sit: cum tamē alio loco dicatur, nihil interesse, parietib. quis, an cōpedib. teneatur.[f] Huiusmodi multa Digesto. capita interpretari possunt. vt quæ ex libris ad L. Iuliam & Papiam sub illo ipso titulo de verbor. significatione, & sub titulo de ritu nuptiar. scripta sunt. Huc accedit quod nōnunquam referri illos

d l. verū est. de ver. sign.

e §. vlt. de libertinis. vbi Theop. Paulus li. iiij. senten. de manumissio. Alci. lib. j. capit. xvj. parer.

f l. succurritur. ex quib. cau. mai. d. auth. de restitu. in pri.

ri illos libros videas, vt Nouella cviij.[a] Papinianus libro 19. quæstionum.[b] & eiusdem responsum[c] constitutione viij.[d] de institutionibus & lib. xj. responsor.[e] apud Marcianum libro singulari ad formulam hypothecariam.[f] Marcianus idem in institutionibus apud Iustinianum sub titulo de l. Aquilia.[g] Est autem id quod refert, apud illud 7. libro institutionum.[h] Item Caius ab Iustiniano relatus est in interpretatione legis 12. tabularum sub titulo de publicis iudiciis, lib. iv. institutionum.[i] est libro primo ad L. 12. Tabularum vt ex l. 233.[k] capite de verborum significatione, cognoscitur. ex quo totus ille Institutionum locus emendandus est. quod nos aliquando diximus.[l] Ad eorum quæ scripsimus similitudinem, possunt sexcenta alia conscribi. Illud addam, quod non mediocris vtilitatis existimari oportet: eiusmodi inscriptionibus reperiri facile posse in sententiis Pauli, & Caij institutionibus quę hodie extant, veram multorum locorum interpretationem. Licuisset vtinam per tam multas multarum nationum ferocium & barbararum in Latinum nomen incursiones, vt si optimis Sulpitij, Aquilij, Bruti, atque Muciorum libris caruissemus. item eorum quos hi ex quibus Pandectæ constant, in ore semper ferunt, Sabinor. Labeonis, Proculi, Celsi vtriusque aut Neruæ: at his ipsis frui licuisset, Papiniani, Vlpiani, Pauli, Iuliani, & Scæuolæ. Ex his enim Pauli & Caij reliquiis, quantam iacturam fecerimus, cognoscimus. Sunt autem hi sententiarum & institutionum libri mendosi & mutili, vt non minorem indignitatem quàm vtilitatem (quæ tamen magna est) lector his legendis ferat. Quæ vero hinc ob inscriptiones reperimus in libris Sententiarum namque hi minus mendosi sunt, vno loco collegimus. ex his vtiliora sunt hæc. Nam licet ad Digestor. emendationem prohibuerit Iustinianus eis libris vti,[m] ad interpretationem certe & antiquitatis cognitionem vti licet.[n] Et principio caput xiv.[o] de statu hominum, quo dicitur non esse eos liberos, qui contra formam humani generis conuerso more procreantur. ex lib. quarto Sententiarum Pauli, titulo de intestator. successione, eam accipit interpretationem, vt cùm

a auth. de resti. in pri.
b Titius. ad Tre.
c l. cum pater. §. vicos. de leg. ij.
d l. si testamentũ. C. de institut. vel subst.
e l. iij. in pri. Digest. qui potio.
f l. creditor. §. Papinian. e. tit.
g l. instit. de L. Aqui.
h l. legatis. §. pecorib. de leg. 3.
i §. item. l. Cornelia. de pub. iu.
k l. si caluitur §. telum. de ver. sign.
l lib. iv. ca. v.
m l. j. & ij C. de vet. iur. enu.
n Vigl. in pri. de testa.
o l. non sunt libert. de statu ho.

a Inſt.de S. C. Tertyl. in prin.

S.C.Tertylliano, mater ingenua trium liberor. ius ha-
bens,aut libertina quatuor, ad filij bona admittatur: a
ſi mulier monſtroſum aliquid aut prodigioſum enixa
ſit,in eum numerum liberor. id non numeretur. At
partus, qui membror. officia ampliauit,quia aliquare-
nus videtur effectum (ſic enim ſcribendum eſt) matri
prodeſt.Capit.38.[b] de pœnis.quod dicitur:Iudices peda-
nei,ſi pecunia corrupti dicantur, plerunq; à præſide aut
curia ſummouentur:id Pauli interpres lib.v.Sentētiar.
titulo ap L. Iuliam repetundar. ita interpretatur,vt pe- 1
danei iudices ſint, qui ex delegatione cauſas audiunt.
quod Alciatus noſter probat li.10,παρέργων.[c] licet Dige-
ſtor.locum eſſe non dixerit: tamen vt rem multis iuris
ciuilis locis conuenientem refert. Sed & totum ferè il-
lud caput ex eo lib. v. eſt, qui Florentiæ eſt inſcriptus.
Nam licet capitis initium non repeterim: quod de au-
ctorib.ſeditionis dicitur,illic ſub titulo de ſeditioſis eſt,
& quod de abortionis, aut amatorio poculo,ſub titulo
de ſicariis & veneficiis. de eo qui teſtamentum aperuit,
ſub titulo ad L. Corneliam teſtamentariam, & quæ de 2
inſtrumentis poſtea ſcripta ſunt. Emendandum autem
eſt,quod illic pro interpretatione ponitur ſeptimę ſen-
tentiæ, & vt Pauli ſententia ſcribendum. Similis error
eſt ſub titulo de fiſci aduocato. Interpretatio enim ter-
tiæ ſententiæ reperitur in Digeſtis ſub titulo de hære-
dib.inſtituendis cap. 89.[d] In quo etiam Gratianus ma-
gni nominis vir errat,[e] quem errorem mirandum non
eſt deprehendiſſe adhuc neminem: eſt enim nuper hic
Sententiar.liber editus,& à Gratiano Theodoſianus co-
dex appellatur.Cuius appellationis cauſa eſt,quòd nuſ- 3
quam hę ſententię extent ſine conſtitutionib.Theodo-
ſianis.Itaq;Gratianus non ſolum in libri nomine errat,
ſed quod non diſtinguit verba Pauli ab eius interpre-
te,ſed vt apertiorib. interpretis verbis libentius vtitur.
Nam quod ab eo ſcribitur, propter ſuperfluam appel-
lator.ſententiam, & cetera: interpretis verba ſunt ſen-
tentiæ primi tituli De cautionibus & pœnis appella-
tionum,libri quinti ſententiar.Ex eo autem loco emē-
dandum eſt, vt non apud iudicem appellare, ſed iudi-
ci ſcribatur:neque ad iudicem, ad quem prouocauerit,
ſed

b l.ſi quis aliquid. §. iudices.de pœnis.

c cap.xlj.

d l.imperatorē. de her. inſt.

e ca. propter & ſeq. ij. qu. vj.

sed quem.est enim vtrumq; genus loquendi elegantius. Quod vero postea dicitur, Habita dinumeratione 20. milium diurnor. per singulos dies computetur. aut in vulgarib.sententiis deest, aut Gratianus addidit ex cap. 3.de verbor.significatione.At illud, ab eo quo appellatum est,[a] & reliqua, sumpta sunt ex titulo de dimissoriis litteris, & inter Pauli verba illud ex interprete insertum est. Ista iam superius sub titulo de cautionibus & pœnis appellantium interpretata sunt. Indicabat autem interpres illum locum ex quo Gratianus priora illa sumpserat: sed in eo deceptus est vir minime malus, quòd omnia vnius esse verba credidit, Interpretis quoque illa verba sunt: Quicunque non confidentia iustæ causæ,[b] & cetera.sub titulo de reddendis causis appellationum.in quib.emendandum est, vt non, Ne abiiciatur appellare voluerit,sed Ne addicatur,vt illic est, scribatur.de quo verbo alio loco scripturus sum.[c]Ex interprete etiam & Paulo accepit, quæ postea scribit [d] titulo Post prouocationem quid obseruandum sit,& titulo De meritis appellationum. Sed vt in his optimi viri & docti temporum culpa errent,facile ferendum est. nos ad nostro Digesta reuertamur. Et in Noricis libris emendari etiam debet inscriptio 48.capitis, [e] De minorib.vt non liber 3. sententiar. sed primus scribatur. sic enim Florentiæ est, & eius initium eo libro reperitur. Quod vero 24.[f]idem liber inscribitur, non arbitror ad totum caput pertinere,quippe quod non sententiis constet,cuius item initium solum extat. Eiusmodi sunt, quæ ex inscriptionib.elici possunt:quib.illud etiam cognoscetur,quo ordine edictum perpetuum.cuius optimus interpres Vlpianus est, constitutum fuerit: id in libris ad edictum poterit obseruari. In libris vero disputationum & responsorum, respondendi & disputandi rationem,in differentiis & definitionib.& sententiis, quàm apte tractationi rer.respondeant, animaduertes. Quod solum in omnibus rebus considerandum est, vt constent omnia suis partibus,quibus compactis veluti quędam honesti harmonia efficiatur.

l. itinere. de verb.sign.

a cap. ab eo. ij.q.6.

b quicunque e.ca.& q.

c l..2.cap.5.

d quotiēs. c. omnino. ea. quæ.

e minor sc. de mino.

f l. quod si minor.eo.

Quib. locis erratum eſſe opinemur ob verbor. interpunctiones. VIIII.

CVm omnes libros è Florentinis ortos eſſe antea ſcripſerimus: illi vero ita ſcripti ſint, vt non orationibus ſolum, ſed ne verbis quidem ipſis diſtincti ſint: quòd, vt in antiquis monumentis apparet, Romani homines his punctorum, & ſpaciorum interuallis non vterentur: mirandum non eſt, ſi in ſeparandis orationibus eſt erratum. Admonuit me huius rei Lælius Taurellus meus, ante Pandectarum illarum lectionem: & duos mihi locos oſtendit bellè ac ratione emendandos. Alter eſt Papiniani [a] ſub titulo de nautico fœnore, quem ita Haloander Budæum ſecutus edidit. nec pignora vel hypothecæ, titulo maioris vſuræ tenebuntur, pro operis ſerui traiectíciæ pecuniæ gratia ſecuti. Deinde, quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt, ad finem non vltra duplum centeſimæ debetur. Eſt autem ita emendandus, vt ſeparata oratio ſit. Pro operis ſerui traiecticiæ pecuniæ gratia ſecuti, quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt: ad finem centeſimæ, non vltra duplum debetur. Sic enim verbor. ordo à Budæo mutatus, reſtituendus eſt. Hæc ita ſcribenda eſſe ex eo apparet, quod nunquam in ſingulos dies vſuræ promitterentur, ſed in menſes, aut in nauigationem. Itaque quod in dies ſingulos in ſtipulatum fuerat deductum, pro operis erat ſerui creditoris, qui vt recte Accurſius exiſtimar, cũ debitore nauigabat [b] quod centeſimam excedere non oportebat: hoc eſt, vt centeſima vſura altero tanto amplius ſorte non eſſet. Hoc ita intelligendum eſt, cum ratio ſcilicet ſortis & vſurar. nauticar. & operar. duceretur. Eſt enim conſtitutum, vt ſi vſuræ centeſimæ ſortem æquauerint, nihil amplius ſoluatur. [c] qua in re pręceptoris mei opinionem [d] aduerſus Budæum [e] ſequor. Et Accurſius in eo ſolum errat, quòd putat anno centeſimam vſuram ſortem æquare, cum centum menſibus id faciat: [f] ex quo nomen accepit, quippe quæ centeſima pars ſortis eſſet. Illud igitur, quod pro operis ſerui ex ſtipulatione debetur, centeſimam

a l. nihil intereſt. de naut. fœ.

b l. traiectitiæ. de oblig. & actio.

c l. ſi non ſortem. in pri. de cond. iud. l. vſuræ. l. de vſuris. C. de vſur.

d Alc. lib. j. cap. 32. parer.

e Bud. l. 3. de falſ.

f Soci. l. 3. §. vlt. ad l. falc. Theoph. §. plus. de actio, & §. ſed & quæ. princi. de iure natu. Cõſt. Harme. lib. 3. tit. 7. Alciat. & Bud. multis locis.

ſimam vſuram non excedet,& ſi nautica vſura excederet eam ſæpe.[a] Ita fiet, vt non vltra duplum debeatur. Alter locus eſt ſub titulo de agnoſcendis & alendis liberis capit. 1. illis verbis, quæ iniquitatem maximam habere videbantur. Si quis longo tempore abſuerit, & reuerſus vxorem prægnantem inuenerit, & idcirco reiecerit, ſi quid ex his quæ ſenatuſconſulto continentur, omiſerit, ſuum heredem ei naſci. Recte enim Lælius exiſtimabat,his quæ antea ſcripta ſunt coniungenda eſſe hæc.vt dicatur,ceterum ſi eſſet, aut vt alij ſcribunt, ſi ceſſet, aut ſi eſſe ſatis iniurioſum ait ſi quis longo tempore abſuerit, & cetera. Videbitúrque hæc Iuliani ſententia eſſe, quam Vlpianus alio loco refert his verbis:Sed ſi fingamus affuiſſe maritum,verbi gratia per decennium, reuerſum anniculum inueniſſe in domo ſua,placet nobis Iuliani ſententia, hunc non eſſe mariti filium. & hæc conuenientia eſſe videntur his quæ paulo antè eiuſdem Iuliani eſſe dicuntur.[b] Sed hæc atque alia vir ille doctiſſimus explicaturus eſt quàm primum. Interea nos quæ illis ſimilia vidimus, ſcribamus, & principiò id quod Florentiæ vna ſolum littera mendoſum eſt cap.2. de eo quod certo loco ita dicitur. Scæuola libro 15. quæſtionum ait, non vtique ea quæ tacite inſunt ſtipulationibus ſemper in rei eſſe poteſtate, ſed quid debeat, eſſe in eius arbitrio: an debeat, non eſſe: & ideo nec locum eſſe. Sic enim in Norico libro eſt : in aliis, & ideo locum. quæ verba quid ſibi velint ignoro.Florentiæ melius:Et ideo cum qui Stichum aut Pamphilum promittit, eligere poſſe quod ſoluat, quamdiu ambo viuant. quod ſi eum pro cum ſcripſeris, nihil erit apertius, coniuncta vt à me factum eſt, proxima oratione.Eſtque hæc emendatio à figura literarum, qua liber ille conſcriptus eſt, non aliena. & hoc audio Lælio etiam meo probari: cui etiam probatur, vt Cum quis Stichum legamus, quod non improbo. Similem emendationem recipit cap. 7.[b] de peculio, illis verbis: Sunt quidam, inquit, qui putant, peculium ſeruum habere non poſſe.namque ita ſcribendum eſt: Vtputa ſi alter ex dominis furioſus ſit,vel pupillus:ſi, vt quidam(inquit)putāt pecu-

a d.l.eos. l.j. §. idem Iulianus. de lib. agn.l.filium. de his qui ſui.

b d. l. j §.Iulianus..l.ij.§. Scæuola. alias eſt l.3.de eo q.cer.lo.

c l. quā Tuberonis. in prin. de pecu.

,, lium seruus habere non potest, nisi concedente domino. Vnius literæ error est, & similis separatio cap. 4. a quibus modis pignus soluitur. quod scribitur: Sed & si non concesserat pignus venundari, sed ratam habuit venditionem: idem erit probandum, eum velle. Deinde: Quæritur si forte, & cætera. Florentiæ est: idem erit probandum. Belle quæritur, si forte venditio, & alia. In eodem verbo erratum est cap. 4. b de vsu & habitatione: non velle inquilinum dici, qui cum eo habitet. in Tusco libro elegantius est, Non belle. Sed in eo quoque erratum est cap. 5. c de operis noui nuntiatione. Sed illic ea solum littera erratum, in aliis libris separatione & mutatione verborum quod enim vel in Norico libro legitur, Æquum est, nos operis noui nuntiatione ius nostrum nobis conseruare velle: scriptum est Florentiæ, Sed & si in ædes nostras quis immittit, aut in illo loco nostro ædificet, æquum est nos operis noui nuntiatione ius nostrum nobis conseruare. & velle Sextus pedius definiit triplicem esse causam operis noui nuntiationis. quod si belle scribas, pulchre illum locum emendaueris. Idem faciendum est cap. 2. sub titulo de suis & legitimis, illis verbis. Vnde vel quæri potest, quod olim velle fuerat scriptum. Sed scribendum est belle, item ca. 2. ad S. C. Tertyllianum. Tractari inquit belle potest. Quib. locis quantum Accursius fallatur, scribere nolo. Illud videamus, quod sub titulo de ædilitio edicto cap. 14. d scribitur. & verius est quod Pedius: an ita scribi debeat, vt illa, Et verius est, ad superiorem orationem pertineant, Deinde dicatur. Quod Pedius idem ait, si vna alicuius præcisa sit: tollere magis, quàm præstare redhibitionem, quòd morbus minuitur: ego puto, si morbus desinit, non esse redhibitioni locum. Huc accedit, quod alio loco scripsimus erratum esse cap. 8. e de excusationibus. Cum dicitur. & propter hoc neq; ipsi habent priuilegium neq; filij eorum. Scribendum enim est filiis, & proximo (vt vocant) paragrapho illa verba coniungenda sunt. Sic enim ea Græce scripta sunt. καὶ διὰ τοῦτο οὔτε αὐτοὶ ἔχουσιν προνομίαν, οὔτε τοῖς τούτων παισὶν παλαιστρατιῶται ἐπίτροπος δοθέντες κατασχεθήσονται. ob hoc inquit neque ipsi priuilegium habent neque

a l. si debitor. in fi. quibus mo. pig. vel hyp. sol.

b l. cæterũ. in pri. de vsu & hab.

c l. de pupillo. §. sed & l. fi. & seq. de op. no. nu. l. ij. §. vnde. & ij. tractari ad S.C. Tertyl.

d l. quæritur §. itẽ. de eod. de æd. ed.

e l. sed & milites. §. j. & seq. de excusat.

neq; si eor. filiis veterani tutores dentur, obligabuntur. Iam verò quod ca.111.[a] de legatis, scribitur secundũ vulgarem formam iuris, si liberos suos emancipare rogatus fuerit, non cogitur hoc facere, ex Tusci libri scriptura separandum est hoc pacto. eatenus (inquit) restituenda est, quatenus hæreditas testatoris patitur secundum vulgarem formam iuris. Sed si liberos suos emancipare rogatus fuerit, non cogitur hoc facere. Et rectè. Est enim illud notius non posse defunctum onerare hęredem amplius quàm in hæreditate est: Accursiana verò interpretatio ridicula est, etiam si hæc non ita separanda sint. Ea etenim est vulgaris forma, quæ in vulgus nota est, vt vulgaris cautio paulò post, [b] vulgaris quæstio, [c] exceptio, [d] formula. [e] Item capite primo ad S.C. Tertyllianum. [f] Vulgò scriptum est. poterit ex hoc S.C. admitti, quasi vulgò quæsitus filius, sed non filius scribendum est, sed vt Florentiæ est Filio, qui mortis tempore matris ciuis Romanus fuit, si ante aditam hæreditatem in seruitutem deducatur, legitima hæreditas non defertur. Sic etiam verbor. & interpunctionum error est capite 65. [g] de adquirendo rer. dominio. quæ ita scribi debent. Si qua insula in flumine propria tua est, nihil in ea publici est. hæc Labeonis verba sunt lib. 6. Pithanon, à Paulo epitomator. vt ex inscriptione cognouimus. Reprehendit eam sententiam Paulus. Immo (inquit) in eo genere insularum, ripæ flumini, & littora mari proxima, publica sunt: non secus atque in continenti agro idem iuris est. Hoc autem loco duo puncta Florentiæ sunt, & non nihil spatij. Deinde Labeonis verba scribuntur: Si qua insula in flumine publico proxima tuo fundo nata est, ea tua est. quæ à Paulo reprehenduntur. Alior. libror. scripturam piget scribere. Emendandum etiam est sub titulo vt in flumine. [h] quod dicitur: Possunt autem etiam hæc publica esse non publica. & scribendum: Possunt autem etiam hæc esse publica. Publicano planè qui lacum vel stagnum conduxit, si piscari prohibeatur, vtile interdictum competere, Sabinus consentit. Caput 133. [i] de verbor. obligationib. ad finem ita scribendum est: Aut si sic volumus factam esse stipulationem, neque per te, neque

a l. filius fa. §. secundum. de leg. 1.

b §. diui. j. e. l.

c l. vulgaris de furt.

d l. Bæbius. de pac.

e l. si seruus. de furtis.

f l. j. §. j. ad. S.C. Tert.

g l. si epistulã. §. si qua. de adq. rer. domi.

h l. vn. §. possunt. vt in fl. pu. na. li.

i l. si sic. de ver. oblig.

„per heredem fieri, vt ad vnam vim primam teneat: si „vim fecerit, amplius ex heredis committi non poterit. „Ergo si actum sit quasi ex ipsius vi, tota sit consumpta? „quod non est verum. Si diligenter animaduertas, hac scriptura nihil apertius est hoc capire, quod maxime obscurum existimatur. Nihil enim aliud agitur toto eo capit. quàm vt negetur illa stipulatione, neq; per te, neq; per heredem tuum vim fieri spondes, de vno tantum promissoris facto agi. Nam & de heredis, & de alia promissoris vi promissum esse credendum est. Quam hæc variè ab Accursio & ceteris scribantur, nemo ignorat. Nos Florentinam scripturam secuti sumus: nisi quod, vt antea scriptum est, puncta illic nulla sunt, ne verba quidem separata. Non ita multum interest cap. 20. a de captiuis, quo pacto scribatur. Sed tamen sic Florentiæ est. Pomponius libro 36. ad Sabinum: Si ca„ptiuus, de quo in pace cautum fuerat, vt redeat, sua „voluntate apud hostes mansit, non est ei postea postli„minium. Verum est, expulsis hostibus ex agris, quos ceperint. dominia eor. agror. ad priores dominos redire. Alij scribunt, Non ei posteà esse non postliminiū verum est. Sub titulo de verbor. significatione, 197. [b] ca„put ita scribendum est: Vlpianus lib. quinquagesimo ad „edictum. Indicasse, est detulisse, arguisse, accusasse, & „conuicisse. & ita Alciatus distinguit: sed ob libri sui notas, vt opinor, pro L. libro I. edidit. Sed & multis illius tractatus capitib. non rectè libror. numerum aut appellationem adscribit, eadem ni fallor de causa. vt cùm ad S.C. pro ad Sabinum, [c] epistolar. pro epitomat. [d] scribit. quod quoniam non multum ad interpretationem semper iurisconsultor. facit, ferendum est. Sed tamen hoc loco inscriptio me docuit, ad S. C. Silanianum illa verba pertinere. Nam vt opinio mea refert, cap. 3. de illo S.C. [e] quod ex eodem illo L. libro Vlpiani acceptum est, ita scribi oporret: Vtrum autē is solus videa„rur indicasse, vel arguisse, qui ad hoc prosilit vltro, an „etiam is qui cùm accusaretur ipse, detorsit in alium crimen? vulgo vindicasse scribitur, in quo librarij Florentinor. libror. errorem sequuntur, quod ex illo altero loco sub titulo de verbor. significatione constat. Vtroque enim

a l. si captiuus. de capti. & po. re.

b l. indicasse. de ver. sign.

c l. etiam. & seqq.

d l. puer j. eo.

e l. si quis in graui §. vtrū. de S.C. Silla.

enim loco, vt arbitror, illius S.C. verba referuntur, quæ malè distincta in Noricis sunt, vt in ceteris: Alciati libro excepto, cuius interpretatio tamen scripturæ non respondet. Addi suprascriptis potest, quod sub titulo de pigneraticia emẽdauimus,a itẽ difficile illud caput[b] de verbor. signif. de quo alio tempore scripsimus.*Hoc genere emendationis Accursius vritur crebro, vt sub titulo de consulib. illis verbis, apud collegam verò causa probata, potest. & cap.13. [c] de iureiurando. Julianus ait, eum qui iurauit fundum suum esse, post longi temporis præscriptionem etiam vtilem actionem habere debere. Scribi enim posse existimat, qui iurauit fundum suum esse, post longi temporis præscriptionem. & lib.3. Institutionum,[d] illa stipulatione, si nauis ex Asia venerit hodie dare spondes? an venerit hodie, an hodie dare scribatur, dubitat. Theophilus, venerit cras, scribit. ex quo aparet, & ex Iustiniani verbis posteriorem scripturam probandam. Haloander quoq; interpunctiones mutauit capite 4. [e] de officio eius: quod ita scribendum est, vt anteà scribebatur. Imperatores Seuerus & Antonius Braduæ proconsuli Africæ. Cùm propriam iurisdictionem legatis tuis dederis, consequens est, vt etiam de suspectis tutorib. possint cognoscere, vt possessio bonor. detur: vel si cui damni infecti non caueatur, vt is possidere iubeatur: aut ventris nomine in possessionem mulier, vel is cui legatum est, legator. seruandor. causa in possessionem mittatur, mandari potest. Item cap. 13. f de tutorib. & curatorib. datis, separandum non est diuersis sententiis, quod ab Haloandro fit. Sed ita ad finem scribendum: Sed si puella duodecimum annum impleuerit, tutor desinit esse. quoniam tamen minorib. annis desiderantib. curatores dari solent, si curator patronus petatur, fides inquisitionis pro vinculo cedet cautionis. Neque enim probo, quod cap. 60.[g] de re iudicata, scribit: Sonticus autem existimandus est, qui cuique rei agendę impedimento est litiganti. Sed quod in aliis libris est: Litiganti porrò quid magis impedimento est, quàm motus corporis contra naturam? Sed & cuiusque rei scribendum est, non cuiq;. Sic Alciatus noster libro quarto.

a l. elegãter. §. si vendiderit. de pig. act.
b l. annicülus. j. de ver. sign.
* lib. 4. ca. 6. l. vnde cons.
c l. si duo patroni. §. Iulianus. de iure iu.
d §. item si quis. de inutil. stip. vbi Theophi.
e l. cognitio. de off. eius.
f l. si impuberi. de tut. & cura. dat.
g l. quęsitum. de re iud. l. ob æs. C. de præd. mi. Alci. lib. 4. c. 5. Disp.

Diſpunctionum, conſtitutionem 12. de prædiis minorum, Ob æs alienum, tantùm cauſa cognita ſcribẽs, aduerſus omnium interpretum ſententiam intelligẽdam putat. Sic etiam ex Græca interpretatione apud Vigliũ[a] capitis 12. [b] de bonor. poſſeſſione contra tabulas ſcribendum eſt eo capite. Si prius teſtamentũ extet iure factum, quo filius exhæredatus eſt, ſequens imperfectum, in quo præteritus ſit filius: poſteriore teſtamento præteritus rectè petet bonor. poſſeſſionem, ſi remoto quoq; filio potiores ſint in ea hæreditate, poſteriore teſtamento ſcripti hæredes. & ita ius habet, vt cùm is, &c. Non verò ex illis verbis, Si remoto, alia oratio incipiat. Horum exemplo, quæ ſupra ſcripta ſunt, omnibus ſuadeo, vt ſi quid aut iniquũ, aut minus aptè ſcriptum repererint, quod facile punctis ablatis aut additis reſtituatur, id facere non dubitent. Habent optimor. libror. notam ſcripturam, habent maior. & recentium iuriſconſultor. exemplum. Seruetur modo is, qui in rebus omnib. deſideratur, modus.

a Vigl. §. ex eo. qui. mo. teſt. int.

b l. ſi duob. §. j. de bon. poſ. con. tab.

LIBRI PRIMI FINIS.

ANTONII AVGVSTINI EMENDATIONVM, ET OPINIONVM,

Liber Secundus, ad MICHAELEM MAIVM.



Aximos, ni fallor, fructus, Mai, ſuperiori libro oſtendiſſe viſus ſum, Tuſcar. Pandectar. ſcriptura prolata. Quid enim maius dici poteſt, quàm permultis locis contrariam veritati ipſi ſentẽtiam maiores noſtros defendiſſe, demonſtrare? Cui rei acceſſit, quod ad multar. partium iuris interpretationem conducere videbatur,

videbatur, vt de appellatione librorum, è quib. nostri sumpti sunt, & de interpunctionib. verba faceremus. Nunc verò de eo genere errorũ tractãdum est, quod ob ignoratum dicendi genus infinita loca occupauit. In quib. explicandis, vereor ne id mihi vitio dent, quod nuper non Gul. Budęo solũ, qui etsi primus nostra memoria elegantiam ad ius ciuile applicare cœpit, tamẽ non ille quidem magnos in iure progressus cognoscenda vtriusque linguæ antiquitate impeditus fecit: sed etiam And. Alciato familiari tuo, meóque pręceptori, cuius libris quasi postliminio iuris prudentia rediisse visa est in ciuitatem Romanam. Namque ita aiunt ciuilem scientiam totos homines desiderare, qui nihil aliud agant, curent, cogitent, quàm vt quid Accursio, Bartolo, Baldo, Alexandro, & ceteris doctis viris, sed alienis ab omni elegantia visum fuerit, defendant, legum verba ignorent licet, tempor. nullam habeant rationẽ, quibuscũq; verbis & libris vtantur, rudes deniq; & omnium aliar. rer. ignari appellentur, dum illud vnum dicere possint, nihilo fuisse se Accursium aut Bartolum ear. rer. peritiores. Eósque ferunt, qui huiusmodi dicendi illecebris tenentur, totos in verbor. interpretatione versari: quasi verò aliud permultis libris Labeo, Vlpianus, Paulus, Scęuola, & ceteri faciant, quàm legum, edictor. testamentor. stipulationum verba interpretari. Sed & hoc ipsum, quod criminantur, ex eorum peccato natum est. Neque enim multus hac in re Alciatus, Budæus, Viglius, Pyrrhus, Zasius, & Haloander essent: nisi docti illi viri, tempor. illor. peccato optimam hanc iuris partẽ non essent assecuti. Et quod aiunt nolle se Bartolo aut Accursio peritiores esse, agnosco eor. verecundiam. Sed arbitror illum ipsum Accursium & Bart. si reuiuiscerent, aut ceteros quos nominant egregios viros, qui quantum illis temporib. elaborari potuit, operam dederũt, vt ius ciuile & discerent & docerent: libenter è Græca & Latina lingua multar. legum interpretationẽ accepturos, séque & barbaris verbis & interpretationib. inanib. exoneraturos. Hanc verò ipsam libror. emendationem quis non probaturos eos opinetur? cùm & ipse Bartolus mathematica & Iudaïcam (si diis placet) linguam didicerit?

& Baldus, atque alij dialecticis è sophistar. scholis, quæ tum vigebant, ius ciuile iuuasse dicantur? Quid verò de Accursio dicam? quo labore & quanta diligentia scripturæ varietatem significat? verbor. origines & significationes ex omnibus omnium generum libris eliciat? quantam denique curam in toto iure ciuili declarando similib. contrariísque locis adscriptis ostendat? Ad huius tempora, aut de ea, quæ consecuta sunt, suspiciant velim hi, qui tantùm interpretib. deferunt, vt omnia alia iuris studioso abiicienda esse censeant: quos enim magis profecisse ceteris scimus, dies noctésque hoc vnum agebant, vt ipsos iuris ciuilis libros, quos solos aut cum paucis interpretib. habebant diligentissime versarent. Hæc vna res totos homines habebat, à qua, cum quæstionum disputationúmque nouar. inuentis, posteri discesserunt, dum ingeniosor. & acutor. nomẽ captant, iuris interpretum amiserunt. Quanquam hæc non ita à me scripta sunt, vt eos reprehendam, per quos profecerim. Nam & multum Paulo Parisio summo antea iuris nunc etiam religionis antistiti debemus, qui Bart. Socinum præceptorem disputando imitabatur, copia vincebat: & Marianum Socinum Patauij aliquot menses audiuimus patrui sui acumine, iudicio clariore disputantem, And. verò Alciatum Iasonis discipulum alia quidem ratione, sed disputantem tamen audiuimus. qui omnes in omnib. interpretum libris declarandis versabantur, quod mihi cum illis operam dabam probabatur. Cum ab eor. scholis discessi, nescio quomodo nõ optime factum videbatur. Nunc video nos harum disputationum laqueis tempor. vitio teneri, sapientissimúmque esse existimari fortuna atq; temporib. vti quibuscunq; optare quidem certè & curare, vt præstantissima si possis, sin minus meliora vulgarib. facias. Sed vt ad bonar. litterar. hostes reuertar admonendi sunt, ne dum elegantiam in iureconsultis persecuntur, optimos illos & elegantissimos viros qui Digestor. libros conscripserunt calumnientur, neue dum verbor. interpretes accusant, eisdem consultis, & optimis illis Accursij præceptorib. atque discipulis diem dicant. Rogandi autem sunt, vt facile patiantur alios veterum iurisconsultor.

tor. imitatores atque amatores esse: cum ipsos nemo de deliciis & amorib. suis barbaror. ingent. voluminib. interpellet. Reprehendíque se non moleste ferre debent, si sibi constare volunt, & illam elegantiæ & antiquitatis contemptionem perpetuò seruare. Sed nos nimium multa de non multis, vt arbitror, ignorationis tenebris, cæcis hominib. Ad ea quæ polliciti sumus, veniendum est.

Multa in Digestis Græco dicendi genere scripta reperiri. I.

LInguam Latinam multa è Græcia accepisse, nemo est qui nesciat. Cùm enim Romani homines necessarium bellum cum omnib. omnium terrarum nationib. gessissent, armis quàm lingua præstare satius putabant. Contrà Græci, cùm se facile & multitudine & locorum opportunitate ab hostib. defenderent: disciplinas dicendi, quàm bellandi magis frequentabant. Itaq; cum hæc natio in illius potestatẽ venit: has ipsas cogitationes, & linguæ excolendæ curam secum tulit. In quo ne victores à victis vincerentur, cùm otium aliquod Romanæ ciuitati datum est, dicendi arti vsi sunt. Sed cum inops lingua copia illa careret verbor. quæ varietate sua amores illos orationis excitat, vt auditores quòcunque velit, trahat: à nutrice & altrice sua & verba permulta, & dicendi quædam genera mutuò accipiebat. Elaborarunt vt hoc ipsum multis exemplis ostenderẽt, Priscianus, magni nominis Grammaticus, & maximum nostror. tempor. ornamentum Gul. Budæus. Quor. exemplo nos, & si nostræ disciplinæ studiis impediti, minorem operam Græcæ linguæ dederimus, quàm ad eiusmodi res tractandas opus esse videbatur, tamẽ hoc qualecunq; est, quod ob eam linguam in nostris libris animaduertimus, non inutile mihi visum est in vnum locum collocare. Eiusmodi res perquirendi mihi occasionem Haloander & Politianus dederunt, qui his locis, quos postea scripturus sum, Græcam interpretationem suis libris addiderunt. Nam principio

a l.j. in prin. C. de vet.iure en.

b d.l.j. §.sed & hoc. l. vn. C. de latin. li.tol. in pri.

c auth. quomo.opo.epi. in prin.

d l. 2. §. hoc autem. C.de vet.iure enu.

e in proœ. Dig. in prin.

Iustinianus quadam constitutione, quæ & in constitutionum Codice,[a] & Florentiæ ante Digesta, scripta est, ait: Cùm itaque nihil tam studiosum in omnib.reb.inuenitur, quàm legum auctoritas, studiosum Haloander σπουδαῖον interpretatur, quod est studio & amore curaque dignum. Eodem verbo eadem constitutione vtitur, quod non rectè scriptum est in Norico libro. Sed ita scribendum: [b] Sed & hoc studiosum nobis esse volumus, vt si quid, & cetera. Item sub titulo de Latina libertate scriptum est: studiosissimum nobis visum est, 1
hæc quidem omnia & Latinam libertatem resecare, & Nouella constit.6. [c] barbarè versa, neque enim Græca extat. ideoq; nihil sic erit studiosum Imperatorib. sicut sacerdotum honestas. Altera constitutione, [d] quam ante Digesta Haloander tertiam scripsit, quod etiam in Tusco libro est, sed numeris Græcis adscriptis notatum est, præpostere scriptam esse: fit enim eius mentio in ea quæ secunda scripta fuit. [e] Illic itaque est scriptum. Quod & in antiquis edicti perpetui commentatorib. factum est, qui opus moderatè confectum huc atque il- 2
luc in diuersas sententias producentes in infinitum detraxerunt, vt penè omnem Romanam sanctionem esse confusam. Nam verbum Cerneres, quod vulgò additur, * cuius apud Budæum mentio fit. in Græca quidem constitutione, quæ eodem tempore, & eadem sententia scripta est, eadem figura dicitur. ὅπερ καὶ πρόσθεν ἐπὶ τῆς τοῦ ἠδίκτου γέγονεν νομοθεσίας, ὥστε καὶ πίγε οὕτω βραχύτατον αὐτὸ καθεστὸς ἐκ τῆς τῶν ποικίλων ὑπομνημάτων διαφορᾶς εἰς ἀναρίθμητον ἐκταθῆναι πλῆθος.

* illic non est, Græco, vt Politianus adscripsit, dicendi genere.

f l.vn. de off.quç.Dig.

* vt in nos.

g in proœ. Dig.ad finé.

Simile huic est sub titulo de officio Quæstoris [f] Ho- 3
dieq; obtinuit, * in vt differenter Quæstores creari. Sic enim est Florentiæ Haloander VT illud non scripsit. Nos quoque tertia constitutione, quæ vulgò sola ante Pandectas scripta est, Florentiæ scriptum vidimus. [g] Cùm oportet prius animas, & postea linguas fieri eruditos. pro quo Haloander scripsit animis & linguis, Sed illud Græcum est, quo latini poëtæ præsertim vtuntur.

Nuda, nudoq; sinus collecta fluentis.

Sub titulo vero de legatis animaduerti Caium, Græcor.

cor more tanti & quanti nominibus vti[a] atque adeo totus ille locus alienus à latinor. vsu esse videtur. Sed non " in ampliores inquit, quàm decē, qui legati sunt: quod si " minus sunt: in tantos quāti inueniantur. Sic Iustinianus atque alij Imperatores multis constitutionib. scribunt.[b] Cuiusmodi est quod Valla reprehendit, Quanti mercenarij in domo patris mei sunt. Sed in eo Gręcos imitātur, qui τοσοῦτος pro tot, & tantus vsurpant. Sic mulier pro vxore libro 3. de legatis.[c] Semproniæ mulieri meæ reddi iubeo ab hęredibus mei centum aureos, τῆς γυναικὸς enim nomine, & quęcunq; mulier & vxor significatur. Sic sin autem pro sinminus, vt ἐὰν δὲ græcis, quod " Budæus notat. Seia testamento ita cauit. Si mihi per cō- " ditionem humanam contigerit, ipsa faciam: Sin autem ab hæredibus meis fieri volo. Sic illud quod Valla non probat, græco dicendi modo defenditur, Haloander scripsit. Sin minus autem. Adde id, quod Victorius animaduertit, cap. 1. de aqua & aquæ pluuiæ arcendæ. Idem aiunt, inquit Vlpianus, aquam pluuiam in suo retinere, vel superficiem ex vicini in suam deriuare, dū opus " in alieno non fiat, omnib. ius esse. Ex vicini, pro ex vici- " ni fundo, quod multi scribunt, dictum est: vt Cicero, " per Varronis, per Locustæ, in Saturni, ad Concordiæ, gręco dicendi genere vsurpat. Sic ad extremum 8. capitis,[d] si seruitus vindicetur. Nam & in balineis, inquit, " vaporibus cum Quintilla cuniculum pergentem in Vr- " si Iulij instruxisset, placuit potuisse tales seruitutes imponi. Sic enim fuerat in optimis illis libris scriptū: sed emendatum est (si emendare corrumpere est) Pergentē in hortis Iulij, vnde factum in ortos, aut In hortum, in ceteris. Sed illud longè elegantius Haloander quoq; in Alexandri constitutione[e] scripsit: Et si per principis quodam calore fuerit peieratum, quod alij scribunt, per principis venerationem. Sed ego salutem potius, aut genium, illic intelligo: vt apud Vlpianum cap. 13.[f] de iureiur. Sed & capite altero de origine iuris; cū dicitur. Ad commilitones confugit, qui vniuersi de Algido, vbi " tunc belli gerēdi causa legiones erant, relictis ducibus " pristinis signa in Auentinum transtulerunt, vtroq; lo- " co montem intelligo: quamuis in Algido Nebrissensis "

a l. si ita legatum. de leg. j.

b l. 2. C. de off. Pr. Pr. Afr. multis locis. l. cum quæstio in fi. C. de legatis. l. vlt. C. de curso. pub. lib. 12.

c l. L. Titius. §. j. de lega. 3. l. Titia. de auro. argen. leg.

l. j. §. iidem aiūt de aqu. pl. arc.

d l. sicut autem. in fine. si ser. vin.

e l. ij. C. de reb. cred.

f l. si duo in fi. D. de iureiur.

l. ij. §. initium de orig. iur.

noster fallatur. Simile est cum verbum actionis desideramus, vt titulo de tutelę & rationib. dettahendis. item, de aqua & aquæ pluuiæ arcendæ. Et illa, finium regundor. familiæ erciscundæ, depositi, mandati, locati, & cõducti, furti aduersus nautas, arbor. furtim cæsar. expilatæ hæreditatis, stellionatus: & si qua alia quib. De actione addendum est. Sed cum dicimus, contra tabulas datur, aut vnde vi, bonor. possessionem, aut interdictum significamus. Proximum huic generi est, cum verbum Causa aut Gratia, aut Nomine desideratur. De qua re multa è Græcis & Latinis libris exempla, Priscianus & Budæus adferunt. Nos in nostris libris hæc reperimus, quorũ multa sunt ab Haloandro scripta mendose. Paulus libr. 3. quæstionum: [a] Si legati conditionalis relicti filio familias pater ab herede rẽ propriam eius pignori accepit. Pomponius lib. 3. ex Plautio. [b] Labeo ait, Si nemo sit, qui à patte promissoris interpellari traiectitiæ pecuniæ possit. Vlpianus lib. 28. ad edictum. [c] Nam eius rei, in quam præpositus est, contractũ est. Alfenus lib. 2. Digestor. à Paulo epitomator. [d] Topiarium enim ornandi, saltuarium autem tuendi & custodiendi fundi magis, quàm colendi paratum esse. Paulus libr. 5. Quæstionum. [e] & posterior magis admonendi emptoris & liberãdi se eandem legem tepetierit. nec poterit, &c. Vlpianus lib. 15. ad edictum. [f] Nam & Diuus Marcus in causa Pythodori, qui rogatus erat, quod sibi superfuisset ex hęreditate reddere. decreuit: ea quę alienata erãt, non minuendi fideicõmissi, nec pretium in corpus patrimonij redisset, * & ex proprio Pythodori patrimonio, & ex hæreditate decedere. Idem lib. 35. ad edictum. [g] Si patri ptopter condemnationem Romæ vbi dos petatur, esse non liceat, filiæ satis dotis fieri oportet. Idem lib. 73. [h] Si satisdetur alicui certę pecuniæ, recedere eum à pignoribus debere. Papinianus lib. 3. responsor. [i] Ante pretium solutum dominij quæstione mota, pretium emptor soluere non cogetur: nisi fideiussores idonei à venditore eius euictionis offerantur. Idem lib. 27. quæstionum: [k] In proposito enim diem non differendæ actionis incertum videri. Vlpianus libr. 31. ad edictum: [l] Si proxeneta interuenerit faciendi nominis, vt multi solent

a l. si legati. de pignor.
b l. ij. de nau. fœn.
c l. quicunq; §. non tamẽ. ver. si ei. de insti. act.
d l. cũ quæreretur. §. vl. de leg. 3.
e l. Titius. de seru. expor.
f l. sed & si lege. §. quod autẽ. de here. petitio.
* redisse Fl.
g l. si cũ dotem. §. si patri, sol. mat.
h l. item liberatur. in fi. quib. mod. pig.
i l. habitationẽ. de peri. & cõmo. r. v.
k l liber homo. 2. §. j. de verb. obl.
l l. ij. de proxeneticis.

solet. idem lib. 41. ad Sabinum [a] Verum est, quod plerique probant fundi furti agi non posse. Idem libr. 61. ad edictum: [b] Si sepulchri violati filius aget, quamuis hereditarij: quia nihil ex bonis patris capit, non videtur bonis immiscere. Reperient alij id genus plura, quæ facile his exemplis intelligent. Huiusmodi est quod Iustinianus lib. 3 Institutionum ait, [c] Laudamus quidem Prætores suæ humanitatis. quod Theophilus vertit, ἐπαινεῖ μὲν τῆς φιλανθρωπίας τοὺς πραίτορας. Desideratur etiam tempus, Græco more, capit. vltim. Quæ in fraudem creditor. Nec eum, inquit Venuleius Saturnius, qui hiberno habuerit fundum centum, si sub tempus messis vindemiæue fructus eius vendere possit decem, idcirco duas res, id est fundum centum, & fructus decem eum habere intelligendum. & apud Scæuolam libro 5. Responsorum [d] in Norico est, vt Florentiæ. Et vsque in hodiernum per Titium non stet, quominus reliquum solueret. alij enim diem addunt. Politianus præterea animaduertit cap. 5. [e] qui satisdare cogantur. Græcum verbum expressum esse illis verbis: Quia sanè non quælibet iniuria est, duci in ius eum qui satis idoneum fideiussorem det. non quælibet, ἡ τυχοῦσα interpretatus est. Haloander σύστασιν agnouit cap. 11: [f] libro tertio de legatis. Hic enim, inquit Vlpianus, extinguitur constantia debiti, Budæus quoque eleganter ait, eum à quo peteretur, ea de causa fugientem in multis constitutionib. [g] appellari, quod φεύγων à Græcis appelletur. in eo tamen errat sæpe, quod existimat Iustiniani constitutiones propter dictionis inelegantiam è Græcis versas esse. Vna illa excepta, quæ sub titulo De religiosis barbarè conscripta extat, ceteras omnes amisimus. Nouellarum tamen liber Haloandro debetur, qui vt erat diligentissimus vir, quæ etiã in Cõstitutionum codice desiderentur, significauit. Qua de re aliquando verba faciemus: nunc ad rem nostram redeamus. Animaduerti sæpe iureconsultos vsos quibusdam participiis, sic enim appellantur, quæ raro ab aliis vsurpentur. quib. Græca lingua abundat, vt apud Vlpianum lib. 63. ad edictum, [h] Si quis igitur compensare potens,

a l. verum de furtis.
b l. pro herede. in fi. de acq. her.
c §. ceterũ. inst. de legi. ad g suc. vbi Theoph. l. vl. §. si procuratori. ver. nam cum fundus. quæ in fraud. cred.
d l. si ita quis §. Seia de ver. obl.
e l. si vero. qui satisda.
f l. fideicommissa. §. si rẽ. de leg. 3.
g l. cũ ante. C. de rece. arb. l. 2. C. de iureiur. pr. cal. l. properandum. de iud. vlt. de bo. quæ lib. vlti. de pres. 30. vel 40. an.
h l. si ambo. de compe.

,,soluerit, condicere poterit. & apud Celsum lib. 23.Di-
,,gestor.[a] Si vicinum mihi fundum mercato venditor in
,,mea turre demonstret. Apud Pomponium lib.5. ad Q.
,,Mucium. [b] vxore mea stipulata me prohibeas. Vlpia-
,,nus lib.29.ad edictum:[c] Res venditæ non alias desinunt
,,esse meæ,quamuis vendidero,nisi ære soluto, vel fide-
,,iussore dato, vel alias satisfacto. & libr. vj.Disputatio-
,,num: [d] An postea ei satisfacto seruus constitutione vti
,,possit. Illud etiam, quo sæpe Iustinianus vtitur, Græ-
,,cum est: Reproba pecunia non liberat soluentem, re- 1
,,probis videlicet nummis reddẽdis, [e] statim tenuit eum
,,prius decretum,quasi in loco tertiæ tutelæ quarta sub-
,,roganda. [f] condemnatio autem eius duplum continet,
,,facienda æstimatione quanti domini intersit non lædi.[g]
,,Item illud, Nisi parata sit mulier pati maritum tollen-
,,tem. [h] Idem dicendum est de vsu infinitiuor.vt gram-
,,matici appellant, Vlpianus cap.1. de inofficioso testa-
,,mento: Cognati enim proprij, qui sunt vltra fratrem,
,,melius facerent si se sumptib. inanib.non vexarent, cũ
,,obtinere spem non haberent. Paulus cap.16. [i] manda- 2
,,ti: Si quis mihi mandauerit in meo aliquid facere, &
,,fecero, quæsitum est, an sit mandati actio?Modestinus
,,cap.26.[k]de pignorib.Pater Seio emancipato filio facile
persuasit, vt quia mutuam quantitatem acciperet à Se-
ptitio creditore, chirographum perscriberet sua manu
filius eius, quod ipse impeditus esset scribere. ita qui-
dem Florentiæ est: sed fortasse præstaret,imperitus es-
set scribere. In edicto quoque quod est sub titulo de
priuilegiis creditorum, vel potius de rebus auctoritate
iudicis possidendis(ille enim Florentiæ non est)ait Prę- 3
tor: [l] Quod postea contractum erit, quàm is cuius bo-
na venierint, consilium receperit fraudare. Thrypho-
nius cap. L. [m] de re iudicata: Ne liberalitate sua inops
fieri periclitetur. Quod vero Iustinianus ait. [n] Hoc
ipsum velle mulieris ab insidiis nequissimi hominis,
qui meditatur rapinam,inducitur: vsurpatum à Latinis
est. Maximè vero omnium vtile illud est, quod Accur-
sium non latuit, cum Tantum aut Solum negationi
non additum intelligendum est. Suprà enim scripta
magna

a l. quod meo.§. si vẽditorem. de adq.poss.
b l.si stipulatus fuero. de ver.ob.
c l.procuratoris. in fin. de trib.act.
d l. is cui suis §. si ab ignoto.de manumis.
e l.elegãter. §. qui reprobos. de pigner.act.
f l.si is qui tres. in prin. de excusa.
g l.furtim.in fi.l.facienda. arb. fur. cæs.
h l.pro voluptariis de im pens. l. j. de mo.test.
i l. is quis mihi. mand.
k l.fideiuss.§. pater.de pig.
l l.ait prętor. de priu. cre.
m l. ne liberalitate. de re iud.
n l. vn.iu fi. C. de rapt. vir.

magna ex parte delicatos solum lectores offendunt, hæc attentissimum & accutissimum quemq; perturbãt. Agnoscitur autem iureconsulti sententia aut ex ipsa rer. iniquitate, aut ob verbum Sedet, aut verumetiam, aliudve simile, proximo membro additum. Cuius rei apertissima primum exempla conscribam. Paulus libr. 20. ad edictum. [a] non enim solutio est hereditatis restitutio, sed & successio, cum obligetur. Idem libr. 7. ad edictum[b] armatos non vtique eos intelligere debemus qui tela habuerunt, sed etiam eos qui aliud, quod nocere potest. Caius libr. 21. ad edictum prouinciale.[c] Armor. appellatio non vtique scuta, & gladios, & galeas significat, sed & fustes & lapides. Marcianus libr. singulari ad formulam hypothecariam. [d] Sed & non soluendæ omnis pecuniæ causa, verum etiam de parte eius. Idem est, si illud Et aut etiam non addatur. in illo enim aduersante verbo intelligitur, quod Budæus animaduertit à Cicerone vsurpatum. nos etiam in vsu Iurisconsultor. esse scimus, vt apud Vlpianum:[e] Liberos senatorum accipere debemus, non tantum senatorum filios, verum omnes qui geniti ex ipsis, exue liberis eorum dicantur. Quid enim inter eam sententiam interest, & hanc, Inuitum[f] autem in seruitutib. accipere debemus, non eum qui contradicit, sed eum qui non cõsentit. hæc autem nihil ab illa differt apud Vlpianum libro 8. ad edictum: Inuitum accipere debemus non eũ tantum qui contradixit, verum eum quoque qui consensisse non probatur. [g] Itaque nulla differentia constituenda est altero membro repetitionis nota addatur, nec ne. vt nihil intersit inter principio posita exempla, aut alia si qua sunt, id genus, [h] & ea quæ infrà scribam. Vlpianus libro 70. ad edictum. [i] Cottidiana autem aqua non illa est, quæ cottidie ducitur, sed ea qua quis cottidie possit vti, si vellet. Idem libro 56. [k] Domum accipere debemus, non proprietatem domus, sed domicilium. Idem libro 38. [l] Quod si receperit saluum fore caupo vel nauta[l], furti actionem non dominus rei subreptæ, sed ipse habet, Celsus libro 25. Digestor.[m] Prædia dicimus aliquor. esse, non vtique communiter habentium ea, sed vel alio aliud habente. Sic

a l. non enim ad S.C. Tre.

b l. armatos ad L. Iul. de vi pub.

c l. armor. de verb. sig.

d l. res de pignor.

e l. liberos. de senato.

f l. inuitum. de ser. præd. vrb.

g l. filiusfa. §. inuitus. de procur.

h l. denique quod vi aut clam.

i l. j. in pri. de aq. cot. & æst.

k l. lex Cornelia. §. domum. de iniuriis.

l l. vn. §. quid si furti aduena.

m l. litus. j. in fi. de ver. sig.

Alciatus noster & Zasius accipiendum existimant, quod cap. vlt. de ædilitio edicto dicitur: Veteratorem non spatio seruiendi, sed genere & causa æstimandum. Sed & illud superiorib. exemplis simile est, sed alia ratione scriptum, cap 134. de verbor. signific. Anniculus non ,, statim vt natus est, sed trecentesimo(sic enim est Flo- ,, rentiæ) sexagensimo quinto die dicitur, incipiente planè, non exacto die. hoc est, non tantum exacto, vt præceptor meus scribit. Illud quoq; dissimile est, licet prima fronte simile esse videatur, cap. 1. de manumissio- ,, nib. Non enim maiori viginti annis permitti manu- ,, mittere. sed minorem manumittere vetari. Quib. verbis neq; negatur, maiores manumittere posse: neq; verbum solum addendū est, sed negatur ita concepta verba vt maiori soli permittatur: sed ita esse concepta dicitur, vt minor prohibeatur. Græcum etiam est, plurium ne- ,, gantium verb. vsus, vt apud Vlpianum li. 81. ad edictū: [b] ,, Cum nemine nihil faciente * locus ipse publicus damnum inferat sui natura. & ante Noricam editionem cōstitutio 17. [c] de re militari, ita scribebatur: Neminem in ,, nullo numero equitum vel peditum, vel in quolibet li- ,, mite, sine nostri numinis sacra probatoria in posterum ,, sociari concedimus. & 5. [d] de metatis: Ad nullum prædium publicum vel priuatum domus nostræ, vel cuiuscūque iuris nullus metator accedat. Nouella quoq; 17. [e] quod dicitur. καὶ μὴ συγχωρεῖν αὐτοὺς μηδὲν περαιτέρω τῶν περιεχομένων τῇ ἰδίᾳ ἡμῶν διατάξει προφάσει δικαστικῶν δαπανημάτων ζημιοῦσθαι. versum barbarè est, Et non permittere nihil, vltra quàm continetur sacra nostra constitutione, occasione causalium expensar. damnificari. Sed hic quidem, interpres, vt velit, vtatur, ad iurisconsultos reuertamur. Non minus Græcū est à Cicerone tamen vsurpatum, quod Budæus & Alciatus no- ,, tant: Manifestæ turpitudinis & confessionis est, nolle ,, nec iurare, nec iusiurandum referre. [f] &, quid ergo ,, si nihil de ea re, neque emptor, neque venditor cogita- ,, uerunt? atque sexcenta similia. [h] Item illud, quod vterq; notat, & Florentiæ est vno loco duor. dicendi modor. exemplum. Vlpianus libro 48. ad Sabinum: [i] Non tantum autem ciuiliter, sed nec naturaliter obligatur, qui ita ad

Alci. l. anniculus. ij. co. Zasius in antinomiis l. vlt. §. seruus. de æd. edi.
a d. l. anniculus. l. j. de manumis.

b l. fluminū. in prin. de dam. inf.
* fauente. Fl.
c l. neminé. C. de re mili. ta. lib. 12.
d l. deuotū. C. de metà. & epid. e. li.
e auth. de mand. pri. §. sit tibi Bud. l. in eo. de titu nup. Alci. l. duo. de verb. sig.
f l. manifestæ. de iureiu.
g l. si venditor. in fi. de act. empt.
h l. ij. de cura. bon. da. l. verum. de ver. sig. l. j. C. de ser. fugi. Noue. j. aut. de her. & fal. §. inordinatū.
i l. j. de ver. ob. §. si quis. ita.

ita adnuit. & ideo recte dictum est, non obligari pro " eo. nec fideiussorem quidem. Priori oratione verbum " negans desiderari videtur, hac abundare: cui similis est lib.2.Institutionum [a], vt neutrum eor.neq; consentientib.mulierib.procedat.& consti.singulari de rei vxoriæ actione.[b] in Norico libro, Vt fundum dotalem non solū hypothecæ titulo dare, nec consentiente muliere maritus non possit, sed nec alienare. vtroq;loco verbum Nec pro Ne quidem scriptum est. Eiusmodi sunt, quę Grææ linguæ coniunctione melius intelliguntur.& velim, vt ea omnib.iuris ciuilis studiosis tā familiaris esset, quàm Modestino, Papiniano, & Scæuolæ fuit, aliisq; omnib. è quor. libris Digesta conscripta sunt. Nam & hæc ipsa quæ in manib.habemus, breuiore tempore addisceremus, & Gręcor.consultor.interpretationib.iuuaremur, ad ea quæ amisimus restituenda. Nam si hi qui primorib. libris linguæ Græcæ fructus gustauimus, profecisse nos aliquid existimamus, vel leui hoc sapore aut odore eius linguæ: si omnes simul in hanc rem incumbant, credendum est maximos se fructus percepturos.

a in pri.insti. quib. alie.licet.

b l.vn.§.& cū lex.C. de rei vxo.act.

Antiquitatis & elegantiæ multa in Digestis ignorata vestigia. II.

Nihil aliud proximo capite egimus. quàm vt optimor.libror.scripturam Græcæ linguæ imitatione tueremur: nunc vero alior.defensio ab antiquitate & elegantia perenda est. Sed ita velim, quę vtroq; loco scripsimus, accipiantur, vt de reb.difficillimis, & tempor. vetustate obsoletis verba facięti, liceat mihi hallucinari nonnunquam. Illud quidem certe, quoad eius facere potero, operam dabo. vt si certa omnia, quasi Delphica oracula præstare nequeam: at me nullū laborem recusasse ostendam, vt vero simillima perscriberem. Et initio de dicēdi genere Tullianis amatorib. satis noto scribam, quib. id locis Florentiæ repererim. Scribit Celsus lib. 16. Digestor. [c] Cui seruus ipsius substitutus est,

c l. qui seruus. si quis om. cau.test.

„ſeruum ſuum adire iuſſit: ſi idcirco fecit, ne legata præ-
„ſtaret, vtraque præſtabit, & qua heres eſt, & qua omiſſa
„cauſa teſtamenti poſſidet ex ſubſtitutione heerditatem
„ſalua Falcidia ei ſeruata. Item Paulus lib. 2. ad L. Iuliam
a l. pretia ter. ad l. Fal. „& Papiam: a Sed nec ille, inquit, qui filium alienum poſ-
„ſidet, tantum habet, quanti eum patri vendere poteſt:
„nec expectandum eſt, dum vendat, ſed in præſentia non
„qua filius alicuius, ſed qua homo æſtimatur. Huic ſimi-
le eſt illud Horatianum,

Qua res, qua ratio ſuaderet, quaq; modeſtè
Munificum eſſe licet.

„ Sed & ſemel ſcriptum reperitur multis locis, diuerſa
b l. j. §. ſi pater. j. de S.C. Sila. „tamen ſignificatione. Vlpianus lib. L. ad edictum: [b] At-
„tamen vbi deceſſit, qua extinctum legatum & libertas
„eſt, ſenatuſconſulto fore locum dicit. Idem lib. 41. ad
c l. falſus creditor. in fi. de fur. „Sabinum: [c] Planè ſi vſusfructus meus in eo ſeruo eſſe
„cœperit, dicẽdum eſt furti actionem non extingui, qua
d l. 2. §. creditum. de reb. cre. „fructuarius dominus non eſt. Paulus li. 28. ad edictum: [d]
„Creditum ergo à mutuo differt: qua genus à ſpecie.
„Vlpianus lib. 62. ad edictum: [e] Sed vir præfectorius an 2
e l. j. de ſenato. „Conſulari feminæ præferatur, videndum. Putem præ-
f l. item miles. de re iu. „ferri, qua maior dignitas eſt in ſexu virili. Quo tamen
„loco ex Qua, Quia factum eſt. Illud miror 18. cap. [f] De
„re iudicata, ita ſcriptum eſſe. Vlpianus libro 66. ad edi-
„ctum: Item miles, qui ſub armata militia ſtipendia
„meruit, condemnatus eatenus, quatenus facere poteſt,
g l. miles. eodem. „cogitur ſoluere. cum 6. cap. [g] quod totidem verbis ſcri-
„ptum eſt, Eatenus Qua, vel in Norico libro ſit. & apud
h l. litus. 2. de ver. ſig. „Iauolenum lib: 11 ex Caſſio: [h] Litus publicum eſt ea-
„tenus quà maxime fluctus exęſtuat. Itaq; exiſtimo apud 3
„Vlpianum, librarium ex proximo verbo id accepiſſe.
„Errat idem, ni fallor, apud Venuleium libro 7. ſtipula-
i l. ū reus. de duob. reis. „tionum: [i] illis verbis non poteſt reperiri, qua altera
„potius quàm alterum conſummari. Arbitror enim
„ſcribendum eſſe, Qua Alteram Potius. & apud Marcel-
k l. vt Alfenus. de ver. ſign. „lum lib. 5. Digeſtor. [k] Vt Alfenus ait, vrbs eſt Roma
„quæ muro cingeretur. Roma eſt etiam qua continen-
„tia ædificia eſſent. Qua Muro, & Ædificia ſcribendum.
„Haloander Qua vtroque loco recte, ſed In continenti
pro Continentia non recte ſcripſit. Illud recte Floren-

tiæ eſt

tiæ est apud Vlpianum lib. 31. ad Sabinum : [a] Sed hæ impensæ non petentur, cum maritus fructum totum anni retinet, qua ex fructib. prius impensis satisfaciendum est. Et multum diuersa, sed ignorata significatione apud Iulianum lib. 3. ex Minicio : [b] Si gemina arbor esset, & supra terram iunctura eius emineret, vna arbor videtur esse. Sed si id, quà iungeretur, non exstaret, totidem arbores sunt, quot species earum supra terram essent. Quæ verba mendosa multis modis circumferuntur. quanquam ne superiora quidem vsquam rectè scripta vidi : vt etiam ea quæ scripturus sum. Sed minus mirandum est: hoc enim quod scripsi, inter bonar. litterar. studiosos notum est satis. Quis autem, quid datuiri, restituiri, præstatuiri, defensuiri sibi vellet, vnquam audiuit? De quib. ego id solum habeo dicere, reperisse me id genus dicendi crebrò, pro eo quod in vsu elegantium virorũ est, Datum, restitutum, præstitum, defensum iri. Sed tamen id in Digestis solum, & in Catonis libro de re rustica legi. nusquam tamen sine mendo est, exceptis Florentinis Pandectis, & Victoriana Catonis scriptura. Et Defensuiri quidem his locis reperi. Vlpianus libro nonodecimo ad Sabinum scribit : [c] Ego puto, quoniam non hoc voluit socer, vt bis dotem heres præstet, mulierem agentem ex testamento cauere, defensuiri heredem aduersus maritum. ergo & maritus idem debebit cauere aduersus mulierem defensuiri, si prior agat. Et postea : [d] Sed non aliàs eum legatum consecuturum, quàm si cauit heredes aduersus mulierem defensuiri. Idem libro secundo Fideicommissor. [e] Vnus igitur, qui occupat, agendo totum consequitur, ita vt caueat defensuiri aduersus ceteros fideicommissarios, eum qui soluit. Idem libro decimo octauo ad edictum : [f] Quid ergo est, si à plurib. conueniatur, siquidem vnus occupauit, an melior sit condicio, vt ipsi soli dedatur? an verò vel omnib. dedi debeat, vel cauere debeat defensu iri aduersus ceteros? quo tamen loco Florentiæ suprascripta est litera M. Sed & defensum iri, vno atque altero loco reperi, capite 31. [g] de hereditatis

a l. fructus. in in fi. sol. mat.

b l. si gemina. arb. fur. cæs.

c l. j. §. Celsus. alias est l. 2. in prin. de dote prele.

d §. per contrarium.

e l. fideicõmissa. §. item si quis. versic. vnus. de leg. 3.

f l. si quis à multis. de noxa. actio.

g l. si quid. in pri. de here. petitio.

petitione : Si cauerit se petitorem defensum iri. & 16.[a] ad S.C. Trebellianum : Aut cauere illi heredem defensum iri eum aduersus legatarios cęteróſque. & 28.[b] pro socio : Omnes diuidere & cauere, cum dies venerit, defensum iri socium. Quorum neutra mendosa esse, dicere audeo. Sic Debituiri. Vlpianus libro secundo ad edictum :[c] Creditam non esse ante quàm mota sit, quoniam debituiri non est certum. Scæuola libro primo Quæstionum :[d] Respiciendum enim esse, an quantum in natura hominum sit, possit sciri debituiri. licet Florentiæ sit, scire deditusiri. Labeo libro secundo Posterior. à Iauoleno epitomator.[e] Si ambo Capuæ habitassent, legatum matri debituiri putaui, quamuis vnà non habitassent. Sin autem in aliud municipium transissent, vnius anni tantummodo debituiri. Sic Reddituiri. Proculus libro octauo Epistular.[f] Sed qui petent, cauere debebunt, si hæreditas euicta fuerit, quod legatorum nomine datum sit, reddituiri. Iulianus lib. 40. Digestor.[g] Cauit, quod ampliùs quàm per legem Falcidiam liceret, cepisset, reddituiri. & Tradituiri. Idem libro 42.[h] Non aliter fideicommissario tradi debet, quàm vt caueatur, existente conditione tradituiri eum. Paulus libro decimo septimo ad Plautium :[i] Non aliter litem æstimari à iudice, quam si cauerit actor, quod per se non fiat, possessionē eius rei non tradituiri. Attamen additum hoc loco M. Florentiæ, inter versiculos. Datuiri quoq; scriptum fuerat apud Vlpianum lib. 49. ad Sabinum :[k] Stipulatus à Mæuio fuerit fundum Titio datuiri. Sed imperitus lector lineam addidit. id recentis factum esse ex eo apparet, quod medio versiculo id verbum sit. Nam vt Diomedes Grammaticus scribit, veteres librarij extremis versiculor. verbis eam lineam addebant. quòd neq; locus M aut N litteram caperet, neq; diuidi syllabarū litteræ deberent. Quod perpetuò in Florentinis illis libris factum animaduertimus. Ex hoc loco Catonis verba à Pet. Victorio, docto planè & diligente vtriusq; linguæ magistro, notata intelligentur: Ponderib. Modiisq; Domini Datoiri. Sunt enim stipulationis, ad venditionem

a l. cogi. §. inde. ad S.C. Treb.
b l. si socij. pro socio.
c l. quod si ab initio. de reb. cred.
d l. respiciē-dum eo.
e l. qui quattuor. alias. l. qui concubinam. §. vxori. de lega. 3.
f l. Licinnius in fi. de lega. 2.
g l. ita tamē. §. heres. ad S. C. Treb.
h l. si pater. §. cum sub conditione. de fidei co.
i l. hæc si res. de rei vin.
k l. stipulatio ista habere licere. §. si quis insulam de verb. oblig.

tionem oleæ adhibitæ, quamuis quod dicitur, Primæ Cotulas Duas, non intelligam. Sed ex hoc Catonis loco, & tam multis Digestor. existimo antiquum fuisse dicendi genus ex veterib. illis actionib. & cautionib. sumptum. Nam licet ex suprà scriptis exemplis posset quis librarior. esse erratum putare, vt vna littera minus scriberent: tamen & ille consensus, & infrà scripta exempla, quib. plurib. literis erratum esset, omnem scrupulum auferent. Sed ante quàm illa scribamus, emendandus est, vt opinor, ita Iauoleni locus libro 2. Epistular. [a] Vt ratio habeatur, quanti Titij interfuerit eo loco quo conuenit pecuniam datuiri, licet Florentiæ ita sit, Daturi. In Norico maius mendum est, Pecuniam Non Dari. Est autem hic locus cum aliis coniungendus quib. male erratum esse scripsi in Noricis libris. Ad Restituiri venio, quod apud Mæcianum est libro 10. Fideicommissor. [b] Decretum est, vt petitori cauenti euicta hereditate restituiri, solueretur. Et apud Iulianum libro 13. Digestor. [c] & præterea cauere debet, quidquid ex hereditate liberti ad eum peruenerit, restituiri. Et Paulum libro iiij. Quæstionum: [d] vel interposita cautione, si priores agant, qui priuilegium non habent, restituiri quod acceperunt. Vlpianum libro 2. Disputationum: [e] Planè repromittere eum oportet, si in potestatem suam peruenerit, restituiri. Sed hoc loco addita syllaba. Tum est inter versiculos, vt restitutum iri dicatur. Idem factum est apud Iulianum libro xxxiij. Digestor. [f] illis verbis: Ita vt tibi caueam tempore mortis meæ, aut capitis deminutionis restituiri. Præstatuiri quoque frequentius, quàm Præstituiri inuenitur. Pomponius libro 31. ad Q. Mucium. [g] In vendendo fundo, quædam etiam si non dicantur, præstanda sunt: veluti ne fundus euincatur, aut vsusfructus eius, quædã ita demum si dicta sint veluti viam iter, actũ, aquæ ductum præstatuiri. quæ verba in Norico libro multis mendis scripta sunt. Adde Paulum libro 36. ad edictum: [h] Non aliàs fundum mulieri reddi oportere, quàm cauerit, si quid præter vnius anni locationem maritus damnatus sit, id se præstatuiri. Florentiæ tamen præstatum iri, est, M litte-

a l. pecuniã de compen.

b l. si heres. si cui plus quã per l. fa.

c l. si quis seruum. de actio. emp.

d l. ex facto. in fi. de pec.

e l. si pecuniam. §. item si quis. de cõ. cau. data.

f l. tibi decem. de vsufru. ear. rer.

g l. in vendẽdo. de cõt. emp.

h l. si filiofa. in fi. sol. mat.

ra expuncta. Id prætermissum est apud Vlpianum lib. 32. ad edictum: [a] Et si aperte in venditione comprehendatur, nihil euictionis nomine præstatum iri. At præstituiri est apud Iauolenum libro 2. ex Plautio: [b] Nec postea quicquam prestituiri, quod fortasse mendosum est. Statuiri quoque scribendum censeo apud Vlpianum libro 6. fideicommissorum. [c] Repromissio planè exigenda est voluntati defuncti statuiri. licet Florentiæ sit staturi. Actum iri autem, non actuiri, [d] & Prohibitum iri, non prohibituiri [e] reperi: & fortasse sunt, vt alia permulta, quæ nunc in mentem non veniunt. Sed nimis etiam hæc multa sunt, quæ nollem inuestigatores antiquitatis celasse. Addam ad extremum, ad hunc locum pertinere, quod Gellius libro 10. ait vulgo dici, audio illi iniuriam factum iri: aut, illi contumeliam dictum iri. Catonem verò dixisse, contumelia mihi factum itur. Vtrunq; interpretatur, itur ad contumeliam dicendam, faciendam. Illius nullam rationem inuenio. quod caput. 26. [f] de pignorib. Florentiæ est: Nec metuiri ex hoc solo, quod mandante patre manu sua perscripserit instrumētum chirographi. Sed arbitror Metui scribendum. Sed tamen hæc hactenus. Nunc de quibusdam verbis videamus peruetustis, quæ qui in nostris libris vident, mutare solent. Quale est Geno pro Gigno, & Victorius refert se apud Vlpianũ reperisse, cap. 17. de legatis. [g] Si qua filia mihi genitur, ei heres meus centũ dato. Idem ego cap. 14. [h] de reb. dubiis vidi: Si quis mihi filius aut filia genitur, heres mihi esto. Vtitur eo Varro, & Lucretius, Vsionem quoq; antiquũ nomen agnoscit, de quo Haloander dubitat apud Alfenum libro 2. Digestor. à Paulo epitomator. [i] Nam & si vina diffudisset, habiturus vsioni ipse & heres eius, tamen omne in penu existimari. Sed alio loco in Norico est: [k] Si factum aurum legatum est, omne ad eum pertinet, cui legatũ est, ex quo auro aliquid est, effectum, siue id suæ, siue alter alterius vsionis causa paratum esset, idem verbum non apud Catonem solum, sed apud Gellium non bonum latinitatis auctorem vidi. Ceteroquin in Ciceronis libris est restitutum, in Pandectis scribendum apud Vlpianum libro 8. Disputationum. [l] Sed enim hæc pœna ma-

a l. ex empto. §. ibidem. de actio. empt.

b l. quod si in venditione. de fur. de her. vel act. ven.

c l. si quando vt leg. seu fideic.

d l. si cũ dos. de act. rer. amo.

e l. prohibere. in fine. quod vi aut clam.

Gel. lib. x. c. 14.

f l. fideiussor. §. pater. de pigno.

g l. qui filiab. de lega. 1.

h l. si is qui ducenta. §. vlt. de reb. dub.

i l. cũ quæreretur. ver. lana. de lega. 3.

k l. Q. Mucius. de auro arg. §. si factum.

Gel. li. 4. c. 5.

l l. eius qui. de iure fisci.

na ma-

na magis est, vt aduersus ipsum locum habeat, qui delatorem redemit: ceteroquin aduersus heredē eius transire non debet. Haloander tamen id verbum scripsit apud Vlpianum libro 4. Disputation. [a] Rer. Italicar. significatione eas contineri, quas perpetuò quis ibi habuerit, atque ita disposuit, vt perpetuo haberet: ceteroquin si tempore, in quo transtulit in alium locum, & cetera. Sic fortasse scribendum est capit. 58. [b] pro socio. Nam Florentiæ est scriptum, ceteri si id actum dicatur, vt quadriga fieret: & quæ postea. Visionis verbum Lælius noster animaduertit è multis Digestor. locis sublatum esse. vt è constitutione quadam Iustiniani. [c] Et in his partib. in quib. perfectissimè visiones expositæ veterum fuerant. quod particulatim in ea fuerat sparsum, hoc diuidere ac separare penitus erat inciuile, vulgo enim iussiones scriptum est. in Græca tamen constitutione θεωρίαι dicūtur, quod verbum latino par est. Hinc emendari & intelligi Vlpiani sententia potest libro 15. ad edictum, [d] cuius verba, quoniam negandi verbo deminuta, & aliis mendis corrupta scribuntur, infra scripta sunt. Marcellus libro quarto Digestor. tractat, num non teneatur: quasi id quod erogauerit, ex eo fuerit quod ad eum non pertinebat, sed ad coheredes. Nā & si is qui heres non erat, totum quidquid apud se fuit, consumpsisset: sine dubio nō tenetur, quasi locupletior non factus. Sed in proposita quæstione tribus visionib. relatis, vna prima, deinde alia, posse dici totū quod superest, restituere non debere, quasi suam partem consumpserit: tertia, vtriq; quod consumptum est, decedere: ait vtiq; non nihil restituēdum. Est tamen in Tusco libro, DI additum ad verbum visionibus, ex quo ad ceteros libros manauit Diuisionib. Haloander maluit Decisionib. scribere. apud Vlpianum quoq; libr. 29. ad edictum. [e] Florentiæ solum recte est: Proinde secundum hanc suam distinctionem, in prima visione, vbi quasi debitrix delegata est, exceptionem ei Senatusconsulti Marcellus non daret. alij In primi, aut in primo fideiussione: qua de re magna inter Accursij præceptores contentio fuit. Accedit Vlpiani libro 7. Disputationum [f] auctoritas: In omnib. autem visionib. quæ propositæ sint, vbi

a l. ex facto. §. res. de her. inst.

b l. si id quod in pri. pro socio.

c l. ij. §. si quid autem. C. de vet. iu. enu.

d l. sed & si lege. §. adeò de her. petitio.

e l. quamuis. §. si mulier. ad S.C. Vellei.

f l. si fideiussor. §. in omnib. mādati.

„creditor vel non numeratam pecuniam accipit, vel „numeratam iterum accipit, repetitio contra eum com„petit. Sed hoc etiam loco DI adſcriptum eſt, & Haloander Deciſionib. ſcribit. Nihil autem additum apud Paulum libro iij. Quæſtionum: [a] In omnib. autem vi„ſionib. quas præpoſuimus, licentia concedenda eſt ei, „cui onus probationis incumbit, aduerſario ſuo de rei „veritate iuſiurandum inferre. Idem tamen error in „cæteris libris, quib. iuſſionib. aut deciſionib. ſcriptum eſt. Iam verò quod idem Lælius per litteras à me interrogatus, de militiis, quæ vendi aut obligari poterant, libellis editis ſcripſit, Dicis Gratia, iuriſconſultos ad imitationem veterum vſos: belliſſime dictum eſt. Si enim inter ſe conferantur quæ ipſi ſcripſerunt, vſus eor. verbor. apparebit. Scribit Caius libro 1. de „verbor. obligationibus. [b] Sæpe etiam ad hoc commo„dantur pecuniæ, vt dicis gratia, numerationis loco in„tercedant. Vlpianus libro 1. ad edictum: [c] Nam ſi fin„xit ſe quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit: nihil „hoc commentum ei proderit. quib. locis multi ditis, quidam dantis [d] ſcribũt. Ciceronis verba ſunt hæc vulgo, vt mendoſa, notata. actione 6. in Verrem, Attamen vt poſſit ſe dicere emiſſe, Artagatho imperat, vt aliquid illis quorum argentum fuerat, nummor. dicis cauſa daret. Quib. locis nihil aliud exiſtimo dicis cauſa ſignificare, quàm quod ipſi iureconſulti perfunctoriè, aut defunctoriè appellant [e]: hoc eſt, vt defungi ſuo munere viderentur. Nam pecunia ob id (opinor) commodabatur, vt numerationis loco, quod hodie quoque fit in emptionibus, donationib. & nonnunquam in iudiciis, negocio peragendo intercederet, quod in ſeruo, qui ſe auxilium domino ferre ſimulauit, commentum appellatur. Apud Ciceronem vero illa verba, vt poſſit ſe dicere emiſſe, præclare elegans hoc dicendi genus declarant. Modeſtinus, ἰσίως καὶ ἀφοσιώσεως χάριν eadem ſignificatione vtitur. [f] quod alio loco oſtendimus * minus eſſe ab interpretib. perceptum. Vſum dicendi ſcripſimus, originem ignorare nos fatemur: neq; enim pudet, in re præſertim non vulgari, neſcire id nos confiteri. Quamquam neſcio quomodo in tam depra-

a l. cum de indebito. §. in omnib. de proba.

b l. ſæpe. commo.

c l. 1. §. excuſantur. de S. C. Sila.

d Alci. li. 4. cap. 15. diſp.

e l. 2. §. non ſolú. ad S.C. Terty. l. vn. C. qui num. lib. Bud. l. ex empto. §. idem. de act. emp.

f l. 2. qui pet. tut. l. ſcire oportet. §. ſufficit. de excuſ.

* lib. ſing. ad Modeſti.

deprauatos mores ventum est, vt turpe esse existimetur nihil non cognitum, nihil non certum, & sine vlla dubitatione manifestum esse non affirmare. Sed nos malumus veritati, quàm tempori seruire.

De addictione & adiectione. III.

Libro decimooctauo Digestorum titulus est de in diem addictione, qui vulgo ante aliquot annos de in diem adiectione scribebatur: sed Vallæ, Budæi, & Alciati auctoritate mendum id sublatum est. Sub eo vero titulo multis locis adiectio fuerat, & adiiciẽdi verbum, quib. omnib. ex illor. voluntate mutatis, non minus mendosos libros effecerunt, quàm antea fuerant. Eum errorem indicarunt nobis Florentini libri, in quib. non sæpius est addictionis quàm adiectionis nomen, aut addicere quàm adicere. Sic enim illic scribitur, non adiicere, vt abicere etiam, & reicere, non abiicere & reiicere, quod ipsum non inutile poëtarum interpretib. esse potest: nobis vero multò vtilissimum fuit. Deprehendimus enim facile, ob hanc scripturam erratum esse non in vulgarib. solum libris, sed in illis ipsis Ethruscis. Mea autem opinio in horum verborum differentia ea est, vt cum in diem addictio ita fiat, ille fundus esto tibi emptus centum, nisi si quis intra illum diem, meliorem conditionem attulerit: [a] si qui adiectionem ad pretium fecerit. & id rei domino placuerit, addicet ei rem: si nemo adiecerit, illi in diem emptori addictio facta consistit. Idem in auctionib. quæ ab hoc augendi seu adiciendi negotio appellantur, dicendum est: vt res illi addicatur, qui aliorum licitationi adiciendo, plurimo rem mercatus sit, aut vectigal conduxerit. Vlpianus libro 28. ad Sabinum: [b] « Si res in diem addicta interciderit, vel ancilla decesserit: an partus, vel « fructus eius nomine adiectio admitti possit? & ne- « gat admittendam adiectionem: quia alterius rei, quàm « eius quæ distracta est, non solet adiectio admitti.

Alcia lib. 6. ca. 3. parad. Bud. in rub. de in diẽ ad. Valla lib. 5. cap. 18.

a l. 1. de in diem add.

b l. vbi autẽ. §. si res. de in diem addict.

Quo loco ſi addictio ſcriberetur, vt ceteri volunt, ineptus Vlpianus foret: vel potius Iulianus, cuius ſententia
a l. licet. eo. refertur. Paulus libro 5. ad Sabinum: [a] licet autem venditori meliore allata conditione, addicere poſteriori, niſi prior paratus ſit plus adicere. quę verba rectè in vulgarib. libris ſcripta ſunt, in Florentino vna littera plus, Addicere, non recte, nec poſtea apud eundem lib. 33. ad
b l. neceſſe. edictum: [b] Neceſſe autẽ habebit venditor meliore conditione allata, priorem emptorem certiorem facere, vt ſi quid alius addicit: Ipſe quoq; adicere poſſit. Scribendum autem eſt. Adicit, quod alij ſcripſerunt. Apud Iu- 1
c l. ſed ſi proponatur. lianum verò lib. 13. Digeſtor. [c] in ceteris erratum. nam Florentiæ eſt: Sed ſi proponatur, à creditore pignus in diem addictum: non poteſt videri bona fide negotium agi, niſi adiectio recipiatur. Et apud Vlpianum bis li-
d l. quod autem. bro 28. ad Sabinum: [d] Nec impedire quicquam vel hoc agi, vt ſæpius fundus collocetur, dum vel prima, vel ſecunda, vel tertia adiectione res à venditore diſcedat. Deinde ſi trib. vendentibus duo poſteriori addixerint, vnus non admiſerit adiectionem: huius partem 2 priori, duorum poſteriori emptam. Illud rectè omnes
e l. quod ſi vno. ſcripſerunt: [e] Si quis mihi totum fundum ad diem addixiſſet, poſtea vero pretio adiecto dimidium alij ad-
f l. cùm duo. dixerit. & apud Iulianum lib. 15. Digeſtor. [f] Cùm duo ſerui duob. ſeparatim denis in diem addicti ſint: & extiterit qui pro vtroque triginta det: refert vnius pretio decem, an ſingulor. quina adiiciat. Secundum ſuperiorem adiectionem, is ſeruus in tempus erit, cuius pretio adiectio facta fuerit: Secundum poſteriorem adiectionem, vterq; ad poſteriorem emptorem pertinebit. Quo 3 capite nihil dici poteſt aptius ad noſtram opinionem.
g l. cùm in diem. Sed & poſtea apud Africanum ſcribitur [g]. Cùm in diem duob. ſociis fundus ſit addictus, vno ex his pretium adiciente, etiam pro ipſius parte à priore venditione diſce-
h l. fundo. di rectius exiſtimatur. & apud Iauolenum: [h] Fundo in diem addicto, ſi poſtea pretium adiectum eſt, & venditor alio fundo applicito, eum ipſum fundum poſteriori emptori addixerit, & id ſine dolo malo fecit: priori emptori obligatus non erit. & poſteà: Id enim ſolum intuendum eſt, an priori venditori bona fide facta ſit adiectio,

iectio. Quamuis hæc variè scribantur. Illud vereor, ne apud Pomponium libr. 9. ad Sabinum [a] non rectè Florentiæ sit: Quid si intra diem adiectionis hæres existat, melior conditio ei adferri potest. Nisi fingamus adiectionem diem habuisse, quod mihi non probatur. Hæc sunt sub eo titulo emendanda. sub aliis vero alia sunt eadem ratione restituenda. Cuiusmodi est cap. 41. [b] de rei vindicatione: Sed & si cui in diem addictus sit fundus, antè quàm adiectio sit facta, vti in rem actione potest, postea non poterit. & vltimo de iure fisci: Planè si medio tempore inter primam licitationem, & sequentem adiectionem percepti fuissent, ad venditorem pertinere. quo tamen loco additionem pati possumus. Sed constitutione prima de vendendis reb. ciuitatum, adiectio, non addictio scribenda est: Si sine vlla conditione prædia vendente republica comparasti, perfecta venditione, nulla ratione veteris, ne adiectione facta auferri tibi dominium possit. Non enim illud timebatur, ne post addictionem, hoc est emptionem, res auferatur: sed ne adiectio fiat. in quo Pyrrhus & Haloander falluntur; non Accursius & Bartolus. Quod vero dicitur, Tempora enim adiectionib. præstituta, ad causam fisci pertinent: fortasse ad eiusmodi adiectiones, quæ in diem fiunt, pertinet. vt nihil inter priuator. adiectiones, & fisci seu ciuitatum, intersit. Sed hac in re incertus sum. Illud confirmari potest multis constitutionib. sub titulo de locatione prædiorum ciuilium, atq; aliis. [c] Addicendi autem verbo non in emptionib. & auctionib. solum, sed in sententiis quoq; vtebãtur, vt alio loco* scripsimus, emendandum esse apud Gratianum. [d] item cum dicitur, Ne pro dote mulieris bona quondam mariti addicantur, [e] & de eo cui libertatis causa bona addicuntur, [f] aut cum vno nummo bona eius qui soluendo non erat, addicebantur. [g] quæ doctorum virorum commentariis peruulgata sunt. Hæc autem ipsa, quæ de addictione & adiectione scripsimus, audio Bartolinum nescio quem aliquando tentasse. Sed mihi eius libri videndi copia facta non est. Equidem vehementer cupio omnib. probari, quod sentio: in quam rem optimis, vt opinor, Tuscar. Pandectar. testimoniis vtor. Sed si hac

a l. si prædio.

b l. si quis hac lege de rei vind. l. vl. de iu. fis.

l. j. C. de ven. reb. ciu. li. 11.

c l. ij. & ceteris. de loca. præd. ciu. li. 11. l. eos qu. auctione. de diuer. prædiis. eo. libr. l. si quis auctoritate. C. omni agro. de [illegible]

*lib. j. ca. 8.

d c. quicunq. 2. q. 6.

e C. ne. pro dot. e.

f inst. de eo cui lib. ca.

h Theoph. inst. de succe. subla. in pri. Bud. d. rubri. de in diem ind.

in re,aut qua alia fallor:nihil mihi erit antiquius, quàm vt quàm primum vera dicenti manus dem.

De Instructo & Instrumento. IIII.

MIrum fortasse aliquib. visum est, cur Haloander libro 32. Digestorum titulum, qui in aliis libris De fundo instructo & instrumento legato scribebatur, 1
De instructo vel instrumento legato scribendum curauerit. Cuius rei si illam rationem addamus, quod ita legerit in Bolognini libro, qui Politiani libri ad optimum illud Florentinum exemplum emendati, emendationes continet: satis fortasse quæstioni factum erit. Accedet, quod videre potuit in Indice, Paulum singularem librum de instructo & instrumento scripsisse: Item in Iustiniani Nouella 128.[a] vtriusq; nominis fieri mentionem, Sed magis arbitror eum vidisse, instructiq; ab instrumento differentiam apud Vlpianum inuenisse libro 20. ad Sabinum[b] Qui cum retulisset Sabini 2
sententiam existimantis vberius esse fundi instructi legatum legato fundi cum instrumento: Quanto igitur (inquit) quod legatum vberius est, videndum est.& Sabinus definit,& Cassius apud Vitellium notat: omnia, quæ eò collocata sunt, vt instructior esset pater familias, instructo inquit continebuntur: id est, quæ ibi habuit, vt instructior esset. Hoc ergo legato non agri instrumentum, sed proprium suum instrumentum reliquisse videtur. Hæc verba illam interpretationem accipiunt, de qua in Græcis dicendi modis scripsimus: vt 3
non solum agri instrumentum, sed etiam patris ipsius familias instructi appellatione contineatur. Itaque instructum id esse existimemus, quod fundi aut alterius rei instructæ legato continetur: instrumentum quod per se nominatum est. Scæuola lib.3.responsorum[c] Seię ex parte hæredi institutæ, si hæres erit, fundos per præceptionem dederat instructos cum suis vilicis, & reliquis colonor. Deinde, non amplius deberi, quàm in codicillis, quos sanè post obliuionem testamentariæ

a Noue. de publicis tributis.

b l.quæsitũ. §. sed si fundus. de fun. instr.

c l. Seiæ. in priu eo.

riæ ſcripturæ feciſſet, inſtructi appellatione contineri velle ſe manifeſte oſtendiſſet. & lib.6. Digeſtor.[a] Reſpondit.poteſt hæc verba ſicut eſt, ad inſtructum referre.licet Florentiæ referri ſcribatur. Hæc quidem recte Haloander ſolus edidit. At capite tertio de inſtructo, inſtrumētum pro inſtructo ſcripſit:cuius verba in Florentino libro ſunt hæc.Papinianus lib.8.Reſponſorum. Fundum inſtructum libertis patronus teſtamento legauit: poſtea codicillis petit, vt morientes partes ſuas fundi ſuperſtitib.reſtituerent,nec inſtructi mentionem habuit:talem,in cauſam fideicommiſſi deductum videri placuit,qualis fuerat legatus. Tam late autem patêre inſtructi legatum, duæ Antonini & Diocletiani conſtitutiones teſtes ſunt, ſub titulo de verbor.ſignificatione.[b] Sub eodem quoq; in Digeſtis Vlpianus lib.28. ad edictum[c] ſcribit: Inſtructam autem tabernam ſic accipiemus, quæ & reb.& hominib. ad negotiationem paratis conſtat. Sed Paulus libr.4.ad Sabinum.[d] tabernæ cauponiæ inſtrumento legato,loci inſtrumenta cōtineri ait,vt vaſa:cauponiæ,quod negotiationis nomen ſit,etiam inſtitores. Huc arbitror pertinere, quod conſtitutione ſecunda de bonis vacantib.dicitur: Cum adiacentib.& mancipiis & pecorib.& fructib.& omni iure ſuo, vt ea quę ad inſtructum poſſeſſionis vel domus pertinent,tractanda ſint. Paulus vero libro tertio Sententiar.inſtructionis verbo vti maluit:vxores eorū, inquit,qui mercedes pręſtare conſueuerunt, neq; inſtructionis, neque inſtrumenti appellatione continentur. Potuerunt etiam iuriſconſulti inſtructu vti, eadem ſignificatione. Namque M. Cicero lib.3. de Oratore ait: Quocumq; ingreditur,eodem eſt inſtructū, ornatuque comitata oratio.Hęc habui, quę de inſtructo & inſtrumento ſcriberem. neq; enim Iſidori,probatiſſimę vitę viri, non etiam eruditionis, interpretatio hor.verbor. referenda erat. Quam enim quiſq; norit artem (vt in prouerbio eſt)in hac ſe exerceat.

a l. prædia: §.ita. eo. l.j. e.

b l.j.&ij. C. de verb. ſig.

c l inſtructa: de verb. ſig.

d l.tabernæ: de inſtruct.

l. ij.C.de bo: vac.libr.10.

Iſi.libr.5.etymol.

Quis Sobrinus, quis Consobrinus sit, & quis propius Sobrino. V.

a l.j.§.quarto. de gradi. & adfinib.

CAius libro viij. ad edictum prouinciale a scribit: "Quarto gradu sunt fratres patrueles, sorores pa- "trueles, id est qui quæve ex duobus fratribus progene- "rantur. item consobrini consobrinæque, id est qui quę- "ve ex duabus sororibus nascuntur, quasi consororini: "item amitini, amitinæ, id est qui quæve ex fratre & so- "rore propagantur. Sed ferè vulgus omnes istos com- "muni appellatione consobrinos vocat, idem Paulus libr. singulari de gradib. & affinib. & nominib. eorum scripsit.[b] Addit Iustinianus lib. 3. institutionum:[c] Amitæ tuæ filij (ea autem est patris tui soror[d]) consobrinum te appellant, tu illos amitinos &. Paulus lib. 4. sententiar. scribit: Quarto gradu veniunt supra abauus, abauia: infra abnepos, abneptis: ex obliquo, fratris & sororis nepos, neptis: frater patruelis, soror patruelis, id est patrui filius, filia: consobrinus, consobrina, id est auunculi, & materteræ filius, filia: amitinus, amitina, id est amitæ filius, filia. Sunt autem hæc ita scribenda: quibus Iustiniani sententia confirmatur, vt amitini duo inter se esse nequeant, cum patrueles possint, aut consobrini esse. Hæc de consobrinis, quorum mentio fit apud Iulianum libr. 40. Digestorum.[e] & Papinianum libr. 8. Responsorum. f Emendandus autem Nonius Marcellus est, vt ei cum iurisconsultorum sententiis conueniat. Vtitur consobrini nomine Cicero in Ligariana, & libris de Oratore, & Officior. & Terentius in Hecyra, Cedo quid reliquit Phania consobrinus noster? Quo tempore non existimo fratres consobrinos appellatos, vt patrueles dicebantur. Nam Cicero L. fratrem in Verrinis & Epistulis ad Atticum appellat, quem libr. v. de Finib. cognatione patruelem, amore germanum fuisse prædicat. De consobrino non memini. Sed ad sobrinos, & propius sobrinis veniamus. Sunt autem sobrini, qui è duobus consobrinis, generatim eo nomine accepto, nascuntur: at si alter sine liberis sit,

b l.iurisconsult. §. quarto. ver. eod. gradu.e.ti.
c §.quarto. insti. de gradib.
d §.tertio.
e Paulus li.4. sent. titu. de gradib.

e l.ita tamē. §. hæres. ad S.C.Treb.
f l.j. in fi.de instructo l. j.C.vnde leg.

ris ſit, alter habeat, ille huius filiis propius ſobrino eſt: ſobrini vero mei filius, ſobrino natus appellatur. Hæc ita vera eſſe, his iuriſconſultorum verbis oſtendam: quæ obſcura, & ob eam cauſam mendoſa eſſe videntur. Caius eodem illo libro [a] Sexto gradu ſunt, qui ex fratribus patruelibus aut conſobrinis, aut amitinis vndique propagantur, qui* proprie ſobrini vocantur. Iuſtinianus idem ipſum ait: [b] Sexto gradu ſobrini ſobrinæq; id eſt, qui quæve ex fratrib. & ſororib. patruelib. vel conſobrinis, vel amitinis progenerantur. De ſobrino nato Paulus ait: [c] Hic proximo nomine definitur parenti ſuo ſobrinus, * vt Trebatius ait. rationemq; nominis hanc reddidit, quod vltimi cognationum gradus ſobrinor. fiunt. Itaq; ſobrini filium recte proximum nomen ab eo ipſo, huius ſobrini Filius dicetur. Horum mentio fit apud Vlpianum lib. 56. ad edictum: & [d] Paulum libro 2. ad legem Iuliam & Papiam*, & Iuſtinianum libr. 3. Inſtitutionum, titulo de ſucceſſione cognatorum. [e] Propius vero, aut propior ſobrino, qui etiam propius ſobrinus dicitur, is eſt de quo antea dicebam, qui patri meo conſobrinus eſt. Caius: Quinto, inquit, [f] gradu ſunt, propior ſobrino, propior ſobrina: iſti ſunt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius, filia. Hoc eſt (vt Vlpianus libr. 46. ad edictum ait [g]) patris eius, de cuius cognatione quæritur, conſobrinus conſobrina, ſiue frater fratruelis. Patruus enim magnus meus aui mei frater eſt [h] eius filius patri meo frater patruelis eſt, aut etiam conſobrinus: mihi propior ſobrino. Paulus ita ſcribit: [i] Quinto gradu ſunt patrui magni filius filia, amitæ magnæ filius filia, auunculi magni filius filia, materteræ magnæ filius filia. Perſonæ quas enumerauerimus à patrui magni filio, ei de cuius cognatione quæritur propius ſobrinis vocatur. Nam, vt Maſſurius ait, quem quis appellat propiorem ſobrino, qui eſt patris matriſve conſobrinus: aut conſobrina: ab eo conſobrini conſobrinæve filius, filia nominatur. His verbis apparet, non eſſe propius ſobrinis eos, qui conſobrinis noſtris nati ſunt: quod Accurſiani exiſtimant, & Pompeius, & Haloander: [k] ſed appellari à

a l.3. de grad.
*quæ, Fl.
b §. 6. inſti. eodem.
c l. iuriſconſultus. §. 7. ver. patrui. maioris.
* ſobrino ego.
d l. lex Cornelia. in pri. de iniuriis.
*l. lege Iulia. de teſtib.
e §. vlt. inſt. de ſucce. cogna.
f l. j. in fin. de grad.
g l. 2. eo.
h d. l. j. §. 4.
i l. iuriſconſultus. §. 5. ver. patrui magni.
k Haloa. In proœ. C.

Paulo videmus, consobrini consobrinæve filium, filiam. At propius sobrinis hi sunt, qui parentibus nostris consobrini sunt: auis nostris fratrum aut sororum filij: aut etiam nobis patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filij. Sed animaduertendum est, cum plures sunt, propius sobrinis, aut propios sobrinos: cum vnus solus est, propius sobrino, aut propiorem sobrino, aut propium sobrinum à Iureconsultis appellari. licet Haloander propius sobrino, aut sobrinis solum vtatur. Item Paulus ait: [a] Pa- 1
„trui nepos neptis, amitæ nepos vel neptis, auunculi ne„pos neptis, materteræ nepos neptis (hęc tamen tria ver„ba in Florentino libro desunt) his omnib. quos à pa„trui nepote proposuimus, is de cuius cognatione quæ„ritur, propius sobrino est: nam patris vel matris eo„rum consobrinus est. Hoc verum esse ita apparet: patrui mei filius, mihi consobrinus est: huius filio, qui patrui mei nepos est, ego propius sobrino sum. Idem ait: [b] Patrui maioris, amitæ maioris, auunculi maioris, materteræ maioris (sunt autem hi proaui & pro- 2
auiæ fratres & sorores [c]) filius filia. Hi omnes quos „proposuimus à patrui maioris filio, auo auiæ*esse eius, „de cuius cognatione quæritur, fratribus & sororib. eo„rum, consobrini, consobrinæve sunt: at patri, matrique „eiusdem, fratribusq; & sororibus, vtrius eorum, propius „sobrinis. Verum est, quod Paulus ait: Nam si de Titij hereditate agatur, & hi patrui maioris aut aliorum filij se proximos agnatos dixerint, ita cognationem ostendent: Auus, inquient, noster, abauus Titij fuit: pater autem patruus maior Titij fuit, hoc est proaui fra- 3
ter: nos auo Titij consobrini, patri propius sobrinis. Licet autem idem, si de feminini sexus cognatione ageretur, respondere. idem quod de singulis personis dicitur: in fratrib. quoq; earum locum habere nemo dubi„tat. Deinde ait: [d] Patrui magni nepos vel neptis, amitæ „magnæ nepos vel neptis, materteræ magnæ nepos vel „neptis. Hi omnes proaui aut proauiæ eius, de cuius co„gnatione quæritur, pronepotes & pronepotes: eiusdem „aui auiæve fratris sororísve nepotes neptésve. & contrà „horum, eiusdem auus auia, patruus magnus, amita magna,

a d. §. 5. ver. patrui nepos.

b §. sexto ver. patrui maioris fi.

c ea. l. §. quinto. ver. patruus maior.

* delendum forrasse.

d eo. §. sexto. ver. patrui magni. N.

gna, auunculus magnus, matertera magna. Erunt autem pater materve eiusdem, fratresque & sorores vtrius eorum proprij sobrini, ipse his sobrinus est, & inuicem huic * illi sobrini. Hæc ex suprascriptis manifesta sunt. diximus enim, sobrinos esse inter se duorum consobrinor. filios: sobrinus itaq; meus est patrui magni mei nepos: nostri enim aui fratres sunt, parentes consobrini, proauus idem. sobrini pater propius sobrinus mihi est: item meus sobrino. Et hæc huius appellationis causa esse videtur: quoniam non sobrinus est, sed propius vno gradu nobis est. Item ait,[a] Septimo gradu sunt patrui maximi, amitæ maximæ, auunculi maximi, materteræ maximę, filius filia. Hæ omnes personæ quas à patrui maximi filio enumerauerimus, proaui proauiæque eius, de cuius cognatione quæritur, consobrinæ sunt: aui auiæque eiusdem:, propius sobrinis. Patruus maximus est ab aui frater, [b] eius filius proauo meo consobrinus, auo propior sobrino. Ad extremum ait: [c] Patrui maioris, & aliorum nepos neptis. His personis auus auia eius, de cuius cognatione quæritur, propius sobrinis sunt: pater mater, sobrinus sobrina: is de cuius cognatione quæritur, sobrino natus est. Deinde, patrui magni & aliorum pronepos pronepti. Horum patres matresque ei de cuius cognatione quæritur, sobrini sobrinæque sunt, ipse autem isdem sobrino sobrináve natus. Hæc sunt, quæ Paulus de eiusmodi personis scribit. & si mendosi libri circunferantur. Ex quib. in Institutionib. quoque emendandum est, & in constitutionum codice, quod ab Accursiano errore manauit, & conniuentib. oculis omnes prætermiserunt. neq; enim arbitror, ei qui legerit ea quæ suprascripta sunt, audaciùs quàm veriùs pronuntiatum id à me necesse videbitur. Accursiani erroris origo est ex lib. 3. Institutionum. Cum enim ab Iustiniano scribatur: [d] Quinto gradu sunt fratris patruelis vel sororis patruelis, consobrini & consobrinæ, amitini & amitinæ filius filia. Propior sobrino, propior sobrina: hi sunt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materterę magnę filius filia. Quę ex lib. 8. Caij ad edictum prouinciale, [e] cuius verba antea retulimus, ac-

*hic, Fl.

a §. septimo. ver. patrui maxim. f. e. l.

b §. sexto. ver. patruus maximus. e. l.

c d. §. septimo. ver. patrui maioris.

d §. quinto insti. de gradib. cogna.

e c. l. j. §. quinto.

cepta esse videntur. Ea Accursius ita interpretatur, vt propior sobrino, vel, vt ipse appellat, propior sobrinus sit consobrini filius. & ex eo quod postea dicitur, hi sunt parui magni filij, nescio quomodo aliam personarum appellationem efficit. Hæc origo est, & fons ceterorum malorum. nam qui eam interpretationem acceperunt. addendum esse censuerunt Iustiniano eas personas enumeranti, quæ sexto gradu sunt, propioris sobrini filios. quod in omnibus libris, qui in vulgus noti sunt, scriptum esse video, [a] at non in vetustioribus cuiusmodi in Albornotiana nostra bibliotheca, quam singulariter de religione & disciplinis & patria meritus Ægidius Albornotius reliquit, qui hanc sedem Hispanis hominibus constituit, liber est non ita antiquus, vt Accursianis notis careat. Non inficior tamen, debuisse Iustinianum consobrinorum nepotes sexto gradu enumerare, quod Caius fecerat, [b] ex quo cetera accepta videntur. Sed hi non propioris sobrino filij appellantur, sed vt dixi, consobrinorum nepotes. At propioris sobrino filij sunt, qui sobrini proprie appellantur. hoc est, vt Caius & Iustinianus interpretantur, qui quæve ex duobus consobrinis procreantur. Consobrinorum vero nepotes omisisse Iustinianum, Theophilus locuples aliis in rebus testis esse potest, qui tamen in alio genere erroris versatur, quod postea refellam. Ad Accursianos redeo, & eorum audaciam, nisi mea maior est. Suprà à me scripta ratione ausi idem sunt, constitutioni alteri, vnde legitimi, interpretationem addere de suo, quæ constitutionis verba esse hodie existimamus Impp. Dioclet. & Maxi. A A. Zenoni: Cum propius Sobrino, id est consobrina natum, reb. humanis intestato defunctum proponas, intelligis sine auxilio bonorum possessionis eius te successionem vindicare non posse. Sic autem Haloander edidit. Alij, cum propiorem sobrinum, id est natum à consobrina, scribunt. Accursius addit, id est in quinto gradu à consobrina, qui respectu sequentis dicitur sobrinus propior. Quæ verba cum mihi tanto viro digna non viderentur, inueni aut falso esse Accursio adscripta, quoniam in Albornotiano libro

a §.6.inst.e.

b l.3.eo.

l. 2. C. vnde legi.

bro

bro non sunt, aut non ita scribenda esse. Sed vt duo illa verba A consobrina: ex contextu constitutionis irrepserint: & Accursianæ notæ, quæ in Fradinianis libris duæ sunt, tres sint. Quamquam hæc minime necessaria sunt: vt enim antea scripsimus, illam propioris sobrino interpretationem, adulterinam esse suspicamur. cuiusmodi multa in omnib. omnium disciplinarum libris ex interpretibus inseruntur. Maximum illud signum est, quod apud Paulum ostendimus, nunquam consobrini filios eo nomine appellatos, sed patrui magni filios tam crebro, vt legentem tæderet opinor multitudinis exemplor. Quod si & hi & illi propius sobrinis appellantur, vt Pompeium & Haloandrum scripsisse scio: vtros intelligemus altera constitutione Communia de successionib. aut si quo alio loco eor. mentio fiat? Deinde credendum non est, tantam rem, quæ maximis tenebris omnes illos cognationum gradus impleret, iureconsultos illos veteres, aut Tribonianum fugisse. Postremò quib. argumentis vtantur videmus. quibus nostra tueamur exposita sunt: illi mendosis libris, Accursio & Pompeio plus deferunt, quàm nos Florentinis Pandectis, Pauli, & ceteror. autoritati. Sed nos eiusmodi hominum & libror. consensum, rerum tractationi, & ipsi, nisi vehementer fallor, veritati nunquam præferendam putabimus. Ad Pauli sententias, & Theophili institutio. venio: cum quib. mihi alterum certamen est. Scribit Paulus: [a] Quinto gradu veniunt suprà quidem atauus atauia, infrà adnepos adneptis. ex obliquo fratres & sorores, pronepos proneptis. Iam hæc mendosa sunt. scribendum enim est, fratris & sororis: & postea, fratres patrueles, sorores patrueles, amitini amitinæ, consobrini consobrinæ filius filia. Scribendum est, fratris patruelis, sororis patruelis. Addit. proprius sobrinus, sobrina, id est patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius filia. opinor scribendum esse propius sobrinus, quod semel in Digestis est: [b] aut sobrino, quod est crebrius. Deinde ait, Sexto gradu veniunt suprà tritauus tritauia, infrà trinepos tri-

l. ij. C. com. de suc.

a Paulus li. 4. sentent. titu. de gra.

b l. iurisconsultus. §. sexto. ver. patrui magni nepos.

neptis : ex obliquo fratris & ſororis abnepos abneptis, fratris patruelis, ſororis patruelis (ſic enim ſcribatur oportet)amitini amitinæ, conſobrini conſobrinæ, patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, matreteræ magnæ nepos neptis : propioris ſobrini filius filia, qui conſobrini appellantur. Hæc verba multis modis ſunt mendoſa. Nam ſi quinto gradu propiorem ſobrino eſſe dixerat patrui magni aut aliorum filium, propioris ſobrino filius, & patrui magni nepos idem eſt. Item quod ait conſobrinos eos appellari, falſum eſt:appellantur enim ſobrini, vt antea ſcripſimus.quod etiam in ſeptimi gradus perſonis emendandum eſt. Sed & Theophilus emendandus eſt, a aut corripiendus, quod omnes appellet conſobrinos. Qui ita diſtinguit, vt propius ſobrinis appellet proprios conſobrinos : ſobrinos verò, maiores conſobrinos. Nos itaque illud probamus, conſobrinos eſſe fratrum aut ſororum filios, quos Hiſpani primos germanos appellamus. conſobrinor. filij ſobrini, à nobis vulgo primi ſecundi ineptè dicti ſunt. propius verò ſobrinis ſunt parentum conſobrini, quos thios Græco, tranſlatitióque verbo vocamus. Quo verbo proprie vtimur aptius, cum patruum, amitam, auunculum, materteram ſignificamus. b Sobrinorum verò nomine pro fratrum aut ſororum filiis abutimur, quos barbarè nepotes Accurſiani appellare ſolent. * Sed hac ſuper re nimis multa ſcripſimus.

a Theoph. §. quinto. §. ſexto de gradi.et. §. vlt. de ſucce. cogna.

b ſic. §. tertio. inſt. eo. & in aut. de her. ab inte. ven.

* & alij.c.tua nos. de conſan.& adfi.

Scribendum eſſe aliquot Digeſtor. locis decies, centies, aut milies. VI.

Halo.ante C.

FEcimus proximo capite eius loci mentionem, quo Haloander, quid propius ſobrino ſignificet, exponit : eóque nos excitati plurib. verbis rem ſatis obſcuram explicauimus. Sed quoniam eodem loco Florentinor. libror. ſcripturam in centiens aureor. laudat: eadem in re verſari, vtpote eleganti, neque ſatis noſtris

ſtris cognita, peropportunum eſſe exiſtimaui. Neque aliquis expectet à me, vt quæ docte Budæus, Portius, & Alciatus hac de re ſcribant, referam: ea enim malo in eor. libris legi. Tantum ſcribam, quib. Digeſtor. locis ea quæ ab ipſis dicuntur, locum habeant. Sed ille Portij & Haloandri ſcrupulus euellendus eſt. Multum hi differre exiſtimant, Decies an deciens ſcribatur. Et ſcire oportet, veteres ſæpe N, inter E & S poſuiſſe, vt mollius id proferrent. Nam & totiens, & quotiens, in antiquis monumentis & Florentinis Pandectis ſcriptum vidimus, & thenſaurum, & quadragenſimum, trigenſimum, & vicenſimum: vt hoc ipſum deciens, centiens, miliens. Quib. tamen abſtinere nonnunquam librarios illos animaduertimus. & ſi aliis, his præſertim locis, quib. ſi ea differentia vera eſſet, maxime neceſſaria fuit, vtendum erat: ſeruatum tamen non eſt. Celſus lib. 18. Digeſtorum: [a] Propemodum tãtum quiſque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis eius refici poteſt. Sic enim dicimus centies aureor. habere, qui tantum in prædiis ceteríſque ſimilib. reb. habeat. centies aureorum, non centiens, nec centum ſcriptum eſt. Item Paulus libro 2. Decretorum: [b] Imperator (inquit) interrogauit partem legatarij quærendi cauſa: pone, inquit, in condito centies aureorum eſſe, quæ in vſum ſumi ſolerent: diceres totum quod eſſet relictum in arca, deberi? Hoc tamen loco, N, inter verſiculos additum eſt. Interpretatur hæc capita recte Haloander, vt centies centena milia aureorum intelligantur. Quam interpretationem Budæus & Portius primi omnib. libris quib. compendarium id dicendi genus eſſet, fecerunt. Maximum illud eius rei ſignum eſſe videtur, quod ne eos quidem fugit, videre nonnunquam ſcriptum decies centena: vt illud eſt.

Decies centena dediſſes
Huic parco, paucis contento: quinque diebus
Nil erat in loculis.

& apud Papinianum libro 29 Quæſtionum: [c] Imperator quoque noſter Seuerus filiæ Flauij Athenagoræ, cuius bona fuerant publicata, de fiſco ideo numerari decies centena

Bud. & Portius libris de aſſe. Alcia. li. 3. ca. j. & ij. diſ.

a l. propemodum. de ver. ſign.

b l. Ofidius. in fin. de lega. 3.

c l. cũ de in rem verſo. de vſuris.

» dotis nomine iuſſit, quòd ea patrem præſtitiſſe dotis » vſuras allegaſſet. Quo etiam loco N, additum eſt: & intelligendum eſt decies centena millia ſeſtertiorũ nummorũ. Cur enim potius decies centena dicerent, quàm mille? Sed moleſtiam numeror. hac breuitate vitabant. in pecunia percenſenda, non etiam aliis feciſſe veteres animaduerti. Itaq; Iuſtinianus rectè quadam conſtitu-

a in proœ. Dig.

» tione ſcripſit: [a] Ex tanta legum multitudine, quæ in li- » bror. quidem duo milia, verſuum autem tricies cente- » na extendebatur: quod alia conſtitutione Græco dicen-

b. l. ij. §. ſed cum omnia. C. de vet. iure enu.

» di genere ſcripſerat, [b] duo penè milia librorum eſſe » conſcripta, & plus quàm trecentiens decem milia verſuum à veterib. effuſa. Nam Græcè trecentæ myriades verſuum dicuntur. Illud itaq; in vſu Romanor. fuit, vt cum decies, aut centies dicerent aureor. aut ſeſtertium, vel cum decies aut vicies centena, toties centena milia augerent, quod ille numerus, qui enunciabatur, ſignificabat. Sed & ſi decies ſolum dicatur, idem intelligen-

c l. auia. §. pater. de condi. & demo.

dum eſt. Papinianus li. 7. Reſponſ. [c] Cum vxori mandatum eſſet, vt moriens filiæ communi decies reſtitueret. » Quod nuſquam rectè ſcriptum vidi, Tuſcos libros ſem- » per excipio. Significatur eo verbo is numerus, qui à nobis milio vulgò dicitur.

Si dederint ſuperi decies mihi milia centum,
Dicebas nondum Scæuola factus eques:
Qualiter ô viuam? quàm large? quamq; beate?
Riſerunt faciles, & tribuere dei.
In ius ô fallax, atq; inficiator eamus:
Aut viue, aut decies Scæuola redde deis.

d l. cum heres. §. j. de ſtatu lib.

Eleganter quoque apud Paulum lib. 5. ad Sabinum ſcribitur: [d] Non eſt ſtatu liber, cum libertas in tam lon- » gum tempus collata eſt, vt eo tempore is qui manu- » miſſus eſt, viuere non poſſit: aut ſi tam difficilem, im- » mò pænè impoſſibilem conditionem adiecerit, vt a- » liunde ea libertas obtingere non poſſit: veluti ſi heredi milies dediſſet. Vulgo mille ſcribitur: quæ facilis conditio fuiſſet. Florentiæ tamen vna littera minus ſcriptum eſt Miles. Eſt enim vel ditiſſimi liberi hominis patrimonium, milies centena milia nummor. ac ſi Budæi æſtimationem probamus, vicies quinquies

centena

centena millia aureorum nummorum, quib. hodie vtimur, excepit.

Seſtertium denariumq; non recte doctos quoſdam viros æſtimaſſe, & quæ ſit conſtitutionis vltimæ de donationib. iuſta interpretatio. VII.

POſtulant ea quæ ſcripta ſunt, atq; adeò flagitant, vt de ſeſtertij nummi æſtimatione tractemus. Quæ res non ita expedita eſt, & facilis, vt poſt multas multorum eruditiſſimor. viror. lucubrationes eſſe oportuit. Nam licet vno omnes ore pronuncient, denarium aſſib. decem, ſeſtertiis quatuor æſtimari: tamen video iniectum eſſe maximi laboris, & ob eam rem peritiſſimo viro Gul. Budæo ſcrupulum ex Vitruuio & Tacito. Et quod me ad hæc ſcribenda mouit, animaduerti, Iuſtiniani conſtitutione, [a] & Mæciani de eiuſmodi reb. lib. non ante multos annos reperto, ſeſtertium aſſibus quattuor, denarium ſexdecim æſtimatum. Itaque nemo, opinor, mihi vitio dabit, ſi Iuſtiniani, qui ius ciuile nobis conſtituit, & Voluſij Mæciani, è cuius libris publicor. & fideicommiſſorum, multa in Digeſtis capita ſunt, auctoritatem ſecutus, ab aliorum opinione diſcedo. Quamquam non hoc diſcedere eſt, ſed certis limitib. eorum ſententiam circunſcribere. Mæciani enim verba ſunt hæc. Denarius primo aſſes decem valebat. vnde & nomen traxit: quinarius dimidium eius, id eſt quinque aſſes, vnde & ipſe vocatur: ſeſtertius duos aſſes & ſemiſſem, quaſi ſemis tertius, græca figura ἕβδομον ἡμιτάλαντον. nam ſex talenta, & ſemitalentum eo verbo ſignificantur. Lex etiam 12. Tabularum argumento eſt, in qua duo pedes & ſemis, ſeſtertius pes vocatur. Sic autem ſcribendum eſt, non ſemiſſis tertius. His Mæciani verbis, Budæi, & Alciati, Portij ſententia confirmari videretur, niſi addidiſſet: Nunc denarius ſexdecim, victoriatus & quinarius octo, ſeſtertius

[a] l. vlt. C. de dona.

Vitruuius li. libr. 3. cap. 1. de archite.

quattuor asses valet. Idem Vitruuius scribit, non longe ab initio libri tertij, cuius verba Budæus libro 5. de Asse refert: ea etiam nos hic referemus. Quod libenter facimus, ne vllum scrupulum lectorib. relinquamus. Nostri, inquit, primò decem fecerunt antiquum numerum, & in denario denos æreos asses constituerunt, & ea re compositio nummi ad hodiernum diem denarij nomen retinet, etiámque quartam eius partem. quod efficiebatur ex duob. assib. & tertio semisse, sestertium vocitauerunt. Postea quoniam animaduerterunt vtrosq; numeros esse perfectos, & sex, & decem, vtrosq; in vnum coniecerunt, & fecerunt perfectissimum decussissexis. Huius autem rei auctorem inuenerunt pedem. E cubito enim, cùm dempti sunt palmi duo, relinquitur pes quattuor palmor. palmus autem habet quattuor digitos: ita efficitur, vti habeat pes sexdecim digitos, & totidem asses æreos denarius. Placet enim mihi Budæi emendatio, vt non æreus denarius, sed asses æreos scribatur. Hæc Vitruuij verba Budæum acriter torserunt, & ita cum eo transigit, vt nonnihil declinet de certa illa constituta in perpetuum æstimatione: Ex suprà scriptis Iustiniani constitutionis verba intelligentur: quæ nescio an alicuius recepetint interpretationem: menda quidem certe receperunt. Sunt autem hæc in Norico libro editor. optimo.

l. vlt. C. de dona.

Imp. Iustinianus A. Ioanni P.P. Verba superflua, quæ in donationib. poni solebant, id est, sestertius nummi vnius, assium quattuor, penitus esse reiicienda censemus. è quib. illud, Id Est, libenter auferrem. In recentiorib. libris mendose scribitur, Scilicet sestertij nummi vnius assis, vel quattuor. In antiquiorib. melius sestertij nummi vnius assium quattuor. Quib. illud significabatur, sestertium nūmi vnius æstimatione esse. quod Budæus lib. 1. de Asse fatetur: assium vero quatuor, quod Mæcianus scribit. Scribebantur autem in donationib. vel vt sestertij ambiguitatem auferrent, propterea quòd vt à doctissimis viris proditum est, [a] sestertium mille sestertius æstimaretur: vel quoniam (quod hodie fit) vt probos nummos conscriberent, eius legitimam æstimationem addere solebant. At cum Iustiniani temporib.

a Bud. Porti. libris de Asse. Alc. lib. 3. ca. 12. & 9. dispu. & l. lecta. de reb. cre. & lib. sing. de pōd.

porib. ſolidis & ſiliquis & tremiſſib. vt poſtea ſcriptus ſum, vterentur: ſuperflua illa formulæ donationis verba erant exiſtimanda. Cuius rei extat illud non minimum argumentum, quòd libro tertio Inſtitutionum Iuſtinianus refert a lege Papia conſtitutum: vt ſi centenarij liberti, id eſt hi qui centum millib. ſeſtertiorum cenſerentur, ius trium liberor. non haberent, virilem partem cum filiis patronus haberet. Quam tamen ſummam idem Imperator Græca conſtitutione in ſuorum temporum pecuniam mutauit, & centenarios libertos non à ſeſtertiis illis maiorib. centum, ſed à totidem aureis vocari voluit: non quòd eadem pecunia eſſet, ſed vt idem nomen conſeruaretur (quod eleganter alij iamdiu ſcripſerunt) & vt vſus vulgaris pecuniæ ratio haberetur. Quæret aliquis, quo tempore ſeſtertij æſtimatio fuerit mutata? & id Plinius lib. 33. prodidiſſe mihi videtur. eius enim verba ſunt: Argentum ſignatum eſt anno vrbis. DLXXXV. (aut vt Budeo placet, DLXXXIII.) Q. Fabio Cos. quinque annis ante primum Punicum bellum. & placuit denarius pro decem libris æris, quinarius pro quinq; ſeſtertius pro dipondio ac ſemiſſe. Libræ autem pondus æris imminurum bello Punico primo, cum impenſis reſp. non ſufficeret. Conſtitutúmque vt aſſes ſextantario pondere ferirentur. itaque quinque partes factę lucri, diſſolutúmque æs alienum. Sextantarij aſſes apud Sex. Pompeium ſeptennium duraſſe dicuntur, cum initio libriles fuiſſent: vt Mæcianus quoque & Gellius ſcribunt. Deinde ait Plinius: Poſtea Annibale vrgente, Q. Fabio Maximo dictatore aſſes vnciales facti, Placuitq; denarium ſexdecim aſſib. permutari. quinarium octonis, ſeſtertium quaternis. Quid hoc clarius aut apertius dici poteſt? vt oſtendat ante Q. Fabij Dictaturam illis denariis & ſeſtertiis Romanos vſos, quor. æſtimationem ceteri tradiderunt: poſtea his, in quorum æſtimatione Iuſtinianus, Mæcianus, Vitruuius & Plinius conſentiunt. Neque illi audiendi ſunt, qui Plinianam ſcripturam mendoſam putant: nec qui hæc, dum Annibal moleſtus Romanis fuit, viguiſſe cre-

a §. poſtea. & ſeq. de ſucce. lib. Iuſti.

Plin. lib. 33. c. 3. nat. hi.

Męcia. lib. de aſſe in fine. A. Gel. li. 20. i. a

dunt. Alterum enim non facilè credendum eſt, alterum eſt manifeſtò falſum. Extant enim diuerſor. tempor. ſcriptores, qui id ſuis quiſq; temporib. valuiſſe ſcri- » bant. Quod vero poſtea Plinius ſcribit, Ita reſpu. di- » midium lucrata eſt: rectè Budæus ad ſextantarios aſſes » refert. At quod ait, In militari tamen ſtipendio ſem- » per denarius pro decem aſſibus datus: ſignificat diurnum denarium, quem, vt Tacitus Cornelius ſcribit, milites merebant, decem aſſibus ſemper æſtimatum. idq; apud Tacitum queritur Pannonicus miles, cur decem aſſes, non verò denarium acciperent. Denique ſcribit, lege Papiria ſemunciales aſſes factos: quod arbitror nunquam immutatum. Quod vero Varro libr. 4. de verbor. origine, Apuleius apud Priſcianum lib. 6. Aruntius apud eundem lib. ſingulari de ponderib. & Sex. Pompeius ſcribunt, denarium aſſes decem, quinarium ſeu victoriatum quinque ſeſtertium duos & ſemiſſem valuiſſe: præteriti temporis æſtimationem omnes exprimunt. hoc eſt. vnde origo eor. verbor. manauerit, ab illis ſcilicet initiis à Plinio conſcriptis. Plutarcho vero & Dionyſio, ac ceteris, è quib. argumenta erroris optimi viri ſumunt, ita reſpondeo, de his reb. ſcripſiſſe eos, quæ ante Q. Fabij Dictaturam geſta fuerunt: quo tempore antiqua illa æſtimatio locum habet: vt de Camilli exilio, Seruij Tullij regis cenſu. Namq; ita conſtituendum eſt, vt ſi Plinium in tempore, quo æſtimatio mutata eſt, non erraſſe putamus, non ita de his quæ ante ſecundum bellum Punicum geſta ſunt, exiſtimemus, atq; de his quæ Tullianis, aut Cæſarum temporib. Concidat itaq; neceſſe eſt, omnis illa ſeſtertior. & denarior. æſtimatio, quam eadem ratione ad omnes libros applicabant: vel potius coërcenda eſt, vt ad tempus, quo de agitur, referatur. Iam verò vt ad noſtram pecuniam vetus ratio conferatur, mutanda eſt recepta ab ſtudioſis viris æſtimatio. Niſi quod hi, qui ponderib. vſi ſunt, ſi illud probare poſſint, nihilo antiqua pondera à noſtris differre: & argenteos aureoſq; nummos, veteres non conterendo deminutos appenderunt: facile poterunt eos

ex

ex ipsor. nummor. notis & pondere ad nostros referre. Hæc de sesterio.

De aßis & vnciæ partibus. VIII.

GRaui ære veteres vsi initio vrbis fuere: hinc, vt Plinius ait, libra ait in emptionibus imaginariis vsi postea sunt. [a] hinc dispensatores, expensa & accepta, compensare, & impendere dictum est. postea ita signatum est, vt æris libra as appellaretur. quæ dupondium, idem enim pondo & libra significat: [b] dupondij & semissis pondere sestertius, decem assium denarius appellaretur, Quamquam plerique scribunt, sestertium & denarium argenteos nummos fuisse, quod ipse probo. As quod libram penderet, duodecim vncias continebat. eius partibus iurisconsulti in hereditatibus atque aliis partitionibus vti solent de quibus. Vlpianus libr. 6. Regularum ita scribit: [c] Hereditas plerumque diuiditur in duodecim vncias, quæ assis appellatione continentur. habent autem & hæ partes propria nomina ab vncia vsque ad assem, puta hæc: Sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as. Idem Iustinianus scribit libro 2. Institutionum. [d] vtroque loco sunt, qui sexcuncem addant octauam assis partem: sed neque Tusco lib. nec in Theophili institutionib. est sescuncia. sic enim appellatur à Mæciano, vt sescuncis nomen ab Accursianis fictum esse videatur. est autem quadrantis dimidium. hoc est vncia semis. Eius mentio fit ab Vlpiano li. 14. ad edictum. [e] Proinde, inquit, si sint ex duob. filiis nepotes, ex vno plures, tres puta, ex vno vnus, vnicum sescuncia, vnum ex illis semuncia querella excludit. & alij aliis locis. [f] Vncia vero à Mæciano & Varrone in duas semuncias diuidirur: sic enim vocant, non semiuncias, vt quidam apud Vlpianum [g] & Scæuolam [h] scribunt: in tres binas sextulas, quas duellas Palæmon appellat. Binæ sextulæ dicuntur, quòd sextula sit sexta vnciæ pars, Cicero pro Cecinna: Facit

a insti. de testa. in prin.

b l. scribit Q. Mucius. de aur. arg. le. §. item scribit.

c l. seruũ. in fin. de hered. insti.

d §. hereditas. insti. de her. insti.

e l. Papinianus. §. quoniam. de inof. test.

f l. vltim. de coniun. cum ema. l. liberto. §. filium. de ann. leg. l. vltim. C. de lib. præt. l. filium. de leg. præsta.

g d. §. quoniã.

h d. §. filium.

hæc heredem ex deunte & semuncia Cecinnam, ex duab. sextulis M. Fulcinium, Ebutio sextulam aspergit. Quarta vnciæ pars sicilicus dicitur. huius mentio apud Scæuolam libr. 22. Digestor. [a] Quidam filium ex dodrāte, vxorem ex quadrante heredes instituit: filij fidei cōmisit, vt restitueret vxori, quæ filij nouerca erat, hereditatem. ab vxore petiit, vt menstruos aureos denos filio præstaret, quoad is 15. ætatis annum impleuisset, quo tempore dimidiam ei hæreditatis partem restitueret, filius deducta quarta dodrantem restituit: hoc est sextante & sicilico deducto, semissem semunciam & sicilicum restituit. itaque nouerca dodrantem semunciam sicilicum, priuignus sextantem sicilicum habebant. quæsitum est, an cùm priuignus vicesimum quintum annum impleuisset, semissem nouerca suæ partis, hoc est trientem semunciam sicilicum & sicilici dimidium, quæ scriptula tria dicere possumus, restituere debeat: an vero quod ad semissem ei deest totius hereditatis, addere. & hoc Scæuola respondit, restituendum esse. Id autem erat quadrans semuncia sicilicus. Et sanè nimium inepti fuerunt, qui siliquam illic pro sicilico scripserunt, cum illa vnciæ sit 184. pars, hæc quarta: quos iure præceptor noster reprehendit. [b] Scriptulum vero, in cuius mētionem incidi, idem est quod vulgo scrupulus appellatur. est autem 24. vnciæ pars: quod Accursium non fugit. [c] Appellatum scriptulum videtur vt Agricola medicus ait, ad τοῦ γράμματος imitationem. Scrupuli dimidium simplium vocari, Mæcianus ait. Palæmon obolum. qui addit ad Mæciani partitionem drachmam, quę octaua vnciæ pars Græcis est. Deinde ait.

Semina sex alij siliquis latitantia curuis
Attribuunt scrupulo:

Sed id ad pondus referri videtur. quamquam vt Mæcianus scribit, Ponderis eadem diuisio est, quæ æris. Quāobrem illud quoque adscribam, scriptulum in sex siliquas partiri, obolum in tres. Emendandi igitur a Pontificij iuris interpretib. sunt hi versus: [d]

Tres siclos obolus, obolos tres dragma, sed octo
Vncia fert dragmas, duodena dat vncia libram.

atq; ita

a d. §. filium.

b Alciat. in rubr. C. de metalla. lib. 11. & l. frugē. de ver. sign.

c Accur. l. j. C. de metalla. lib. x.

d Io. Theu. §. itē in Leuitico. de pœni. dis. j.

atque ita scribendum est:

Tres siliquas obolus, obolos sex drachma, sed octo
Vncia fert drachmas.

Quodque deinde dicitur,

Siclus habet septem drachmas obolo minus vno.

ea de causa dictum est, quod sæpe in sacris libris scriptum sit viginti obolis siclum constare: [a] Sanctissimus tamen ille vir Hieronymus scribit, [b] quatuor drachmas pendere siclum: siue staterem. vtroque enim nomine idem significatur. & Iosephus libro 3. Atticas esse ait: quos secutus Isidorus, semunciam siclum pendere scribit. Viginti itaque illi oboli Iudaici sunt, vt mina quoq; illa quæ siclis sexaginta constat, Exechiele auctore. Sed ad vnciæ Romanæ partes reuertamur. & Agricola Celsum secutus, septimam vnciæ partem denarium appellat: in quo Budæum, Alciatum, Portium reprehendit, qui par pondus denario & drachmæ esse scripserunt. Qua de re, quoniam ad ius ciuile non attinet, neque satis mihi cognita est verba facturus non sum. Hæc mihi è doctor. viror. lucubrationibus addenda esse videbantur, ad illas Vlpiani [c] partes assis.

a G. iudices. j q. j. Ex. 30. Leuit. vlti. Nume. 10.
b Hieron. Eze. 4.
c d. l. seruũ. in fi.

De auri, æris, argenti libra, aureo siue solido, siliqua, & tremisse. VIIII.

Constitutionis quintæ, [d] aut vt Haloander scribit, quartæ de susceptoribus verba sunt hæc. Quotienscunque certa summa solidor. pro tituli qualitate « debetur, aut auri massa transmittitur; in septuaginta « duos solidos libra feratur accepta. Libra itaque au- « ri duob. & septuaginta aureis æstimabatur: quod Bu- « dæus & Haloander tentant corrumpere, & duode quinquaginta, aut quinquaginta scribere, propter antiqui aurei æstimationem. Sed nihil mutandum esse, Constantinus Græcus iureconsultus me docuit libro 3. προχείρω. & Demetrius Alabaldus, & Isidorus,

d l. quotiescumq. C. de susce. præp. & arca. lib. x.

qualescunque scriptores, ad eiusmodi quidem certe res non admodum leues. Aliis constitutionibus singuli solidi viginti æris libris æstimantur, [a] argenti libra solidis quinque.[b] Itaque libra auri æstimabatur argenti libris quatuordecim, sescuncia sicilico: æris vero libris mille & quadringentis quadraginta: argenti libra æris libris centum, hoc est sestertiis sexcentis, denariis centum, & quinquaginta, si asses semunciales, vt Plinius scribit, erant & sestertij assium quatuor, denarij sexdecim: de quo antea scripsimus: Sed mihi non fit verisimile, eadem ratione nummor. à Plinij ad Constantini & Arcadij ætatem, quorum illæ constitutiones sunt, per multorum imperatorum tyrannidem vsos Romanos, & Byzantios. Illum potius errorem indicemus, in quem nollem optime de iure ciuili meriti nostri interpretes incidissent. Neque enim tam crebro reprehendendi darent ansam Nebrissensi nostro, qui nonnihil ius ciuile adiuuit. Scriptum est Constantini constitutione de argenti pretio: Iubemus vt pro „argenti summa, quàm quis thesauris fuerat illaturus, „inferendi auri accipiat facultatem, ita vt pro singu„lis libris argenti quinos solidos inferat. Quinos solidos Accursius, Albericus, Iason, & quod magis miratus sum, Pyrrhus Anglebermeus, decem interpretantur. Idem aliis locis fecerunt Accursiani temporum barbarorum peccato. [c] Iam igitur constat, quæ esset argenti, æris, & auri librarum æstimatio, vt si multa aliquot vnciarum, aut librarum æris, auri, argenti indicatur legibus in quot solidos aureos ea referenda sit, cognoscere facile possimus. [d] Vel si eorum sententia vera sit, qui nihilo has nostras vncias ab illis differre existimant: & inter nos nulla vnciarum differentia sit, sed per tot seculorum interuallum, per tot terrarum spatia eisdem ponderib. semper vtamur. ponderis nomine cognito ex his quæ proximo capite scripta sunt, facile licebit eiusmodi interpretati. Namq; si velis balucæ, aut auri scrupulos constitu. 1. & 6. de metallariis interpretari, cum scrupulis 24. vncia constet, si quid baluca sit ex Budæo, Alciato, aut Pyrrho cognoueris, sine vlla difficultate, nisi te pondera fefellerint, quod

a l. vn. C. de collat. æris. lib. eo.

b l. vn. C. de arg. pretio. li. eo.

l. vn. C. de ar. pre. lib. x. Acc. & Pyr. d. l. vn. Alb. & Ias. l. vlti. D. in ius voc.

c Accu. l. si. ita stipulatus fuero. in pri. de ver. obl. l. vt agendi. de cursu pub li. xj. l. sciendũ. de legatio. l. qui textrini. de murile. li. xj.

d 6. l. ij. C. de epi. aud. l. ciuitas. C. de off. rect. pro. l. properandũ. §. sin autẽ. de vtraq; de iudi. l. vn. in fi. de ratio. op. pub. l. j. l. per annos. C. de metal. lib. x.

quod velis aſſequeris. In ſolidis aureis maior dubitatio eſt. duo enim aureorum nummorum genera Budæus* & Alciatus conſtituunt,quorum neutro hodie vtamur.& Digeſtorum aureos ab inſtitutionib.& conſtitutionibus Iuſtiniani ſeparant: eo argumento vſi,quòd Tacitus dena ſeſtertia cauſarum patrono mercedis nomine permiſſa ſcribat, Vlpianus centenos aureos.[a] Cũque fiat ea ratione,vt ſeſtertium aureis decem æſtimetur:idq; ſit ille ſeſtertior. conſequens eſt, aureum Vlpiani tempore cenſeſtertiis mutuatum. Hæc illi ſcribunt,quæ omnib.facile probauerit.addunt tamen,quaternos nũmos ex vnciis ſingulis auri olim factos: quod non ſatis intelligo, quibus argumentis probetur. Nam quod Iſidorus ait, ex vnciis ſingulis ſenos factos, veterem tum ſcripturam conſtitut. 4.[b] de ſuſceptoribus confirmat, duodecima edim illius ſummæ aureorum 72. pars hi ipſi ſex aurei ſunt. & cum altera conſtitutione[c] ſcriptum ſit,vicenis libris æris ſolidos ſingulos æſtimari, quæ vicenæ libræ noſtra ſeſtertiorum ratione 120. ſeſtertios, eorum rátione multo plures efficiunt: mihi non ſit veriſimile,tam deminutos aureos pluris illis æſtimatos.Sed & illud probo, vt licet aliqua fortaſſe aureorum differentia fuerit, quod veriſimile videtur, tamen credendum non ſit, Iuſtinianum eiſdem nummorum nominibus non eaſdem interpretationes afferri voluiſſe,cum omnes Digeſtorum conſtitutionum & inſtitutionum libros, quaſi ab eius vnius manu conſctiptos accipi voluerit.[d] Sed quid opus eſt verbis?Tãgere manu propemodum hoc ipſum videmur. Scribit Vlpianus libro 57. ad edictum. [e] Si libertus in ius vocauerit patroni filium, pœnalem in factum actionem dandam, id eſt quinquaginta aureorum idem ſi patronus, aut ſine venia vocatus eſt, aut ſi qualemcumque fideiuſſorem dederit,& libertus non acceperit.idem Vlpianus, Modeſtinus & Calliſtratus ſcribunt. [f] Iuſtinianus libro 4. Inſtitutionum, [g] ſolidorum quinquaginta conſtitutam eſſe pœnam ait. Quis dubitet de eadem pecunia agi?Quid,quod capite. 1 de his qui effuderint, vel deiecerint,Prætor ait: Si eo ictu homo liber periſſe dicetur, quinquaginta aureor.

* Bud. lib. 5 de aſſe. Alc lib. 3. cap. 9. Diſpun.

a l.j.prope fi nem. de extraor.cog.

b d. l.quicũque C.de ſuſcept. libr.x.

c d.l.vn.C. de col. æris. lib.e.

d l.j.§.ſed ſi quid. C. de vet.iu.en.

e l.ſi libertus. de in ius voc.

f l.in eũ. l.vl. eo.l. ij.in ius vocative eãt.

g §.vl.de pœna tem.liti.l. j. in pri. de his q.effu.vel deie. §. item is.inſti. de obl. quæ quaſi ex ma.

iudicium dabo? Idem Iustinianus scribit sub titulo de obligationib. quæ quasi ex maleficio nascuntur: „Et quod alio loco ait Prætor, a ne quis in suggruenda protectóve suprà eum locum quà volgo iter fiet, inve quo consistetur, id positum habeat, cuius casus nocere cui possit: qui aduersus ea fecerit, in eum solidorum decem iudicium dabo. Iustinianus scribit, [b] pœnam decem aureorum esse constitutam. Non possumus idem crimen maioris & minoris æstimationis aureis (quod ridiculum esset) coërcere. Itaque mea sententia est, aureos omnes constitutione illa æstimatos, vt seni vnciam constituerent: quamobrem sextulæ nonnunquam appellati sunt. [c] namque suprà scriptum à nobis est, eam esse sextam vnciæ partem: quo fit, vt si scriptula seu scrupuli 24. in vncia sint, vt sunt, quatuor scriptula aureus ille pendat: aut si malis, octo simplia vel obolos. Sed in scriptulo sex siliquas inesse diximus. siliquis igitur 24. aureus æstimatur. Quæ res Iustiniani Nouella constitutione. 130.[d] manifesta est, qua octaua solidi pars tres siliquæ esse dicuntur. Eam constitutionem Haloander Græce non edidit, propterea quòd in Florentino Marcianæ bibliothecæ libro, quem Ludouicus Bononiensis describendum curauit, ea constitutio desideraretur. Quod facit vt dubitem, an ne ea sit, quam Nouella 110. [e] abrogat. neque enim me earum constitutionum ordo mouet, quod aliquando præpostere multa ex eo libro scripta esse deprehendi. Et planè ita est. Nam cum Venetiis hos libros edendos curarem, atque ego legum & decretorum Pontificiorum libris Græcis legendis darem operam: incidi in Marcianæ bibliothecæ librum peruetustum Nouellarum, ex quo omnia ferè, quæ in Norico desunt, descripsi quorum vtilitas vt omnibus iuris studiosis prodesse possit, breui efficiam. In eo optimo lib. Græca illa constitutio, quæ 130. existimatur, περὶ τῶν ναυτικῶν δανείων. 16. est: cui adscriptum esse vidi id, quod antea dicebam, ταυτὴν ἀναιρεῖ ἡ ρι. Nam 110. περὶ τῶν τόκων. hoc enim loco, vt in cæteris libris illic est, hanc sine dubio abrogat. & vtraque est ad Ioannem Præf. Præt.

a l. si vero. §. Prætor. de his qui effu.

b d. §. item is.

c vid. Alciat. in rub. de metalla. & lib. ij. ca. 23. pàret. l. etiã. l. hæc enuntiatio. de ver. sign. & lib. sing. de ponderib.

d auth. de vsuris nauticis.

e auth. de nau. vsu.

m.ssa.

missa. Sed, vt ad siliquas reuertar, earum hanc eandem æstimationem in Nouella Maioriani de curialib. cognoscere visus sum. sed locus mendosus est, quem nolo de meo, cùm antiquo exemplo caream, emendare. Illud sanè in Accursio & Pyrrho desidero, quod siliquas solidos interpretantur, constitut. singulari de imponēda lucratiuis descriptione. quam ille alio loco Isidorum veræ interpretationis testem citat. [a] quod ex suprà à me scriptis, atque aliis constitutionibus constat,[b] quæ hanc interpretationem accipiunt. Hoc itaque siliquæ nomen nō rusticor. solum est, vt apud Vergilium, Vnde prius lætum siliqua quassante legumen, in qua significatione Paulus vtitur:[c] sed & ponderis est, & nummi genus. Erat etiam aureus nummus, qui tremissis dicebatur, siliquar. octo pendere, vt tres solidum penderent. Quorum mentio fit consti. 3. de militari veste, & 16. de erogatione militaris annonæ: quod neque Accursius, neq; Isidorus ignorarunt: & Haloander rectè vsus est eo. Noue. 28. & 29. Sed vt illud, quod omnium vtilissimum esse putant, non prætermittam: sciendum est, receptum esse à nostri temporis interpretibus iuris, aureos hos nummos, quib. hodie vtimur multo esse illis, de quibus scripsimus, minores. Namque ita existimant, libram auri 96. constare, vnciam octonis aureis. " vt aureus drachmæ scilicet pondere sit, aut scriptulor. " trium, obolor. sex, vel simplior. & singuli octonis de- " nis siliquis auri æstimentur: cum illos alteros sextulæ " pondere esse diximus, scriptulor. quatuor, siliquarum 24. Inde quingentos illos donationum solidos[d] 666. siliquis sexdecim, æstimare oportet: non octingentis, vt multi scribunt.[e] Seruorum quoque pretia constitui possunt, qui aliquibus constitutionibus.[f] quindenis aureis æstimantur, hoc est nostrorum temporum vicenis: aliquibus[g] prout artificium quo imbutus est seruus, & ætas melior est, varia æstimatio fit. Centenarij quoque liberti illi dicendi sunt,[h] qui 133. aureos, siliquas 14. in bonis habent: eadem quantitate honoraria merces aduocatis permissa est,[i] qua in re video præceptorem meum variare. Nam cùm de ea mercede agitur, existimat grandem pecuniam æstimatione veterum aureor.

l.vn.C.de impon. lucr. desc. lib. x. vbi Accur. & Pyr.
a Accu.aur. nullū cred. agri.
b Noue.123. auth. de sanct. epi. §. sportulas. auth. sed hodie. C. de epi. & cle. Noue. 32. & 34. auth. ad hæc. C. de vsur. & Nou. 59.
c l.frugem. de ver. si. vbi Alcia. 6. l.3. C. de mil. ve. li. 12. l. iubemus. in pri. C. de ero. mil. anno. e. li. vbi Acc.
d l.pen.C.de dona.
e Iason. l. ij. §. ex his. nu. 16. de ver. obl. vi. Alci. l. hęc enunciatio. de ver. si.
f l. vlt. C. quod cond. inf. l. si quis. argentum. C. de dona.
g l.3.C.cō.de leg. l. 1. C. de cō.ser.manu.
h §. sed nostra. insti. de succe. lib.
i l.1. in fi. de extraor. cog.

a Alci.lib.3. ca.9. diſpun.
b Idem d.l. hęc enuntiatio.

facta præſtari poſſe. a alio loco non putat donationem, quæ quingentos vulgares aureos excedat valere. b Mihi Accurſianorum ſententia probabilior eſſe videtur: qua omnib. Iuſtiniani libris eandem aureor. interpretationem faciunt, quod antea ſcripſimus. qua vero libram auri & illo & hoc tempore parem pondere eſſe exiſtimant, dubitare me ſupraſcripſi. Sexcenta ſunt superioribus ſimilia, quæ non peſſime eadem ratione interpretantur.

De centeſima vſura. X.

l.ij. Theo.de vſur.

c Alcia.l.frugem. de ver. ſig.& li.ij.ca. 23.Parer.

Extat Valentiniani conſtitutio in Theodoſiano codice, qua quadrupli pœna punitur is, qui quicquam ,, vltra centeſimam acceperit. Cuius interpres ita ſcri- ,, bit: Si quis plus, quàm legitima centeſima continet, ,, id eſt tres ſiliquas, in anno per ſolidum amplius debitori ſub occaſione neceſſitatis accipere vel auferre prę-ſumpſerit, conſtrictus quadrupli pœna reſtituet. Hoc Alciatus noſter ita interpretatur, c vt hanc exiſtimet centeſimę vſuræ definitionem, cum ob ſingulos aureos tres ſiliquæ quotannis accipiuntur. Mihi vero, quod pace præceptoris dixerim, maior centeſima illa vſura eſſe videtur. Nam ſi tres ſiliquæ obolum conſtituunt, quæ octaua eſt ſolidi pars: vt eodem loco ait: fieri non poteſt, vt octaua pars centeſima vſura ſit. Finge etenim octingenta credita, octo in ſingulos menſes centeſimæ vſuræ nomine deberi nemo negat: hæc duodecies aucta, 96. anno vertente erunt: cum centum, octaua ſcilicet ſit pars. Deinde ſi centum, duodecim quotannis pariunt, 25. tria efficiant neceſſe eſt: at ſiliquas quattuor & viginti ſolidus valet: non igitur hæ, tres parere poſſunt. Illud itaque arbitror interpretem voluiſſe vel vt maiorem centeſima illam trium ſiliquar. pronuntiaſſe: vel vt ſui temporis vſuram, quæ non multum à centeſima abeſſet, pro centeſima interpretaretur. Neque hoc mirum cuiquam eſſe videatur, cum hanc ipſam octauæ partis vſuram, hoc eſt trium ſiliquarum in ſingulos ſolidos Nouella conſtitut. 130.

vel

a vel potius 106. in nauticis vſuris enumeret. Eoque argumēto Socinus vtitur, b ad optimam illam centeſimæ vſuræ interpretationem quàm à Barbaro Hermolao acceperat, confirmandam. Eſt tamen apud Socinum idem ille error emendandus, quem ex Hermolai libro & Columella Budæus ſuſtulit lib.1. de Aſſe. octo enim iugera pro ſeptem ſcripta ſunt. Sed & nuper maiore errore in Victoriano Columella commiſſum eſt, vt, quod aiunt, ipſi nobis fontes ſitire videantur. Quamobrem operæ pretium eſſe putaui, totam illam rationem ſemiſſium vſurar. de Columellæ ſententia explicare. Nam cùm vellet is oſtendere maiores fructus ex vineis, quàm ex fœnore ſemiſſium vſurar. ſumi: Septem, inquit, iugera vnius vinitoris operam poſcunt. hic plurimum octo millib. ſeſtertium emi poteſt, ſeptem iugera totidem millib. vites vero & pedamenta, quæ vineæ dotem appellare poſſis, binis milib. in ſingula iugera. horum ſumma eſt ſeſtertium 29. millium. hæc ſumma, ſi octo iugera eſſent, vt Barbarus, Socinus, & Nebriſſenſis ſcribunt, & ante Budæi admonitionem vulgo habebatur, ad 32. millia creſceret. Quæ multo maiorem efficeret ſummam ſemiſſium vſurarum biennij, quo, ſi in nominib. eadem pecunia collocata foret, fructus illos afferret: quàm à Columella ſcribitur. Scribitur autem hoc: Huc accedunt ſemiſſes vſurar. ſeſterrium tria milla & quadringenti & octoginta nummi biennij temporis, quo velut infantia vinear. ceſſat à fructu. Viginti enim nouem millia quotannis centeſimis eam ſummam efficient, in ſingula millia centenis vicenis nummis enumeratis. Semiſſes vero vſuræ biennio non plus centeſimis in annum augentur. Deinde ait: Si vineæ vinitoríſque pretium cum his vſuris coniungas, fiet ſumma, 31. millium 480. nummor. Quam pecuniam in nominib. poſueris, reddet fructus mille nongentor. quinquaginta fere ſeſtertiorum: ratione illa ſemiſſium vſurarum, vt in ſingula centum ſenos ſeſtertios, in ſingula millia ſexagenos numeres. In Victoriano libro non hæc ſumma eſt, ſed mille ſeptingentor. quadraginta nummor. quæ vſura eſt illor. 29. millium. erróque ex

a Auth. de vſu.nau.
b Soci. l.3. in fi. ad.l. Falci.

Columel. li. 3. ca.3. de re ruſtica.

Budæi libro 1.de Asse,non diligenter ab eo qui hunc locum corrupit,lecto (vt opinor) manauit. Fructus vero vineæ eam summam excedere ait, quoniam (inquit) deterrimi generis vineæ singulos culleos singula iugera ferunt: culleus vrnas quadraginta capit, hæ trecentis nummis veneunt,septies itaq; trecentis nummis auctis, summa fiet duor. millium & centum nummor. Maximam à nobis gratiam inierunt Hermolaus, Socinus, & Budæus, qui perpulchram hanc interpretationem aduersus Accursianos, Columellæ auctoritate ducti,inuenerunt.nō minorem Alciatus noster[a] qui multis argumentis hoc ipsum tuetur: item eius discipulus Viglius, qui Theophili institutionib.prolatis,quib.non obscure hęc interpretatio scripta est,[b]bene de iure ciuili est meritus. Sed & illi nos iuuarunt, qui Constantini Harmenopuli epitomen ediderunt, cuius lib. 3. de vsura centesima verba sunt in hanc sententiam Gręce conscripta. Centesima vsura est, cum duodecim aurei post annum ob centenos dantur.Propterea quod ex centum singulis mensibus vnus datur,qui si ad vniuersa centum respexeris,centesimus est,iure igitur centesima ea vsura dicitur.Illud deinde sciendum,inquit,est,quæ quadrantes vsuræ sint,aut trientes,quæq; semisses & besses.Deinde quasi ex alio libro addit: Trientes vsuræ sunt, cum in singulas libras solidi quattuor præstantur: semisses, cum sex:quadrantes, cum tres:at centesimæ, cum duodecim in singulas libras præbentur. Dicet aliquis, qui fieri potest, vt centesima vsura hęc appelletur, cum libra non centum aureor. sit, sed 72? Scire, inquit, oportet centesimam significare,cùm certa quantitas in duodena diuiditur:& centesima dicitur,quòd olim qui centena habebant,duodena in commune ferebant.sed hæc illi veteres: nos quæ fieri videmus, scripsimus. hæc ille. Ex quib.illud manifestò cognoscimus, nomen centesimæ vsuræ non ex centū mensib. quib. vsura par fit sorti, vt multi scribunt, positum esse, sed quod centesima sortis pars vsura esset,quippe menstrua. qua in re mendoso libro Alciatus noster vsus,[c] nobilis illius cautionis sub titulo de reb.creditis, calculum ducit obscurius, quàm necesse est. Nam Florentiæ ita scriptum est,vt in Norico

a Alcia. lib. 3.c.1. dispun, l.lecta.de rebus cred.

b Theop. §. sed & quòd prin. de iur. na.§.plus. de actio.

c Alcia. d.l. lecta.& lib.3. ca. 2. dispun.

Norico libro: Tunc eo amplius, quo post soluam pœnæ " nomine in dies triginta, quinque denarios centenos, " denarios singulos dari stipulatus est P. Mæuius. spopondi " ego L. Titius. Quib. verbis centesima vsura descripta est, non maior: quæ esset, si in dies 25. scriberemus. Eius libri error ex notis, quas Iustinianus fieri vetuit hac de causa, ortus est. Sed ad Constantinum reuertamur, quod scribit centesimæ vsuræ rationem fuisse immutatam, vt cum centum aurei nummi quotannis olim efficerent duodenos, postea ex 72. quot in libra esse antea scripsimus. a totidem recipiantur. quæ vsura centesimã triente amplius excedit. & verisimile est, Constantini tempore Bizantij eam vsuram consuetam, cum Azonis & aliorum qui eodem fere tempore in Italia ius ciuile docebant, non acerbissima visa est illa vetus vsurar. interpretatio. Ex qua re mirari non oportet, Theodosiani codicis interpretem, qui propius à Iustiniano abfuit, aliquanto maiorem centesima, centesimam appellasse. Leonardus Portius, maximus antiquar. rerum inuestigator, cuius libri duo de sestertio & ponderib. non minus Italis placuerunt, quàm quinq; illi Budæi eodem tempore conscripti, illud ipsum de semissib. vsuris, & Hermolai errato cognouisse se ait, & vsurar. rationem ante ipsum Hermolaum sciuisse: Pliniíque eundem illum locum, quo Barbarus illa scripsit, in huius rei probationem affert. Plinius ait, L. Opimio Cos. vini amphoræ centenis nummis emptæ, singulas vncias vini singulis nummis venderet quis post 160. annos: & pares fructus cum eo perciperet, qui ex pecunia semisses vsuras acciperet. Quod ita verum est, si Portio & Hermolao demus, octoginta libris amphoram pendere. Sed mihi Agricolæ medici ratio verisimilior videtur, vt non ponderis, sed mensuræ libræ illæ sint. Octoginta itaque libræ, quas amphora capit, duodecies auctæ, nongentas sexaginta vncias habent. eadem summa vsurar. semissium est, centum nummorum post 160. annos, senis scilicet nummis in annos singulos enumeratis. Hæc sunt Accursianor. erroris conuincendi potissima argumenta. Nam addam, quib. iuris ciuilis locis

a d. l. quotiens. C. de susc.

Plin. lib. 14. c. 5. vbi Herm. in sec. cast. Portius lib. 2. de sester.

Geor. Agri. lib. j. de ponderib.

hæc interpretatio conueniat : si modo prius illud scripsero,quod vel me tacente intelligi potest, vti nos assis partib. in vsurar. quantitate enuntianda. Cuius rei ea ratio est, quod cum semisses vsuras dicimus, semissem centesimæ partis vsuram esse significamus:sic quadrantes,trientes,besses,quincunces, cum tantam centesimæ partem vsuræ nomine mensib. singulis præstamus. Quamobrem & Latinis constitutionib. & Græcis non semisses solum vsuræ dicuntur, sed semisses centesimæ, aut dimidia centesimæ pars. Leuissimar. vsurarũ mentio fit à Scæuola lib. 2. Responsor. [a] Præfectus, inquit, legionis ita testamento cauit: Volo vt sit in arbitrio tutorum filij mei,si voluerint huius summæ vncias inferre vsurar. nomine, ita ne nummi dispargantur. Quæro si apparuerit pecunia fœnerata à tutorib. iudicio tutelæ vncias vsuras, an vero eas quas stipulati sunt, præstare debeant?Vncias,aut vt alij scribunt, vnciarias vsuras,Budæus interpretatur,quæ singulos nummos è centenis quotannis efficiunt. Leues quoq; vsuras Vlpianus lib.35. ad edictum, [b] quincunces & trientes appellat. Sunt autem trientes, cum è sorte centũ nummor.quotannis 4.præstantur: quincunces, cum quinq; aut trientes, cum ob 300. singulis mensibus nummus vnus penditur: quincunces, cum ob 248. idem eodem tempore datur. Hæ vsuræ pupillares appellantur. Sed quoniam nihil vtilius existimatur interpretatione tertij capitis ad L. Falcidiam, eius extrema sententia referenda est: Item si reipublicæ in annos singulos legatum sit, cum de lege Falcidia quæratur, Marcellus putat tantum videri legatum, quantum sufficiat sorti ad vsuras trientes eius summę quę legata est, colligendas. Quod ita interpretandum est, vt siue menstruum, siue annuum quid reipub. legetur, vt videri possit, quanti hoc legatum æstimetur: ne hæredi aut ceteris legatariis noceat, si falcidia vsus non est hæres, cum debuerat: aut si vsus est,cum non debuerat quartam deducere,tum æstimatio ea fiet,vt quod mẽstruum aut annuum legatum est, vsura triens esse cẽseatur, & eius æstimatio veluti quædam sors. Fac enim quaterna annua esse legata, eius legati æstimatio est centum nummor. fac totidem legata men-

ta men-

a l.Titium §. præfectus.de adm. & per. tu.

b l.tutor.qui reperto. §. qui autem sint.eo.

l.3.in fine.ad L. Falc. vbi Soci.

ta menstrua, mille & sexcentis nummis æstimabitur. Ioannes Græcus Iurisconsultus apud Viglium [a] his ferè verbis vtitur: Ea quantitas legata videtur, quantam si testator legasset, efficeret post annum trientes vsuras partes legato annuo. Vt si decem aureos legauerit annuos, 250. legasse videtur. huius enim summæ triens vsura est decem. Si vero viginti legata sint annua, quingenta legasse censetur. namq; quingentor. vsura triens est viginti. Hæc ille. Ex quib. apparet, 25. annis tantam quantitatem fieri ex fructib. legati, quanti æstimatum hic est. Æmilius tamen Macer ait [b]: Si rei publicæ vsusfructus legetur, siue simpliciter, siue ad ludos triginta annor. computatio fit. at Caius: [c] Si vsufructus municipib. legetur, centum annos obseruandos esse ait. Iustinianus vero, reditus donationem 15. annor. fructib. æstimat. [d] Sed his de reb. legendus Socinus est. Nos addamus Leonis constitu. [e] centesimę partem tertiam trientes appellari. sed & ab Iustiniano ita semper appellantur: [f] quoniam tertia centesimæ pars, vsuræ nomine mensib. singulis soluitur. Sic quarta centesimæ constit. vlt. de petitione hæreditatis. Nam si quadringentorum quaterna singulis mensib. centesima vsura est, singuli nummi quadrans erit. Paulus lib. singulari de vsuris, [g], hac etiam appellatione vtitur: nisi additum id à Tribonio de suo sit, quod multis locis fecisse credendum est. Quincuncium & semissium vsurar. à Paulo eodem loco fit mentio. [h] item à Scæuola lib. 5. Responsor. [i] Semisses Iustinianus dimidiam centesimę appellat, nobili illa constit. 27. [k] de vsuris, qua quis quanta vsura vti possit, definit. Semisses esse diximus, cum ducentis acceptis singuli nummi mensib. singulis præstantur, quę efficiunt in annum duodecim nummos. Harum multis Digestor. & constitu. locis mentio fit, [l] quoniam ciuiles & modicę hę vsurę esse censebantur, cuius rei Plinius auctor est. Eadem illa Iustiniani constitutione [m] bessium vsurarum mentio fit: quę sunt, cum acceptis centum, post annum octo pręstantur: aut menstrui denarij singuli, si sors 150. sit. Sextantes, septunces, dodrantes, dextantes, deunces vsuras, non memini me in nostris libris vidisse: sed sicubi reperiuntur, eam inter-

a Vigli. ante Theoph. inst.
b l. hereditatum. ad L. Falc. in fin.
c l. si vsufructus. de vsu & vsuf. leg.
d l. si quis argentum. C. de dona.
e l. hæc edictali. §. his illud. C. de sec. nup.
f l. vlt. §. præterea. C. de iure dot. l. vn. §. sin autē. de rei vx. act. l. eos. C. de vsur. Noue. 2. & 22. l. vlt. C. de pet. her.
g l. cum quidam. in fi. de vsu Dig.
h e. l. in pri. & §. fiscus.
i l. creditor. in fin. de soluti.
k l. eos. de vsur.
l l. dominiū. quod iussu. l. qui negotia. in pr. mādа. l. Titius. de præs. ver. l. qui semisses. de vsur. l. j. C. de his quib. vt. ind. l. 2. C. de vsu. rei. iud. l. 3. C. de fisca. vsur. lib. x.
m d. l. eos.

pretationem accipiunt, vt quod vncias id nomen significar, tot nummi annui in centesimam quemq; pendantur. Hæc vsq; ad centesimam vsurar. ratio est: quam arbitror legitimam appellari ab Vlpiano lib. 35. ad edictum. a Maiorumque in Digestis mentio, quod sciam; non sit, propter Iustiniani constitutio. Duæ tamen centesimæ, ad quas ex Gratiani constitutione [b] tenebantur, qui post quattuor menses non soluerent, quod iudicatum erat eos debere: ita ex suprà scriptis intelligendæ sunt, vt quinquagesima singulis mensib. vsuræ nomine præstetur hoc est centum nummis acceptis trigesimo quoq; die bini, anno vertente 24. Has Iustinianus in centesimam conuertit [c] M. Cicero libro quinto & 6. Epistular. ad Atticum, non binas solum, sed quaternas centesimas se Ciciliæ Proconsule Salaminios debuisse refert: tamen translatitio edicto vsum centesimas obseruaturum se, cum anniuersario anatocismo edixisse. Est autem anatocismus, renouatio singulorum annor. vt vsuræ vsurar. debeantur, quod merito Iustinianus fieri vetuit. [d]

De mensuris, & vasis, & pedali mensura. XI.

CVm de asse, & libra, & nummor. diuersitate suprà à nobis scriptum sit: consequens esse videtur, vt de mensuris scribamus. De his enim reb. quæ pondere, numero, mensuráue consistunt, similis in iure ciuili tractatio est. [e] & qui illas res accuratè tractarunt, hæc ipsa diligenter persecuti sunt. [f] ex quor. libris nos quæ ad ius nostrum pertinere videbuntur, eliciemus. Culleus capacissimum mensuræ & vasis genus fuit. vrnas enim quadraginta capere, Columellæ illum de semissib. vsuris locum interpretantes, diximus. in hunc insuebatur parricida, cum cane, gallo gallinaceo, simia, & vipera, simillimis monstro huic feris. [g] ea re eius capacitas indicatur. fuisséque ex corio Theophilus scribit.
"& rhetorum lege illa ficta dicebatur: Qui parentem ne-
"casse iudicatus erit, is obuolutus & obligatus corio, dei-
"ciatur in profluentem. Scæuola lib. 5. Digestor. [h] Ti-

tius

a l. tutor qui repertoriũ. §. pecuniæ. & seq. de adm. & per.
b l. vn. de vsur. rei iudi. 3. in C.Theo.
c l. 2. C. de vsur. rei iudi.
d l. vlt. C. de vsur. l. vlt. C. de vsur. rei iud. vid. Bude. l. nihil interest. de nau. fœ. & li. 1. de Asse.
e l. 2. §. mutui. de reb. cred. l. j. §. j. de obl. & actio. §. constituitur. de vsuf. l. quod sæpe. §. in his. de con. em.
f Bud. li. 5. de Asse. Portius. lib. 2. Alci. li. sing. de ponde & lib. 4. c. 21. disp. Geo. Agric. lib. 1. 2. 3. de pond.
g l. pœna. de l. Pomp. §. alia. de pub. iud. vbi Theoph.
h l. vl. in fine de pigne. act.

tius cum pecuniam mutuam accepit à Caio Seio sub pignore culleorum, istos culleos cum Seius in horreo haberet, missus ex officio annonæ Centurio, culleos ad annonam sustulit. Vlpianus lib. 23. ad Sabinum: [a] Vino legato vtres non debebuntur, nec culleos quidem deberi dico. Dolium mensuræ genus non est: sed vas variæ amplitudinis, vt etiam seriæ & cuppæ. Nam quod Plinius ait, Polypi caput dolij magnitudine amphorar. quindecim capax: non significat eam esse dolij definitam mensuram, sed magnitudinem polypi ostendit. Vlpianus eodem illo libro: [b] In doliis non puto verum, vt vino legato & dolia debeantur, maxime si depressa in cella vinaria fuerint, aut ea sunt quæ per magnitudinem difficile mouentur. In cuppis autem, siue cuppulis puto, admittendum est eas deberi: nisi pari modo immobilis in agro, velut instrumentum agri, erant. Hæc in vasis vinariis non sunt.[c] sed Iulianus ait lib. 6 ex Minicio, [d] dolia & serias tamdiu in ea causa esse, quamdiu vinum haberent. nam ad alium vsum transferri possent, veluti si frumentum in his addatur. Sed frequentius est, vt de vinariis doliis & seriis iurisconsulti tractent. [e] Cadus amphora Attica à Palæmone dicitur, ab aliis metreta, aut ceramium: capit vrnas tres. Metretæ mentio fit à Caio lib. 10. ad edictum: [f] Quod si, inquit, vinum ita venierit, vt in singulas amphoras, item oleum, vt in singulas metretas, item frumentum, vt in singulos modios, item argentum, vt in singulas libras certum pretium diceretur. & postea: Sed & si ex doleario pars vini venierit, veluti metretæ centum. sed animaduertendum est, Florent. singulos metretas ter scriptum fuisse: sic enim a Græcis ὁ μετρητὴς dicitur, quod emendatum est ob Latinæ linguæ vsum. At cadi multis locis mentio fit, sed vinarij. [g] Amphora quæ quadrantal quoque dicitur, duas vrnas capit. huius capacitas vnius pedis quadrati esse dicitur, cubi figura. sic enim Palæmon ait: hoc est, vt pedem lata, longa, atq; alta sit: à qua figura ceterar. mensurar. capacitas cognoscetur. Hæc enim vicesima pars cullei est. sesquiamphoram vero cadus capit. Cæteras mensuras Mæcianus persequitur his verbis: Quadran-

a l. 3. in fine. de trit. vino.

b d. l. 3.

c l. vinum cum vasis. e. titu.

d l. vinaria. de verb. sig.

e l. cui vinũ. l. si heres. quod tri. 6. l. 3. in fin. de penu. leg. l. 1. de per. & cõ.

f l. quod sæpe. §. in his. de cõt. emp.

g d. l. cui vinum. l. vino. l. vinũ de tri. vino.

„ tal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet vrnas
„ duas, modios tres, semodios sex, congios octo, sextarios 48. heminas 96. quartarios 192. cyathos 576. Pedem vero sexdecim digitorum, ne quis vulgarem existimet, intelligere opus est. Huius mensuræ mentio frequens apud nostros. Illa animaduertenda, apud Labeonem [a] de naui duum milium amphorarum. Eiusdem capacitatis in Lentuli ad Senatum literis Budæus interpretatur 90. aut paulo amplius tonellorũ: hoc enim nomine nautæ in simili re vtuntur. Tertia parte minores illæ naues sunt constitutione Theodosij, [b] quæ duum millium modior. capaces esse dicuntur. Mul-
„ to illa amplissima est apud Scæuolam libro 7. Dige-
„ stor. [c] Nauem conduxit, vt de prouincia Cyrenensi
„ Aquileiam nauigaret, olei metretis trib. milib. impositis, & frumenti modiis octo milib. Illud etiam sciendum est, in amphoras & cados non vsus perpetui causa vina diffundi, vt in dolia, sed tãtisper dum vsus comprobaretur. [d] Vendi enim & legari solebant cum ipsis cadis & amphoris. Sed & si vinum legetur, hæc vasa ac-
„ cedunt. quia credibile est, inquit Vlpianus. [e] mentem
„ testantis eam esse, vt voluerit accessioni esse vino am-
„ phoras. & sic, inquit, loquimur, habere nos amphoras
„ mille, ad mensuram vini referentes. Et licet vinarium vas esse amphora videatur, [f] tamen non esse Iulianus ait, [g] nisi dum vinum habet: quia aliud in his addi possit. Ab amphora amphorarium vinum dicitur à Proculo lib. 3. ex posteriorib. Labeonis: [h] & vrnalia vasa ab vrna, congiaria à congio dicta sunt. Paulus lib. 4. ad Sa-
„ binum, [i] Sed videndum ne inter instrumentum ta-
„ bernæ cauponæ, & instrumentum cauponæ sit discri-
„ men: vt tabernæ, non nisi loci instrumenta sint, vt do-
„ lia, vasa, ancones, & calices, & trullæ, quæ circa cœnam
„ solent traici, item vrnæ æreæ, & congiaria, sextaria, &
„ similia: cauponæ autem, cum negotiationis nomen sit,
„ etiam institores. Ita autem hæc Pauli verba scribere oportet, vt in Tusco libro sunt. Amphora, vt Mæcianus ait, capit vrnas duas, congios octo, sextarios 48. à quibus mensuris illa vasa cognosces. sextarius à sexta congij parte dicitur, vt quartarius à quarta sextarij. Sed

a l. vlt. in fi. de L. Rhodia.

b l. iubemus. C. de sacro. eccle. l. ij. C. de naui. non excu. lib. xj.

c l. colonus. §. j. loca.

d l. vino l. vinũ. de trit. vino.

e l. 3. eo.

f l. ij. l. cum certus. l. cui vinum. eo.

g l. vinaria. de ver. sign.

h l. vlt. de trit.

i l. tabernæ. de instru.

Sed quod de trulla circa cœnam ſcriptum eſt, nemo miretur. mentio enim fit apud Ciceronem in Verrina illa oratione de ſignis, Trullæ vinariꝫ ex gemma cum aureo manubrio. Horatius in ſermonib.

Qui Veientanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla.

Sed & noſtri argenteas trullas inter vaſa non ſordida enumerant. a Modius, vt antea ſcriptum eſt, eſt tertia amphoræ pars. eius mentio in Digeſtis multa, quoties de re frumentaria agitur. [b] item in conſtitutionibus. [c] quibus modiatio dicitur, ipſa frumenti penſitatio. [d] Soluebatur autem frumenti quinquageſima, ordei quadrageſima, vini & lardi viceſima. [e] De ſextario dictum eſt, ſextam eſſe congij partem. vtrunque vini vas eſt, aut liquentium rerum. [f] Hæc de eiuſmodi menſuris, quarum mentio in iure fit. Ceteras alij tractent, quibus illam vnciarum controuerſiam relinquo. Pedis tamen mentione admoniti, & menſuræ nomine, illud ad extremum addamus de alio genere menſurarum quod non minus frequens in iure eſt. Pes habet palmos quatuor, vt Frontinus ſcribit, vncias duodecim, digitos ſexdecim. Paſſus pedes habet quinque, vt Columella ait libro quinto de re ruſtica. Actus quadratus vndique finitur pedibus 120. quod duplicatum, facit iugerum longitudine pedum 240. latitudine 120. Stadium habet paſſus 125. octaua miliarij pars. Centuria initiò centum iugerum modus erat, poſtea ducentor. Pedum mentio multa in iure: vt de via cuius latitudo ex lege 12. Tabularum in porrectum octo pedes habet, in amfractum vbi flexum eſt ſexdecim. [g] Item illa Solonis lege de interuallo arborum, & edificiorum ab alienis ſub titulo finium regundor. [h] in qua neſcio qua de cauſa Alciatus noſter ſcriptum eſſe Florentiæ ait, τὰ δὲ ἄλλα δένδρεα δύο πόδας cum non δύο ſed πέντε ſit. vt apud Plutarchum in Solonis, & Conſtantinum libro ſecundo titulo quarto. Eodem loco de Orgya dicitur, quæ habet pedes ſex, vt Herodotus ait. [k] ad legem Solonis pertinent duæ conſtitut. [l] ſub titulo de aquæductu. & quæ Frontinus libro ſecundo de aquæductibus ſcribit. De paſſibus multa referri poſſunt, quæ ad miliaria

a l. cum aurũ. §. argento. l. Seiæ. de aur. arg. le. l. de ſup. le.
b l. quidam. de tritico. l. Paulus. de ver. ſig. l. ſtipulationum quædam. l. vbi autem. de verb. obl.
c l. modios. C. de ſuſce. præ. & arc. lib. x. l. vltim. de fru. Ale. l. v. l. de an. ciui. No. 130.
d l. vlt C. de naufr. li. xj. l. vlt. de anno. ciui.
e d. l. modios. Theoph. §. conſtituitur. de vſufr.
g l. viæ. de ſer. præ. ruſ.
h l. vit. fin. reg.
i Alciat. l. quinq; pedũ C. ſi. reg. & ſi. libr. ij. cap. 6. diſpu.
k Bud. l. vlt. ſi men. fal. mo. di.
l l. j. & l. omnis. de aquæ. li. 11.

h

quoq; pertinerent:[a] item de iugeribus vt sub titulo de censib.[b] & de contrahenda emptione[c], atque aliis locis. Stadium apud Marcianum reperitur [d], vnde Iustinianus acceperit. Sed nos immensum spatiis confecimus æquor. Quamobrem hæc satis sint.

a l.3.l.mille. de verb.sign. l. scire oportet.de excus. l.j. de off. P. V.
b l.forma.de censib.
c l. qui fundum.§.qui agrum.de cō. em.
d l.in tãtum. de diuis.rer. inst. e.§.vniuersitatis. ad de l. ciuitatib. de legat. primo.

ANTONII AVGVSTINI EMENDATIONVM, ET OPINIONVM, Liber Tertius, ad MICHAELEM MAIVM.



Abuit hoc Mai multorum seculorum serie Hetruria, vt ab aliis regionibus nescio qua religione eius res habeantur Augustæ. Quis enim ignorat aruspicum & augurum di- 2
sciplinam, sine quibus neque leges ferre, neque comitia habere, neque prælium inire, Romana respublic. poterat, totam Ethruscorum fuisse? quis veterem illam Ethruscam linguam non maxima veneratione coluit, quippe quæ à primis illis Assyriis, à quibus Italia habitari cepta est, relicta esse videbatur? His vero temporibus omitto quantum Tuscor. linguæ & libris Itali omnes honoris deferant: ingeniis certe præstare eius soli homines existimantur. Huc accessit, quod ob Medicæ illustrissimæ 3
familię liberalitatem, alti sunt omnes penè qui patrum & auorum memoria docti habiti sunt. Græca quoque lingua ab eadem seruata est, Græcorum librorum multis & ingentib. bibliothecis comparatis. qua diligentia sunt in vetustissimis quibusque latinis libris quærendis vsi: vt nemo sit cuiuscunque disciplinæ studiosus, qui se non multum Tuscis aut libris, aut hominibus debere fateatur. Nostrum quidem certe ius vtrisque per multa, atq: adeò omnia recepta ferre oportet. Vt enim interpretes omnes iuris enumeres, non facile quē-

quam

quam Battolo, Accursio, Dino, Cyno, Angelo, Baldo præferas. Sed multo maximum beneficium est, quod ab insigni illo Pandectarum monumento accepit, sine quib. non manca, sed nulla pene erat nostra disciplina. Nam vt demus ex eo libro ceteros ortos non esse, quod falsum esse antea scripsimus, sed fingamus nullum initium extare horum librorum quod in constitutionum codice molestissime ferimus, quam magnis in tenebris versaremur? Quid enim facilius improbissimo & impudentissimo cuique esset, quam quod fieri cœptum erat, tribus litteris mutatis negans verbum aut addere, aut auferre? Sed & cetera verba, quis repugnaret, quo minus arbitratu suo mutarent: cum horum librorum thesauris in Herturia conseruatis, neminē non audete videamus in his libris, quib. omnium gentium gubernacula reguntur, quod in plebeis vulgarib. audere religio est? Maximas igitur gratias agere Cosmo Medici Duci oportet, qui in maiorum suorum institutis perseuerās, nostram scientiam tam præclare iuuat, vt reprehendere videatur suorum ciuium auaritiam, qui tales libros absolescere & oblitterari paterenter. Multū Lęlio Taurello nostro debetur, qui hoc vnum curat, vt in omniū manus venire possint. quem ego optimum virum, iuris & bonarum litterarum peritissimum locupletem nostrar. Emendationum testem appello. Cuius libris qui aut cum his, aut eodem tempore edentur, hos volo indices non satis plenos existimari. Tertiam itaq; partem nostrar. emendationum atq; opinionum aggrediamur, qua syluam quandam non iniucundam, vt arbitror, locor. mendosorum ostendam, quæ mendis illor. libror. ope ablatis, quasi veprib. quibusdam & dumetis asperis, faciles & suaues aditus habere videatur.

De titulis & capitib. quæ aut scribenda non sunt, aut non suo loco scribuntur. I.

SCriptum à nobis lib. 1. est, ex Florentinis Pandectis ceteros libros manasse, duor. librariorum errore deprehenso cognitum fuisse. alter enim multa capita prę-

poſtere ſub titulo De diuerſis regulis iuris antiqui conglutinauit: alter titulum De ventre in poſſeſſionem mittendo,& quæ ſub eo titulo ſcribuntur,ante titulum De coniungendis cum emancipato liberis,cum contrà fieri oportuiſſet, ſcripſit. Qui errores cum in omnibus libris ſint, eandem eſſe omnium originem oſtendunt. Quæ cum ita ſe habeant, ad horum librorum ſcripturã cæteros emendandos eſſe fateamur. neceſſe eſt itaque, quoniam optima emendationum genera perſequimur, de titulis quibuſdam & de capitib.quæ illic ſcripta non ſunt, aut quæ præpoſtere vulgo ſcribuntur, videamus. & initio tertium illor.libror.auctoritatis argumentum ſcribamus,Lib.41. Digeſtorum, titulus quartus Pro ſoluto in omnib.libris ſcribitur:is neque in indice, neque poſt tractatũ de vſucapionib.eſt. ſed quatuor illa capita, quæ ſub eo titulo ſcribuntur, ſub titulo de vſurpationib.& vſucapionib.ita enim vſucapionum tractatus inſcribitur, poſt cetera.quæ in omnib.libris ſunt reperiuntur.& ſanè neq; ſecundo.neq; vltimo capite[a] ſoluti mentio fit:titulumque ipſum interpres generalem eſſe exiſtimant, quo ſolo nõ facile putant vſucapionem locum habere. Eſt itaque rubrica pro ſoluto delenda, & Hermogeniani primum caput 47. appellandum eor. quæ ſub titulo de vſurpationib. ſunt.& deinceps cetera. Ea vero ratio eſt, vt hic error omnes libros inuaſerit: quod in Florẽtini libri margine duo hæc verba pro ſoluto, hac eadem nota quæ ſcriptorem non antiquiſſimum fuiſſe arguit,ſcripta ſunt.Eiuſdem ſcriptoris manum alіis quoque locis agnouimus: cuius imperitiæ teſtimonium, niſi res non parua ageretur,indignum eſſe exiſtimarem,cuius mentio ab aliquo fieret.nam non vno in loco ab eodem (vt opinor) ſcriptum eſſe vidi eadem nota, probatio pinne ſi bona, quibus verbis nihil ineptius dici poteſt. Item aliis actionum nomina quar. mentio ab iureconſultis fieret,eodem modo minutis quibuſdam notis adſcripta:[b] quod cauſam dedit, vt eadem hæc. Pro ſoluto, verba tituli eſſe crederentur, præſertim cum Hermogeniani verba ad eum titulum pertinere viderentur. Similis error eſt, cuius tamen auctorem ignoramus, libr. 42. titulo vt exiſtimatur,

a l.ij.l.vltim. pro ſoluto.

b ſub titul. mand. c. 12.

matur, ſexto, De priuilegiis creditorum, qui Florentię non eſt.ea enim omnia capita,quæ ſub eo titulo eſſe exiſtimantur, ſunt ſub quinto titulo De reb.auctoritate iudicis poſſidendis,& ſextus eſt de ſeparationib.neq; is in titulor.indice eſt.Credendum eſt hunc errorem ex ſimili occaſione manaſſe.nam cum multis capitibus de priuilegiis agi aliquis vidiſſet,addidit id fortaſſe,vt memoria facilius eum quaſi communem priuilegior.locum teneret.Erratum etiam in omnib.libris eſt, libro 43. titulo. 10. vulgo enim ſcribebatur rubrica de via publica & itinere publico reficiendo: quam Haloander ita mutauit, De via publica & ſi quid in ea factum eſſe dicatur,& de ea ex edicto ædilium curulium à ſingulis reficienda.Sub his titulis quatuor capita ſcribuntur,Vlpiani,Iauoleni, Papiniani Græcum, aut Piſis verſum caput, &/Pauli. Sed in Florentino libr. titulus 10. eſt, De via publica, & ſi quid in ea factum eſſe dicatur: Sub eo Græcum tãtum Papiniani caput eſt.Deinde ſub 11.titulo De via publica & itinere publico reficiendo, Vlpiani, Iauoleni, & Pauli capita.Huius erroris originem fuiſſe arbitror, quòd qui Græcè non nouerant, Latina capita deſcripſerunt: cætera verſa poſtea Piſis ſunt. ſed minime diligentes viri, non ſuo loco illam Papiniani non optimam interpretationem addiderunt: & ipſum titulum, ſub quo ſcripta fuit, deſcribere ſunt obliti. Quod etiam Ludouico Bononienſi accidit, qui Græca quidem verba deſcribenda curauit ex Politiani libro: eum tamen titulum quem Politianus Græcis verbis ſubiecerat, item ordinis præpoſteri notas non exſcripſit. & hæc cauſa eſt, cur Noricus liber hac in re mendoſus ſit. eſt enim Haloander Ludouici libris, qui in Dominici Bononiæ maxima religione ſeruantur, vſus.Aliquam huic errori, de quo agimus, cauſam dedit titulorum index, qui in illis libris eſt decimo illo titulo mancus. Sed non id ſolum erratum eſt: habet alia maiora, quæ aut ego aliquando, aut alij indicabunt. Hæc in omnibus libris mendoſa ſunt. In Norico vero aut ſolo, aut cum paucis, libro ſecundo Digeſtorum, non recte ſcriptus eſt poſt titulum De in ius vocando,titulus ille In ius vocati vt eant, vel ſa-

tis dent: & poſtea, Si quis in ius vocatus non ierit, ſi-
ue per eum cauerit, per quem ex edicto non debuit.
Sunt enim ſcripti præpoſterè, & aliis verbis ſcriben-
di. Itaque Florentiæ eſt, vt in veteribus libris, titulus
quartus De in ius vocando: quintus, Si quis in ius voca-
tus non ierit, ſiue quis eum vocauerit, quem ex edicto
non debuerit. at ſextus, In ius vocati vt eant, aut ſatis
vel cautum dent. Huius varietatis cauſam ignoro. Ad
capita veniamus. & principiò, quæ Florentiæ non ſunt,
deinde quæ præpoſterè in Noricis libris ſunt, conſcri-
bamus. His adſcribam, quæ capita coniungenda, quæ
ſeparanda in eiſdem libris ſunt. Et initio delendum
eſſe cenſeo quartum caput de rebus dubiis, [a] quod in
Tuſcis Pandectis non eſſe Accurſius & Haloander te-
ſtantur. eius verba hæc eſſe exiſtimantur: Paulus re-
ſpondit, id quod conditionis implendæ cauſa dandum
eſt, ſine dubio certis & incertis perſonis dari debere, vt
fideicommiſſi petitio poſſit competere. Quæ verba
in hunc locum irrepſiſſe puto ex alicuius interpretis
exceptione, quæ ad quintum caput [b] adſcribebatur. 2
eius enim verba Florentiæ ſunt hæc: Idem (ſignifica-
tur autem Paulus cuius tertium caput eſt) libro 19.
„Reſponſorum. Paulus reſpondit. Cum nomen fidei-
„commiſſarij teſtamento adſcriptum non ſit, nulli per-
„ſonæ neque certæ neque incertæ datum fideicommiſ-
„ſum videri, indubitatum eſt. Sumitur autem illius ex-
„ceptionis ſententia ex 21. & 22. capite de ſtatu liberis, [c]
vt Caſtrenſis Paulus notat. Item 39. caput de furtis, [d]
Florentiæ non eſt. eius verba in Norico hæc ſunt: Vl-
pianus, Si filius ſubreptus ſit, patrem habere furti actio- 3
nem. palàm eſt. Sed eodem modo irrepſerunt, quòd al-
tero capite, quòd Haloander antè, ceteri pòſt ſcripſe-
runt: [e] Paulus libro 9. ad Sabinum ſcribit. Mater fi-
„lij ſubrepti furti actionem non habet. His Pauli ver-
„bis illa adiecta ſunt ex 14. capite, [f] in quo Florentiæ
„ita ſcribitur: Si filiusfamilias ſubreptus ſit, patrem ha-
„bere furti actionem palàm eſt. Delendum igitur illud
caput, & 39 exiſtimandum eſt, quod ei proximum Ha-
loander ſcripſit. [g] Similis error eſt 18 capite de diuer-
ſis regulis iuris. [h] Illa enim verba, quæ in multis li-
bris

a l. Paulus. reſp id quod de reb. dub.

b l. Paulus reſp. cū nomen. eod.

c l. Labeo. §. & ſi quæretur. l. qui pecuniam de ſtatu lib.

d l. ſi filius. de furtis.

e l. mater: e.

f l. eum qui emit. §. ſi filius fa. eod.

g l. verū eſt e.

h l. quæ legata. l ſi filius. de diu. reg. iur.

bris vt separatum caput, in Norico vt alterius pars habentur, vel Accursio teste ex 78. de verbor. obligatio-" nibus a sumpta sunt. ita enim illic scribitur: Paulus li-" bro 62. ad edictum. Si filius familias sub conditione" stipulatus emancipatus fuerit, deinde exstiterit con-" ditio, patri actio competit: quia in stipulationib. id" tempus spectatur, quo contrahimus. Quæ ad 18. caput adscripta sunt, quòd eiusdem argumenti esset. Sic etiam capiti 17. ad legem Aquiliam [b] addita sententia quædam est ex 54. capite. [c] Florentiæ enim hæc verba non sunt, vt Haloander notat: Si coniunctim duob. legetur Stichus, & alter eorum occisum repudiauerit, puto coniunctum solum posse Aquilia agere, quia retro adcreuisse dominium ei videtur. Quæ si auferantur, eleganter septimum decimum octauodecimo [d] cōiungetur. Adde caput 43. de vulgari. [e] in quo illa verba, quæ ab Haloandro notantur, delenda sunt. neq. enim ea Tuscus liber habet. Sunt autem hæc: Aliter si eiusdem ætatis liberi instituti, inuicemq. substituti fuissent. Tunc enim altero defuncto intra pubertatem, eius successio non ad matrem, sed ad substitutum fratrem eius deuoluitur. Sed hæc sententia ex proximi responsi ratione elici videbatur: quamquam his de reb. Accursiani ingentes aceruos chartarum scripserunt. [f] Illud vero nescio quomodo factum est, vt extremum Digestor. caput desideretur. [g] quamquam eius inscriptio extat quidem hæc: Paulus libro sexagensimo nono ad edictum. Sed cetera verba excisa sunt. Omnium tamen libror. consensus recepit vt scriberetur: Seruus reipublicæ causa abesse non potest. quod arbitror veteres integram eam paginam habuisse. idq. verisimile est ex 7. capite, si quib. cautionibus [h] quod" Accursius refert. Id Florentiæ ita scriptum est: Pau-" lus libro 69. ad edictum. Si quis seruum in iudi-" cio sisti promiserit, vel alium, qui in aliena potesta-" te est, iisdem exceptionibus vtitur, quibus si pro li-" bero vel patrefamilias fideiussit, præterquam si reipu-" blicæ causa abesse diceretur seruus. nam seruus reipu-" blicæ causa abesse non potest. Quod caput non recte" Haloander edidit. Nunc ad cetera errorum genera

a l. si filius familias. de ver. obl.

b l. si dominus seruum ad L. Aqu.

c l. Titio. & seqq. eo.

d l. sed & si- is. eod.

e l. Lucius Titius. de vulga.

f Doc. l. iam hoc iure. de vul. l. precib. de imp.

g l. vlt. de diu. reg. iur.

h l. si quis seruū. si quis cautio.

veniamus: quæ nos ordine Digestorum seruato referemus. Sub titulo de pactis caput 14. ita scribendum:[a] Vl-
„ pianus libro quarto ad edictum. Item magistri socie-
„ tatium pactum & prodesse & obesse constat. 15. ita : [b]
„ Paulus libro tertio ad edictum. Tutoris quoq; vt scri-
„ bit Iulianus, pactum pupillo prodest. Nam Haloander
& in ordine & in inscriptionib. errat. Sed & Florentiæ
non recte, vt opinor, 13. caput [c] Vlpianus libro tertio,
ad edictum adscribitur: sed existimo Pauli esse, vt alij
habent. At 53. capite duo capita coniuncta sunt. [d] Est e-
nim alterius Florentiæ initium illis verbis: Scæuola a-
pud Iulianum libro vicensimo secundo digestorum
" notat. Sic enim scribitur. non libro 32. vt in Norico,
" sub titulo de seruitutib. caput 7. hoc est: Vlpianus libro
13. ad legem Iuliam & Papiam. Ius cloacæ mittendę ser-
„ uitus est. 8. hoc, [f] Paulus libro 15. ad Plautium. Vt po-
„ mum decerpere liceat, & vt spatiari, & vt cœnare in a-
„ lieno possimus,* seruitus imponi non potest. Haloander hæc capita præpostere edidit. Illud aduersus omniũ
librorum scripturam Florentiæ est, vt quod extremum
caput sub eodem illo titulo esse existimatur. [g] illic primum sit sub titulo de seruitutib. prædiorum vrbanor.
quod Accursius significat. Sed sub titulo de in rem verso capit. 13. & 14. nimis audacem se Haloander ostendit. eorum enim verba subscribam, quæ non multum
ab ea scriptura, quæ ante Noricos libros fuerat, differt.
Caput itaque 13. ita scribitur : [h] Vlpianus libro 29. ad
„ edictum. Si in rem * alterius ex dominis versum sit,
„ vtrum is solus, in cuius rem versum est, an & socius
„ possit conueniri, quæritur? & Iulianus scribit eum so-
„ lum conueniri, in cuius rem versum est, sicuti cum solus
„ iussit. quam sententiam puto veram. Huic Vlpiani sen-
„ tentiæ addit Tribonianus, quæ Marcellus & Paulus a-
„ pud Iulianum in eo libro, quem is retulerat, notauerãt,
„ quæ 14. caput his verbis conficiunt:[i] Iuliani libro vnde-
„ cimo Digestorum Marcellus notat. aut si mauis quod
„ initio scriptum est, Iulianus libro vndecimo Dige-
„ stor. Marcellus notat. interdum & propter hoc, quod in
„ rem alterius socij versum est, de in rem verso cum alte-
„ ro agi potest: qui conuentus à socio petere potest id, in
quo

a l. item magistri. de pac.
b l. tutoris. eod.
c l. sed si tantum eo.
d l. si sumptus.
l. si pactus. eod.
e l. ius cloacæ de seruitu.
f l. vt pomũ. eo.
* Fl. possumus.
g l. vlt. eo. inci. si intercedat.
h l. si in re. de in rem verso.
* re, Fl.
i l. interdũ. aliàs inci. Marcellus, eod.

quo damnatus fuerit. quid enim dicemus, si peculium seruo ab altero ademptum fuerit? Paulus: Ergo hæc quæstio ita procedit, si de peculio agi non potest. Haloander hæc duo capita non recte separauit in Pauli nomine, additque libro 30. ad edictum: & fecit, vt Marcellus ab Vlpiano referretur. Sub titulo de compensationib. sextum caput ita scriptum est.[a] Vlpianus libro 30. ad Sabinum. Etiam quod natura debetur, venit in compensationem. Septimi initium est hoc:[b] Idem li. “ 28. ad edictum. Quod in diem debetur, non compensabitur antè, quàm dies veniat, quamquam dari opor- “ teat. in Norico libro non in ordine solum, vt in ceteris, “ sed & in inscriptionib. est erratum. Alio erroris genere sub titulo de præscriptis verbis erratur, cap. 18.[c] neque enim id separandum à 17. est.[d] Sed post illa verba, Actio autem ex hac causa vtique erit præscriptis verbis: “ scribendum est, Papinianus libro octauo Quæstionum “ scripsit, Si rem tibi inspiciendam dedi, & cetera. delenda autem illa inscriptio est: Idem libro 30. ad edictum. quæ in Norico est. Non minor Haloandri error est sub titulo de pignorib. ca. 35.[e] vt ipse scripsit, hac inscriptione, Idem (est autem Scæuola) libro primo Quæstionum δανεισάμενος & cetera. Nam Florentiæ, vt in multis libris scribebatur, 34. capiti illa adscribuntur, in hũc modum: Idem quæsiit, cum epistula talis emissa sit, δανεισάμενος, &c. Epistulæ autem verba in Haloandri libro melius, quàm in Alciati scribuntur.[f] & ob id melius interpretatus is est, nisi quod ὡς εὐσχήμονι ἀνδρὶ αὐτῷ ἐπιστεύσας, tanquam honesto viro fidem adhibendam duxisti. melius præceptor meus, quàm ille honesto & graui homini, vertit. Sub titulo, qui petant tutores, caput tertium[g] Haloander Modestino lib. tertio excusationum inscripsit: sed Florentiæ nulla inscriptio aut separatio est. Sed secundo capiti, quod in multa à multis diuiditur, coniungitur. Diuisionum autem causa est, quòd cum Græcum illud caput sit, quædam latinè referuntur: & vt vtriusque linguæ sententias separarent, ex vno capite hydram quandam quinq. capitum fecerunt. Sed ea de re nos accuratius libro singulari ad Modestinum scripsimus, Contrà verò separandum est sub

a l. etiam. de compen.

b l. quod in diem. eo.

c l. si rem. tibi. de præsc. ver.

d l. si gratuitam. e.

e l. cùm tabernam. §. idem quæsiit. de pigno.

f Alci. lib. 2. cap. 17. dispu.

g l. qui qualitercunque qui petāt tuto.

titulo de administratione & periculo tutorum, quod in calce tertij capitis scribitur: Vel in partes, vel in regiones. & ita scribendum quartum caput, [a] vt in aliquib. libris est: Idem (est autem Vlpianus) libro nono ad edictum. Vel in partes, vel in regiones. & si ita fuerit „ diuisa, vnusquisque exceptione summouebitur pro ea „ parte vel regione, quam non administrat. Deinde „ quintum sit eiusdem libro 35. ad edictum. Ita autem: „ & quæ postea. Sub titulo vero, quod falso tutore au- „ ctore, quartum caput est. [b] Paulus libro 22. ad edi- „ ctum: Minori viginti quinq; annis succurritur, etiam si „ scierit. quintum vero hoc: [c] Vlpianus libro 12. ad edi- „ ctum, Interdum tamen & si scientia noceat, tamen re- „ stitutio facienda erit, si à prætore compulsus est ad iu- „ dicium accipiendum. Hac in re, in ordine Haloander errat. Sub titulo de heredib. instituendis tria capita coniunxit: [d] vel, vt opinor, quatuor. Sed Florentiæ tria sunt. primum Iuliani lib. 30. Digestor. qui filio impuberi, &c. alterum Marciani libro secundo Regularum, id est partem dimidiam serui, & quartam hereditatis. tertium Iuliani lib. 30. Digestor. si pater familias, & cetera. Ego vero arbitror, secundum „ in duo esse separandum. Illa enim verba, Libro trigen- „ simo Digestorum Iuliani, Marcellus notat, immo & „ debet: non Marciani esse videntur, sed Triboniani, „ qui relatis Iuliani verbis, addidit Martiani declaratio- „ nem, & Marcelli. notan. estq. in eodem genere Florentiæ sæpius erratum. vt cum cap. 62. de adquirenda vel omittenda hæreditate dicitur: [e] In lib. singulari Pomponij regular. Marcellus notat, quæ verba iure separata ab Haloandro sunt. Idem sub titulo de liberali causa multis capitib. quæ recte in omnib. libris sunt separata. Tria quoque capita sub titulo de vulgari, Haloander coniunxit: [f] quæ Florentiæ ita scripta sunt, vt 8. Vlpiani sit, libro quarto ad Sabinum, Qui liberis, & cetera. nonum Labeonis libro primo Posteriorum à Iauoleno epitomatorum, Si pater filio impuberi. Pro quo Haloander, Labeo quoque scribit, edidit. 10. Vlpiani eodem illo libro quarto ad Sabinum: Sed si plures sint, &c. Sub titulo de adquirenda vel

[a] l. vel in partes. de adm. & per.

[b] l. minori. quod falso. tut. au.

[c] l. interdũ. e.

[d] l. qui filio. l. id est. partem. l. si pater fa. de her. insti.

[e] l. Antistius. §. vlt. de adq. vel om. her.

[f] l. qui liberis. l. si pater. l. sed si plures. de vulgari.

vel omittenda hereditate, 60.[a] caput est Iauoleni libro primo ex posterioribus Labeonis, ad cuius calcem dicitur: Paulus. & Proculus Labeonis sententiam improbat, & in Iauoleni sententia est. Quæ verba Pauli sunt, notas ad Labeonem & Iauolenum adicientis. quod alij ignorantes scribunt. Paulus & Proculus Labeonis sententiam improbant, & in Iauoleni sententia sunt. Haloander, Et in Iauoleni sententia est Marcellus. Sed nomen iurisconsulti 61. capitis est[b], ita enim id Florentiæ exorditur: Macer libro primo de officio Præsidis. Si minor annis, & cetera. & Haloander ipse notat, alios id caput in duo diuidere. Florentiæ tamen non recte in Pauli nomine alterius capitis initium fit. Illud eodem pacto mendosum est, cap. 58. de legatis. Duo enim capita[c] non belle Haloander coniunxit, Papinianum Vlpiano respondentem inducens. Sed quoniam idem & Accursius de illorum capitum scriptura dubitant, Tuscar. Pandectar. verba infra scripta sunt: Papinianus libro nono Responsor. Domos hereditarias exustas, & heredis nummis extructas, ex causa fideicommissi post mortem heredis restituendas, viri boni arbitratu sumptuum rationib. deductis, & ædificiorum ætatib. examinatis respondi. Deinde altero capite: Vlpianus libro 33. ad edictum. Si modo nulla culpa eius incendium contigisset. & postea alio capite[d]: Iulianus libro 39. Digestor. Quod si nulla retentione facta domum tradidisset, incerti condictio ei competet, quasi plus debito soluerit est autem Retentione scribendum, non ratione, & si vtrumque Florentiæ sit. Cum enim illud scriptum fuisset, emendare aliquis visus est, verbum ratione supra illud scribens: vnde id verbum ad cæteros libros manauit. Sub eodem titulo tria capita coniuncta sunt,[e] ita scribenda, vt 79. caput (hic enim numerus efficitur, si ad Norici libri ordinem vnum illud, de quo antea scriptum est, adieceris) his verbis scribatur: Iulianus libro quinto Digestorum: Si quis testamento Titio & Seio decem dari iusserit, nullam hæc verba recipiunt ambiguitatem: vt dena dixisse videatur, qui decem dixit. quod caput non recte ab Accursio & Bartolo acceptum

[a] l. filium emancipatum. de acq. vel om. her.

[b] l. si minor. eod.

[c] l. domus. l. si modo. de leg. j.

[d] l. quod si nulla. eo.

[e] l. si quis. testamento. & §. 1. & l. si fundum. eo.

eſt, vt dena ſemper viginti ſignificent, quod libro 2. à nobis reprehenſum eſt: [a] ſignificant enim dena, quod ignorat hodie nemo, ſingulis decem. 80. autem caput
» hoc erit: Apud Iulianum libro trigeſimo ſecundo Di-
» geſtor. Marcellus notat. Is qui ſola triginta relinque-
» rat, Titio triginta legauit. Seio viginti, Mæuio decem.
» Maſſurius Sabinus probat, Titium quindecim, Seium
» decem, Mæuium quinque conſecuturos: ita tamen,
» vt ex his pro rata portionis Falcidiæ ſatisfiat. 81. ini-
» tium hoc: Iulianus libro xxxij. Digeſtor. Sub conditione legatum, & cetera. At libro 2. de Legatis, in omnib. ferè libris ex vno capite duo facta ſunt. [b] quod enim in Norico libro eſt. xxxiij. [c] Florentiæ proximo ſuperiori coniungitur: quoniam, vt exiſtimo, ſeparare voluerunt duas illas ſententias, quæ à ſimilibus verbis inciperent, item quod in Norico 52. eſt, [d] & Paulo adſcribitur, cum ſuperiore [e] coniungitur Florentię, neq; Pauli nomen interponitur. qua ratione fit, vt quod Haloander 53. [f] ſcripſit: 51. fiat. Libro vero tertio de legatis caput 29. [g] Labeonis eſt libro 2. Poſterior. à Iauoleno epitomator. licet Haloander Iauoleno libro iij. adſcribat. eius capitis
„ finis eſt illis verbis: Tuberonis ſententiam voluntati
„ defuncti magis puto conuenire. Aliud deinde caput
„ ita exorditur: [h] Item libro ſecundo Poſteriorum à Ia-
„ uoleno epitomator. Qui quatuor pocula oleaginea habebat. & cetera. Sed & 34. caput [i] Norici libri, ad finem aliud caput habet adiectum. qui error cum aliis libris, Florentino excepto, communis eſt. Id vero 36. Florentiæ eſt, & ita ſcribitur: Apud Scæuolam libro octauo
» decimo Digeſtorum Claudius notat. Nec fideicõmiſ-
» ſa ab inteſtato data, & quæ poſtea ſequuntur. Eſt autem omnium libror. maxima in his numeris & diuiſionib. varietas, propterea quod in Florentinis libris neq; numeri hi adſcripti ſunt, neque recte ſemper capita ſeparata. Huc acceſſit ceteror. librarior. negligentia, qui & capitum initia ignorabant, & cum inſcriptiones ſingulor. capitum deſcribendas non putarent, quoties in libror. numerum incidebant, aliud caput eſſe exiſtimabant. Sed reliqua videamus. & de 24. cap. de inſtructo, [k] dictum à nobis eſt, cum de libris Pauli ad Neratium ſcribe-

a cap. 9.

b l. omnia. cum ita legatur. dé leg. 3.

c d. l. cũ ita.

d l. ſi Titius mihi. e.

e l. vt heredib. e.

f l. ſi ita quis teſtamento.

g l. qui concubinam. de lega. 3.

h §. qui quattuor.

i l. patronus. §. vlt. eo.

k l. fundus. de inſtru. vel inſtr. leg.

ſcriberemus,[a] non rectè ab Haloandro in duo ſeparatum eſſe. Idem dicendum eſt de ſexto capite,[b] ſub titulo de auro argento mundo, & ceteris legatis. Illa enim verba, L. Titius teſtamento ita ſcripſit: non ſeptimi, ſed eiuſdem capitis ſunt. Contrà verò ſub titulo De conditionib. duo capita coniunxit.[c] Nam 20. caput Florentiæ eſt hoc: Marcellus apud Iulianum libro viceſimo ſeptimo Digeſtorum notat. Non dubitamus, quin turpes conditiones remittendæ ſunt, quo in numero plerumque ſunt etiam iuriſiurandi. Ex Florentini libri ſcriptura erratum in ordine trium capitum eſt ſub titulo ad L. Falcidiam.[d] Sunt enim ſcribenda ita. 42. Vlpianus libro xiiij. ad edictum. In Falcidia æſtimatio pretij rerum ex veritate facienda eſt. 43. Idem libro 19. ad edictum. Serui, qui apud hoſtes ſunt, poſt mortem teſtatoris reuerſi, quod ad Falcidiam pertinet, locupletiorem faciunt hereditatem. 44. Idem libro 21. ad edictum. Falcidia interuenire non poteſt. ſi ſtatu liber de alieno dedit, non de bonis defuncti: vel aliàs eſt homo liber, qui conditionem impleuit. Dixi errorem ex illis libris manaſſe, propterea quòd cùm ſcriberentur, oblitus eſt librarius 42. capitis. ídque alius eiuſdem temporis ſcriptor in libri margine nota obeli (ſic enim Græci appellant) adiecta ſcripſit. Sed noſtri minime diligentes antiquitatis inueſtigatores, eiuſmodi notas neglexerunt. Sub eodem titulo caput 74.[e] in duo diuidendum eſt. vt prioris finis ſit illis verbis, In quadrantem ei non imputatur. Poſterius ita ſcribatur: Ex libro quadrageſimo Digeſtorum Iuliani Marcellus. Sed ſi ideo legatum eſt. & cetera. Sed ſub titulo de donationib. 30. caput[f] portio eſt ſuperioris:[g] quod Accurſius ſignificat. Quod vero Haloander capite 14. de mortis cauſa donationib.[h] ſcribit, Item Marcellus notat: Florentiæ aliud caput eſt hoc initio. Idem libro 17. Digeſtorum. Marcellus notat. cum teſtamento, & reliqua. eſt autem 14. caput Iuliani lib. 18. Digeſtorum. Animaduertendum eſt ad quinq; capitum ordinem ſub titulo de manumiſſis teſtamento.[i] illinc enim quartum argumentum Florentinar. Pandectar. auctoritatis accipio. eſt enim

a lib. j. ca. 4.
b Seia. l. L. Titius. de auro ar.
c l. in conditionib. l. non dubitamus. de cond. & demon.
d l. ſerui. l. Falcidia. l. in Falcidia. ad L. Falcidiam.
e l. quod autē. ad L. Falcidiam.
f l. quidam. de dona.
g l. donari. e.
h l. ſi mortis de mor. cauſ. do.
i l. ſi ſerui. l. libertas. l. cū ex pluribus. l. ſciendum. l. ideoque.

in eo libro is ordo eorum capitum, qui vulgo ante Noricos libros fuerat: sed adiectæ sunt Græcæ litteræ, quæ mutationem ordinis fieri debere significent, eas nostri aut non intellexerunt, aut neglexerunt, Politianum intellexisse existimo: sed Haloander Ludouici fortasse peccato, non recte veterem errorem emendauit. Et ita scribenda sunt. 30. caput. Vlpianus libro nonodecimo ad edictum. Si serui, qui apud hostes sint, liberi esse iussi sunt, ad libertatem perueniunt: quamuis neque testamenti, neque mortis tempore testantis, sed hostium fuerunt. 31. Paulus libro vicensimo sexto ad edictum. Cum ex plurib. eodem domine seruis, vnus liber iussus, non appareat qui sit, nullus liber est. 32. Vlpianus libro sexagensimo quinto ad edictum. Sciendum est necessario herede existente quamuis se abstineat, tamen libertates competere: si modo non in fraudem legis Æliæ Sentiæ datæ fuerint. 33. Paulus libro duodecimo quæstionum. Libertas ad tempus dari non potest. 24. Idem libro septuagesimo quarto ad edictum. Ideoque si ita scriptum sit, Stichus vsque ad annos decem liber esto, temporis adiectio superuacua est. In Norico libro duo hæc extrema capita recte fuerant coniuncta, qui maximus in ceteris libris error fuit. Sed illi vetustissimi librarij errorem secuti sunt: quod mirifice nostram opinionem confirmat, vt ex illis libris credamus ortos esse omnes. Emendandum etiam est sub eo titulo, quem delendum esse diximus de priuilegiis creditorum, caput quattum, [a] quod 19. Florentiæ est, de reb. auctoritate iudicis possidendis, vt eius finis sit, quib. curatores, quasi debilib. vel prodigiis dantur, & 20. caput sit hoc. Paulus libro 60. ad edictum, Vel surdo, muto. Huius erroris in Norico tantum libro causa est Politianus. Sub titulo de stipulationib. prætoriis cap. 7. [b] ita scribatur: Vlpianus libro 14. ad edictum. Prætoriæ satisdationes personas desiderant pro se interuenientium & neq; pignorib. quis, neq; pecuniæ, vel auri, vel argenti depositione in vicem satisdationis fungitur. Deinde 8. Papinianus libro quinto quæstionum. Paulus notat, qui sub conditione institutus est, adgnita bonorum

a l. dabimusque. de priu. cred.

b l. prætoriæ. 3 de stip. præto.

c l. Paulus. e.

bonorum possessione cogitur substitutio in diem cauere longiorem. Hæc duo capita coniunxit Haloander. Sub titulo Arborum furtim cæsarum separauit 9. caput, quod octaui portio est.[a] Sub titulo de custodia & exhibitione reor. præposterè 9. caput ante 8. scribitur.[b] Sunt autem ita scribenda 8. Paulus libro singulari de pœnis militum. Cæteri præpositus, & cetera. 9. Venuleius Saturninus libro 1. de officio Proconsulis. de militibus 10. Idem libro 2. de officio Proconsulis, ne quis receptam. Græcæ quoque litteræ illar. Pandectarum neglectæ sunt duob. capitib. sub titulo de captiuis.[c] vicesimo quinto & sexto, quæ in Noricis & Lugdunensib. libris præposterè scripta sunt. In eiusdem sub titulo De verbor. significatione caput 109. Modestini libro sexto Pandectarum,[d] & 110.[e] eiusdem libro 5. Pandectarum præpostere scribuntur. Nam vel ipsa horum capitum inscriptio ordinem indicaret. Item caput 161.[f] post 163.[g] scribendum est. quorum ordo & inscriptiones sunt hæ. 160.[h] Idem (Vlpianus) libro secundo ad Sabinum. Ceterorum, & cetera. 161. Idem libro septimo ad Sabinum. Non est pupillus, qui in vtero est, 162. Pomponius libro secundo ad Sabinum. In vulgari, & cetera. 163. Paulus libro secundo ad Sabinum. Illa verba, & quæ postea: ad Sabinum autem scribendum est. non ad S.C. Denique præpostere sub titulo de diuersis regulis, Haloander scripsit caput 55. & 56.[i] quæ ita Florentiæ sunt. 55. Caius libro secundo de testamentis ad edictum vrbicum. Nullus videtur dolo facere, qui suo iure vtitur. 56. Idem libro tertio de legatis ad edictum vrbicum. Semper in dubiis benigniora præferenda sunt. Item 70. & 71. ita scribenda sunt: [k] Idem (significatur autem Vlpianus) libro secundo de officio proconsulis. Omnia quæcumque causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt. Deinde Iauolenus libro tertio ex Posterioribus Labeonis. Fructus rei est vel pignori dare licere. Sub eodem titulo præposterè tria capita[l] in ipsis illis præposterè conglutinatis chartis scribuntur, ita emendanda, vt 129. si vulgarem ordinem sequamur, nam nostra & Læliana emendatione est 159.

a l. facienda. arbor. fur. cæs.

b l. de milit. l. carceri. de cust. & exh. reo.

c l. nihil interest. l. Diui. de captiuis.

d l. sequester de ver. sign.

e l. bonæ fidei. e.

f l. illa verba. e.

g l. in vulgari. eo.

h l. ceteror. eo.

i l. semper. l. nullus. de reg iur.

k l. fructus. l. omnia. e.

l l. factum. l. nemo ideo. l. is damnũ. eo.

ſit hoc: Idem (Paulus autem eſt) libro ſecundo ad Plautium. Is damnum dat, qui iubet dare, & quæ poſtea 130. Idem libro tertio ad Plautium. Factum à iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non eſt. 131. Idem libro quarto ad Plautium. Nemo ideo obligatur, quia recepturus eſt ab alio, quod præſtiterit. Hic ordo in Florentinis libris eſt, qui inſcriptionib. conuenit. Nam vt alio loco diximus, Tribonianus & alij Iuſtiniani miniſtri, ſecuti ordinem illor. libror. ſunt, dum licuit. ex quib. Pandectas confecerunt. Et hæc ratio eſt, cur in quibuſdam rerum ordinem deſideremus meliorem.

Aliquot Digeſtor. loca emendata, atque alia declarata, quib. de contubernalib. ſeruor. mentio fit. II.

2

SI quis eſt, qui moleſte ferat laborioſas illas ſuperioris capitis in eodem errorum genere emendationes: is velim ſe breui hac aliquor. capitum emendatione & declaratione reficiat. in Norico libro, capite 31. libri tertij de Legatis, ita ſcriptum eſt: [a] Omnib. autem libertis meis & quos viuus, & quos his codicillis manumiſſi, vel poſtea manumiſero, contubernales ſuos item filios filias lego, & poſtea [b] Concubinæ inter cetera his verbis legauerat. Fundum in Apia cum vilico ſuo & contubernali eius, & filiis dari volo: quæſitum eſt, an nepotes 3 quoque vilico & contubernali eius teſtator ac concubinam pertinere voluerit. & capite viceſimo de alimentis, [c] Stichus nutricis meæ nepos liber eſto, cui decem aureos annuos dari volo, qui deinde interpoſitis nominib. eidem Sticho contubernalem eius & libertos legauit. Dubitari poſſit, quinam hi ſeruor. contubernales fuerint: & aliquis eos eſſe exiſtimaret, qui in eadem taberna verſarentur. Tabernæ appellatio, inquit Vlpianus, [d] declarat omne vtile ad habitandũ ædificium: inde tabernacula & cõtubernales dicti ſunt, vt Paulus adicit.

a l. vxorem §. codicillis. de le. 3.

b §. concubinæ.

c l. Stichus. in prin. de alimen.

d l. tabernæ. de ver. ſign.

cit. a qua de causa milites, qui sub eisdem tabernaculis sunt, se contubernales appellant. [b] Sed præstat quod Accursius intelligere visus est contubernales quasi seruorum vxores existimare. Cum enim nuptias ciues tantum Romani contrahere possent, [c] inter seruos aut cum seruis contubernium appellatur. [d] Quamobrem Paulus libro 2. Sententiar. scribit: Inter seruos & liberos matrimonia contrahi non possunt, contubernium potest. vnde seruorum aut ancillarum filij naturales habentur non iusti: [e] ipsi coniuges (si ita appellandi sunt, quod Pontificibus placuit [f]) contubernales se vocant. Refertur à Scæuola libro 4. Responsor. [g] hoc legatum: December dispensator meus, Seuerus vilicus, " & Victoria vilica Seueri contubernalis, in annos octo " liberi sunto. Item apud Paulum: [h] Stichus si rationes " reddiderit, cum contubernali sua liber esto, eisq. de- " cem heres dato. Contubernalis vtroque loco serui v- " xor est, quod apertius Vlpianus scribit: [i] Contubernales quoque seruorum, id est vxores (hic enim subsistendum est) & natos instructo fundo contineri ve- " rum est. Nam filios contubernales non appellari, ex Pa- " pirij responso apud Calistratum [k] apparet. is prædio " cum vilico & contubernali eius & filiis legato respondit, nepotes quoque ex filiis contineri, & alio apud Scæuolam legato: [l] Seio liberto meo fundos illum & " illum do lego ita, vt instructi sunt, cum dotibus & re- " liquis colonorum, & saltuariis, cum contubernalibus " suis, & filiis & filiab. Est igitur Noricus liber tribus il- " lis locis emendandus ex Florentino libro. vt libro tertio de legatis, [m] Contubernales suas, item filios filias lego, scribatur non suos, vt alij scripserunt. & postea: [n] Quæsitum est, an nepotes quoque vilici & con " tubernalis eius, testator ad concubinam pertinere vo- " luit? quod etiam in aliis libris legi. Sub titulo de ali- " mentis multa mendosa sunt, [o] quod huius significationis ignoratione commissum est. Itaq. restituere hoc pacto oportet: Et idem Sticho contubernalem eius & " liberos legauit, hisque quæ viuus præstabat, & postea " Stichi contubernali & liberis, vtrum ab herede insti- " tuto, an à repub. diaria & vestiaria quæ viuus dabat "

a l. inde co. vbi Accu.
b l. rem. cõmo. l. vl. de au. arg. leg.
c instit. de nup. in prin.
d. l. plerunq. de ed. ędic. l. adoptiuus §. j. de ritu nup. l. cum ancillis C. de ince. & nef. nupt. l. si eius. l. serui C. de adu. l. iij. l. de ancilla. C. de li. cau.
e l. L. Titius. §. tres heredes. ad S. C. Treb. l. denique de pig. l. ex libera. C. de suis & leg.
f ca. j. de cõlu. seru.
g l. Thais. §. hærede. de fi deicõ. liber.
h l. Iulius Pau. l. de cõ. & dẽ.
i l. quæsitum. §. contubernales. de instructo.
k l. liberor. de verb. sig.
l l. Seiæ. §. j. de instructo.
m l. vxorem. §. codicillis de leg. iij.
n §. concubinæ.
o l. Stich⁹ de alim. & cib.

„ præstari debeant. Namq; testator cum Sticho vxorem & liberos reliquisset, visus est eis libertatem reliquisse, quamobrem cum à repub. omnes liberti, quę viuus pręstabat, acciperent, benigna interpretatione hi quoq; vxor & liberi inter libertos legatum accipient. quamuis Accursius benignam interpretationem aliò referat. Sed nobiscum facere Iacob. Harena apud Bartolum: & Albericus videntur. In hac significatione Columella eo verbo vtitur libro 12. Vilicę, inquit, fœditas fastidiorum, nimia species desidiosum faciet eius contubernalem. i- 1
taq; curandum, inquit, est, vt nec vagum vilicum, nec auersum contubernio suo habeamus: nec rursus intra tecta desidem, & complexib. adiacētem fœminam. Sed iurisconsulti ancillam, is seruum eo nomine appellat.

Falso quædam dici in Tuscis libris esse scripta. III. 2

MEmini me libro primo retulisse, Accursium bis optimor. illorum librorum scripturam referēdo deceptum esse.a Sed excusabamus omnium optimum interpretem librarior. nostror. notis qui Pisanum à Pilei libro non facile distinguerent. Quid vero Castrensi Paulo maximæ apud omnes auctoritatis viro respōdeam, non habeo. Is sub titulo de rebus creditis, b cum apud Accursium de Vlpiani verbis dubitantem legisset, Bene est, aliàs secundum Pisanam litteram est, ex
re, id est ex vtilitate, aliàs here, id est herile: non vi- 3
disse Accursium ait eas Pandectas, se vero Florentiæ vidisse. iam enim Pisis allatæ fuerant, & in eis scriptum esse Bene est, Bartolus vero Pisanam scripturam existimat here. Alciatus noster, quod Haloander edidit, è re: quod verum est, idque ipsum Bartolus eleganter explicat, vt è re scit, accommodatum, & pertinens, operæque pretium. Idem Vlpianus alio loco: E re autem est hic subiungere, vtrum pœnam contineat hæc actio. Quod ipsum alij eodem modo mutarunt. Idem
„ Vlpianus scribit:d E re itaque esse prætor putauit callidita

a Accur. l. etiam de tute. l. in illa stipulatione. per to. de verb. obl.

b Pau. Castr. l. j. de reb. cred. vbi Accur.

c l. itē illa. §. è re alij bene. de pecunia cons.

d l. j. §. si is. qui test. lib. esse iu.

ditatem & proteruitatē horum, qui hereditates depo-"
pulantur, duplatione coërcere. quod etiam mendosum "
circunfertur. Itaque aut de eorum interpretum memoria dubitandum est: aut credendum est eorum libros, vt multis aliis in rebus hac etiam parte mendosos circunferri. Sunt autem alij,[a] qui temere scripserunt, Vulpianum non Vlpianum semper illic scriptum esse: item Verum, non Seuerum: Arescusam, nō Arethusam, Caium, non Gaium, De Vlpiano reiecta iure est eorum sententia, de Caio probata. Sed vt illud verum est, semper Vlpianum, ita semper Gaium scriptum esse illic. & licet Cai scriptura mihi antiquissima Romanis fuisse videatur, tamen scio alia extare monumenta ante aliquot annos, quàm Iustinianus fuit, cōscripta, quib. Gaius scribitur, atque etiam Gnæus. idque Diaconus, Diomedes, & Priscianus significant. De Seuero & Vero nos lib. singulari ad Modestinum tradimus quib. locis vtrūque nomen scribatur. Arethusæ nomen è multis locis Haloander amouit,[b] quibus in illis libris vidimus: Arescusam aliis recte scripsit. Quamquam hæc quid nostra? & si nostra quidem interest illor. libror. scripturam noscere, & omnem scrupulum euellere, ne quis fidem nostris emendationib. propterea quod illorum obseruationem nō sequamur, minus adhibeat. illud etiam nolim quemquam fallat, quod Zasius refert,[c] se ab Amerbachio, Alciati nostri discipulo accepisse, emendatum à præceptore in libris de verbor. significatione[d] Pomponij ipsi illum locum, de quo tam Zazius agebat, ex Pisanis libris. neq; enim id doctor meus scribit: sed vulgares libros sic esse emendandos. Cum animaduertisset Verginius App. Claudium vindicias filiæ suæ à se abiudicasse, & ei qui in seruitute ab eo suppositam petierat, addixisse. & hoc ipsum vetustos libros habere Zasius scribit. Florentina tamen scriptura nullam desiderat emendationem, est enim hæc: Qui cùm animaduertisset "
Appium Claudium contra ius, quod ipse ex vetere iure "
in duodecim tabulas transtulerat, vindicias filiæ suæ à "
se abdixisse. & secundum eum qui in seruitutem suppo- "
situs ab eo petierat, dixisse. Abdixit enim Claudius à se vindicias Verginiæ, cum propinquis petentibus vindi-

a Bolo. & Nebriss.

b l. ubi autē. de verb. ob. l. j. de ope. ser. l. 3. in fi. de statu lib. l. cum illud. quando dies lega.

c Zasi. l. ij. §. initium. de orig. iur.

d Alci. l. pecuniæ. §. actionis. de verb. sig.

cias ſecundum libertatem negauit, & ſecundum eum qui à ſe fuerat ſuppoſitus, vt virgine potiretur, ſententiam dixit. Ad præceptorem meum venio, in cuius libris, quos multos multa eruditione atque elegantia, in maximis docendi & reſpondendi occupationib. ſcripſit, Tuſci libri, aut Florentini appellantur nonnumquam Bolognini & Haloandri Digeſta. Nam initio primi libri Diſpunctionum obiter ſe ait, & quaſi per tranſennam Etruſcas Pandectas vidiſſe. Bolognini tamen libris vſum ſcio, ex quib. multa, & neſcio an Græca omnia, quæ in Diſpunctionib. ac Prætermiſſis optime reſtituit, ſumpſit. Eius vero nomen celandum exiſtimauit ob eam fortaſſe cauſam, quæ Haloandro idem faciendi fuit. Neque enim ignotum eſt, quanta religione ſuos libros coli Bologninus ipſe voluerit. Itaque qui ad ea myſteria adeunt. ab his qui illis ſacris præſunt, aut nullam earum rerum memoriam, aut ſine ipſius auctoris nomine prodituram polliceri coguntur. Et hæc ratio eſt, cur Politiani libros edere ſe Haloander, quos viderat nunquam, ſcripſit. De Alciato noſtro mihi idem ſit veriſimile. Sed & illud credo, leuem eum ipſi auctorem viſum, vt eius nominis crebra fieret mentio. Huc acceſſit, quod vt omnes probi viri ſolent, facile dicentib. ita Florentiæ ſcriptum eſſe credidit. Sed ſiue his de cauſis, ſiue ob alias, quas in tanto viro credendum eſt optimas fuiſſe, loca quædam Digeſtor. aliter Florentiæ ſcripta ſunt, quam ab ipſo referantur. Sunt autem hæc. capite primo nautæ caupones. Nec enim debet, inquit Pomponius, per remigem aut meſonautam obligari, ſed per ſe, vel per nauis magiſtrum. Neq. enim Græce meſonauta eſt, aut eo capite, aut vltimo. in quo Haloãdrum ſecutus eſt. Nam illud in Tuſco libro eſt: Ecquod * ſiquis quos volgo ναυτεμβάτας dicunt? Item capite primo vnde legitimi. Iulianus libr. 27. Digeſtorum. Hæc verba, Tum quem ei hæredem eſſe oporteret, ſi inteſtatus mortuus eſſet παρατατικῶς, & cum quodam temporis ſpatio accipiantur, non ad mortis teſtatoris tempus referuntur: ſed ad id, quo bonorum poſſeſſio peteretur. & ideo legitimum heredem, ſi capite deminutus eſſet, ab hac bonorum poſſeſſio

l. j. nautæ caup. Alcia. lib. 3. ca. vlt. diſpun. & li. j. cap. 43. pa- rer.

l. vlti. eo.

* alij, & quid

l. j. vnde legi. Alci. lib. 2. ca. 12. diſpun.

ſeſſione ſummoueri palàm eſt. Quod caput eo libentius rettulimus, vt quintum adderemus illor. librorum auctoritatis argumentum. Sciendum enim eſt, illic addita eſſe illa verba, Non ad mortis teſtatoris tempus referuntur, ab eodem, aut ab alio non minus antiquo ſcriptore. itaque poſteri, qui illinc deſcripſere, ea verba ad Græcum verbum pertinere exiſtimantes, prępoſtere totum caput, vt in omnibus libris videre licet, ſcripſerunt. Similem errorem ſub titulo ad legem Falcidiam contigiſſe, antea notauimus. [a] Prætoris autem verba recte Haloander ille ſcripſit, & ſub titulo, vt ex legibus. [b] Sed quodam capite de verborum ſignificatione, & is & Alciatus noſter eum pro tum ſcripſerunt. [c] eſt autem id ita Florentiæ ſcriptum, Paulus libro ſecundo manualium. Ex illa parte edicti. Tum quem ei heredem eſſe oportet: heredis heredibus bonorum poſſeſſio non defertur. De Græco autem verbo recte Alciatus ſcripſit, ſimilem locum eſſe ſub titulo quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur, [d] In eadem ſignificatione accipi videtur, quod Vlpianus ſcribit, [e] Iulianus, inquit, ait intereſſe, quando dominus ratam habere deberet ſolutionem in procuratorem factam, an tunc demum, cum primum certior factus eſſet. Hoc autem ἐν πλάτει, accipiendum, & cum quodam ſpatio temporis nec minimo, nec maximo: & quod magis intellectu percipi, quam elocutione exprimi poſſit. quæ Græca verba eleganter ab eodem multis Digeſtor. locis ſunt reſtituta. [f] Sed alia videamus. Ethruſcæ Pandectæ in duo volumina conſcriptæ ſunt, quorum alterum libros nouem & viginti, alterum vnum & viginti reliquos continet. eſt ante priorem partem titulorum index poſt quem tres illæ Latinæ conſtitutiones, [g] quas Haloander in Digeſtor. initio ſcripſit: eas ita arbitro ſcribendas eſſe, vt duæ illæ quæ in conſtitutionum codice extant, ante eam quæ ſola ſcribi ſolet, ponantur. Ante poſteriorem partem Græca conſtitutio ſcripta eſt eiuſdem ſententiæ, cuius ſecunda eſt. [h] ex illis tribus quam tamen Haloander tertiam ſcripſit, eam ſequitur Græcus index libror. è quib. collectæ ſunt Pandectæ, Huius conſti-

a l. ſerui l. Falcidia l. in Falcidia. ad L. Falc. Nos c. j. huius libri.

b l. vn. vt ex legib.

c l. ex illa. de verb. ſig.

d l. ij. in fin. qui. ex cau. in poſſ. ea.

e l. quo enim ratam rem hab.

f Alcia. lib. ij. ca. xj. diſpun.

g l. vi. & ij. C. de vet. iure en. & proœ. digeſ.

h d. l. ij.

tutionis mentio ab Alciato nostro fit libro 3. Dispun- ctionum :[a] quamuis eius auctoritatem non magnam putet, vt neque etiam Florentinis libris satis honoris deferre solet. in quo, pace præceptoris dixerim, eius desideratur humanitas. in eadem scriptum esse ait, lib. 4.[b] hæc verba: πᾶν τὸ ἔργον τοῦτο τῷ ὑψίστῳ ἀνδρὶ τριβωνιανῷ ἐπιτρέψαμεν τῷ παραγγελιάρχῳ, καὶ τῷ ἱεροῦ "αἰακλόρου ταμίᾳ τε καὶ ὑπάτῳ. quibus verbis existimat "eam partem latinæ constitutionis interpretatam esse, "qua ita scribitur :[c] Et omne studium Triboniano viro excelso magistro officiorum, & exquæstore sacri nostri palatij, & exconsule credidimus. Sed sciendum est, primam partem Græcæ constitutionis ita contritam esse, vt non multa verba legi possint. Ad quam legendam cum & solis splendorem, & maximam aliis modis diligentiam crebrius ego & Io. Metellus meus adhibuissemus, bonam eius partem descripsimus. Attuleramus nobiscum exemplum quoddam eius constitutionis ex nostri doctoris exemplo exscriptum: sed id nos ea parte nihil iuuit. neque etiam aliud Politiani, ex quo Alciatinum sumptum fuit, excepta illa priori parte. quam existimamus aut Politiani tempore, aut nostro effictam esse. ea enim pars in Politiani libro non est, sed eius exemplum hæc prima verba habet post Iustiniani cognomina, quæ miniata legi facile possunt, ἅπερ ἄμφω παρακολουθήματα, &c. quæ his Latinis re- „spondent :[d] Quia hæc omnia titulis emptionum & „venditionum consentanea sunt. In his tamen exesis & obsoletis literis, quas diximus, hæc verba agnita sunt. „τριβωνιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ, καὶ ἀπὸ κυαιστόρων „τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου καὶ ὑπάτων, πρὸς τὴν ὅλην ὑπουργείαν χρησάμενοι. quæ verba ad Iustiniani ætatem propius accedunt, si ad nouellas constitutiones, & Theophili institutiones respexeris. Sed & quod eadẽ epistula scriptum est,[e] Quæ omnia confecta sunt per virum ex „celsum, necnon prudentissimum magistrum exquesto- „re & exconsule Tribonianum, qui similiter eloquen- „tiæ, & legitimæ scientiæ artib. decoratus, & in ipsis re- „rum experimentis emicuit. In Alciati exemplo, & Po- „litiani & Tuscor. Pandectis ita scriptum est, ἅπερ ἅπαν-

τα

a ca. xij.

b ca. 3.

c l. ij. §. nos itaque C. de vet. iure en.

d d. l. ij. §. quartus.

e §. quæ omnia ead. l.

" τὰ συντέθειταί τε καὶ ἐκπεπόνηται καλῶς τε, καὶ τῆς παρ' " ἡμῶν κελεύσεως ἀξίως παρά τε Τριβωνιανοῦ τοῦ ἐνδοξοτάτου " καὶ σοφωτάτου μαγίστρου, καὶ ἀπὸ κυαιστόρων τῶν ἡμετέρων " βασιλείων καὶ ὑπάτων. Verum enim eſt, quod Haloander ait exconſule & exquæſtore Græcos ἀπὸ ὑπάτων καὶ ἀπὸ κυαιστόρων appellare, quos vt Crinitus dicebat, veteres Quæſtorios & conſulares appellabant. idq; non à noſtris ſolum vſurpatur, ſed in ſeptem Epigrammatum Græcor. libris aliquot legi, Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων, & κύρου ἀπὸ ὑπάτων, In hanc autem opinionem me multæ conſtitutiones conſtituerunt, in quib. ſcriptum vidi, cubicularij & excubiculariis, [a] archiatri & exarchiatris [b], proximi. ſacrorum ſcriniorum & exproximis. [c] item exprotectorib. & expræpoſitis, [d] excomitib. & expræſidib. [e] & expræfectis. [f] omnes denique magiſtratus, aut oficia, quæ ſimilem adiectionem habent, eam, ni fallor, recipiunt interpretationem, vt eo munere functos ſignificent. quod alij apud doctorem meum relati ſcribunt, quamuis is cum ea ætate eſſet, in qua nos ſumus, aliam interpretationem probauerit ab illo deceptus, cui adulterinam conſtitutionis partem pro Florentina ei vendidit. vſq; eo verum eſt, quod Epicharmus dicebat, neruos atq; artus eſſe ſapientiæ, non temere credere. Sed vere etiam à Cicerone in quadã epiſtula ſcriptum eſt, vt quiſque eſt vir optimus, ita difficillime eſſe alios improbos ſuſpicatur. Ab eadem credulitate manauit, quod libro quarto ſcripſimus, de quibuſdam locis prius ab Haloandro ſcriptis: item de quinque pedib. de quib. libro ſecundo ſcripſimus. Vt tamen vno exemplo oſtendere poſſimus, neque Ludouicum Bononienſem Florentinos libros, neq; Haloandrum Politiani deſcripſiſſe (hoc enim ad hunc locum pertinet, ne quis vtriuſq; verbis fallatur & ipſor. libros. Florentinor. iuſtum exemplum eſſe ſuſpicetur) ſub titulo de heredib. inſtituendis ad calcem 17. capitis Vlpiani, Florentiæ ſcriptum eſt: [g] Quod ſi quis dupondiũ diſtribuit, & tertium ſine parte inſtituit, hic non in alium aſſem, ſed in triem*em venit, vt Labeo libro quarto Poſteriorum ſcripſit, Ariſto. vel Aulus, vtpote probabile notant. hęc verba in ceteris libris ſunt antiquiorib. Noricis

a l. maximar. C. de exc. mun. li. 10.
b l. medicos. C. de prof. & med. e. lib.
c l. vn. C. de ma. ſac. ſcri. lib. 12.
d de l. vn. C. de excuſ. mu.
e l. vniuerſi. C. de legatio. lib. 10.
f l. vlt. C. de præt. præ. ſiue vr. li. 12.
g l. itẽ quod Sabinus. de her. inſt. in fi.

ſunt: niſi quòd non Aulus, ſed Paulus habent, in quo etiam Politianus errauit. Ceterum cũ hæc verba Politianus legiſſet, in libri margine hanc ſententiam ſcripſit: Ariſto & Paulus ſcripta Labeonis notauerũt, proq; probabilib. accipit Vlpianus, quæ ab eis notata non ſunt. In quo verum dicebat, excepto quod de Paulo pro Aulo ſcripſimus. Ecce autem Bologninus non acutiſſimus ingenio vir, hæc ipſa Politiani verba Vlpiani eſſe exiſtimans, ineptam quandam ſententiam Pandectar. verbis commiſcendo confecit. ex quib. Haloander, qui ingenio & diligentia & bonar. litterarum cognitione optimis quibuſq; comparari poteſt, hanc ſcripturam effecit: vt Labeo libro quarto Poſteriorum ſcripſit. Sed & Ariſto & Paulus ſcripta Labeonis probauerunt, proq; probabil. accepit Vlpianus, quæ ab eis notata non ſunt. Adſcripſitq; his verbis de ſuo, hæc eſſe Triboniani & ceteror. verba. Item de ſuo dupondium pro aſſe ſcripſit: ſed neſcio, aſſemne Iuriſconſultus dupondium appellet, an vero duodecim vncias intelligat. Illud quidem certe ſine dubio eſt, Haloandrum, ſi aut Tuſcos libros, aut ſaltem Politiani vidiſſet: neq. hęc, neq alia ſatis multa, quæ reprehendimus, ſcripturum fuiſſe. Alterũ exemplum huius rei addi poſſet tertij capitis de legib. quod Budæus recte, Haloander Ludouici peccato mendoſe ſcripſit. Sed hac de re libro quarto a tractatum eſt.

l. 3. de legib. vbi Bud.

a ca. 16.

Emendandum apud Pomponium, cum de Celſi conſulatu agit, & item, ſcribendumq; eſſe, & iterum. IIII.

MVlta nunc emendationum genera diſcutiamus, & Iuſtiniani ordinem ſecuti, menda multa ab Haloandrinis libris, hi enim minus mendoſi ſunt, auferamus. Apud Pomponium cum de iureconſultorum factionib. & ſucceſſione tractarur, ita ſcriptum in optimis „libris eſt [b]: Caſſio Cæcilius ſabinus ſucceſſit, qui plurimum temporib. Veſpaſiani potuit: Proculo Pegaſus, qui „temporib. Veſpaſiani Præfectus vrbi fuit: Cælio Sabi„no Priſcus Iauolenus: Pegaſo Celſus: patri Celſo Celſus filius

b l. 2. in fine. de ori. iur.

filius,& Priscus Neratius, qui vtrique consules fuerunt, Celsus quidē & iterum: Iauoleno Prisco Aburnus Valens, & Tuscianus, item Saluius Iulianus. Haloander vero Celso quidem, & item Iauoleno, scripsit, quasi vero Valens, Tuscianus, & Iulianus in vtraq; Cassianor.& Proculianor. schola profecerint. Namque scire oportet, Ateium Capitonem cum Antistio Labeone veluti factionem quandam habuisse. ille nimia seruitute consulatum adeptus est, hic nimia libertate eum honorē recusauit, extat vtriusque morum elegans descriptio apud Tacitum, & dissensionis vestigium in Capitonis litteris apud Gellium lib. 13. Sed sectatum occasio ex ea diuersitate manauit, quam Pomponius refert. Labeo enim ingenij fiducia multa innouabat, Capito in præceptorum traditionibus perseuerabat. ab his Cassianorum, qui etiam Sabiniani appellantur, item Proculianorum controuersiæ ortæ sunt. Labeoni enim Nerua pater successit, huic filius, & Proculus, qui nomen ceteris dedit: Proculo Pegasus, Pegaso Celsus pater, patri filius, & Neratius Priscus. Ateio autem Capitoni Massurius Sabinus successit, à quo Sabiniani appellati. huic C. Cassius Longinus, quod ex Pauli quodam loco constat. [a] item Longinus alter. à Cassio idem Cassiani dicti, & Cassiana schola à Plinio lib. 7. Epistular. huic Cælius Sabinus successit, cui Iauolenus Priscus, Prisco Valens, Tuscianus, & Iulianus. extant cōtrouersiarum multa in Digestis & Institutionib. vestigia: vt de eo quod fit ex aliena materia [b], an venditio sine nummis fieri possit, [c] de eo qui certo die nundinar. dare promittit, [d] & de eo qui excessit fines mandati: [e] & in hereditatis petitione, de his quæ post litem contestatam perierunt, [f] atq; aliis. [g] Saluium autem Iulianum Iauoleni discipulum fuisse, traditum est sub titulo de manumissis vindicta. [h] An apud se manumittere (inquit Iulianus) possit is qui consilium præbet, sępe quæsitum est. ego qui * meminissem Iauolenum præceptorem meum & in Africa, & in Syria seruos suos manumisisse, cùm consilium præberet: exemplum eius secutus, & in Prætura & Consulatu meo quosdam ex seruis meis vindicta liberaui, & quibusdam Prætorib. consulentib. me, idem

a l. qualem. de receptis.
b l. adeò. §. cum quis. de adq. rer. dō. §. cū ex aliena. inst. de rer. di.
c l. j. de cont. emp. §. item pretiū. inst. de em. & ve.
d l. eum qui certar. de ver. ob.
e §. is qui. inst. de mād. l. 3. & 4. mād.
f l. illud quoque de here. petitio.
g l. pupillus. de adq. rer. domi. l. 3. C. de postu. her. inst. l. ex facto. Dig. de her. inst.
h l. an manumittere. de manu. vin.
* quem. Fr.

„suasi Iauolenique partes secutum Iulianum apparet ex eo, quòd cùm ceteris Cassianis referri soleat.[a] Quod vero Pomponius ait, Celsus quidem & iterum, significat Neratium semel, hunc iterum Consulem fuisse, extatq; Celsi consulatus memoria in quadam Diocleriani cõstitutione:[b] qua dicitur legis Vectibulici potestatem senatusconsulto Iuuentino Celso iterum, & Neratio Marcello consulib. ad prouincias porrectam esse. Sic enim dicebant in secundo consulatu iterum, in tertio tertium, & postea quartum, quintũ, sextum, septimum consule. Gellius tamen refert, dubitatum esse Pompeiö tertium consule, num tertium scribendum esset, an tertio. & ait Ciceronem consultum rem controuersam reliquisse, & iussisse, vt quattuor vtriusque verbi litteræ tantum scriberentur: eum tamen vsum his, quæ dixi, scio. eleganter vero Haloander Leonis cõstitutionem[c] emendauit, quod dicebatur à consulatu & iterum Sigisbuldi: vt à consulatu Ætij iterum & Sigisbuldi scribatur. quamuis is notis scripserit Ætij I I. Sic etiam Vl-

„pianus ait,[d] Inuenimus rescriptum ab imperatore no- 2
„stro Antonino Augusto, & Diuo patre eius Mammiæ „Maximinæ pridie Idus Apriles Plautiano iterum con„sule. Hæc autem vox iterum, vt alio loco Paulus scribit[e], duas res significat: alteram, qua demonstratur tempus secundum, quod Græci δεύτερον dicunt: alteram: quæ ad insequentia quoque tempora pertinet, quę Græcè dicitur πάλιν. Sic igitur emendandus, & intelligendus est Pomponij locus.

a l. j. §. item adquirimus. §. seruum. de adq. vel om. pos. l. 3. in fin. de li. & pos.

b l. vlt. C. de seru. reip. man.

c l. vn. C. vt nemo ad suũ patro. li. 11.

d l. 2. in fi. ad S.C. Tertyl.

e l. veluti. de eden.

Quæ sit inter eunuchos, spadones, & castratos differentia, aduersus Accursianos. V. 3

„CAius libro primo institutionum scribit:[f] Illud v„triusque adoptionis commune est, quod & hi qui „generare non possunt, quales sunt spadones, adoprare „possunt. Hæc tantum Florentiæ reperimus, & in priore „libro Cai institutionũ titulo de adoptionib. addunt alij ex Iustiniani Institutionib.[g] Castrati autẽ non possunt, quæ

f l. 2. de apo.

g §. sed & illud. eo. vbi. Theoph.

quæ verba delenda in Digestis sunt. Spado adrogando, vt Modestinus ait, [a] suum heredem sibi adsciscere potest, nec ei corporale vitium impedimento est. Posse quoq. posthumum heredem instituere, vt adoptare, & vxorem ducere, castratum vero trib.his reb.prohiberi, Vlpianus scribit. [b] Operæ igitur pretium est videre, quæ inter spadonem & castratum differentia sit. & Accursianor. ineptiis neglectis, Theophili definitio probanda est, quam Constantinus, vt alia non pauca, lib.2. τῷ προχείρῳ refert. Eunuchor. inquit, tres species sunt: spadones, castrati, thlibiæ. Spadones sunt, qui ob morbum, aut frigiditatem liberis operam dare non possunt, impedimento liberati possunt. Castrati, quib. execta ea corporis pars est. Thlibiæ vero.quib. à matre aut nutrice testiculi attriti sunt. Eunuchi generale esse nomen exectis & non exectis, ex sacra Matthei historia constare potest. Christum enim opt.max.. his verbis vsum refert: [d] Sunt Eunuchi, qui de matris vtero ita nati sunt: sunt, qui facti ab hominib.sunt: sunt, qui seipsos castrauerunt propter regum cælorum. Sed & vicesimo primo Apostolor. canone, quem Haloander 20. scribit, constitum est, vt eunuchus siue ita natus sit, siue vis ei adhibita fuerit, si dignus est, fieri pontifex possit. & si pontificis nomen in Græco libro desit, in Gratiani tamen libro [e] & Cælestini Pon. Max.epistula [f] reperitur. Cum itaque Constantinus scribit, [g] eunuchis licere facere testamentum: recte nostri interpretantur, castratis & non castratis licere.in dubitandi autem causa falli mihi videntur. Sed eam significare arbitror Paulum lib.3.sententiar.titulo de testamentis. Spadones, inquit, eo tempore testamentũ facere possunt, quo pleriq. pubescunt, id est anno 18. Cum enim pubertas in marib. ab Iustiniano primum definita sit, [h] numquam puberes esse spadones videbantur. Nec me mouet, quod ab aliis, ante Iustinianum, 14. anno maiores testamentum facere posse dicatur. [i] namq. existimo id in eor. verbis Tribonianum mutasse, vt alia permulta. Sed & si hoc verum non sit, tamen illud ipsum dubitationem adferre potuit. Eunuchos vero à cubiculo custodiendo dictos, vt Alciatus noster ait, [k] constitutione quadam sub titu-

a l.adrogato in fi.eo.

b l. sed est quæsitum.de lib. & po. l.si serua.in fine. de iur.dot.

c titu.8.

d Mat.19.ca. qui fiti.33.q.5.

e cap.eunuchus.55. disti.

f cap. 3. de corp.vitia.

g l. eunuchis. C.qui test.fa. pos.vbi Deci.

h l. vlt. C. quando tu. vel cur. esse de. & instit. quib. mo.tu. fi.in pri.

i l. si frater. C.qui test.fa. pos. l. qua ætate.dig.eod.

k Alciat.l.spadonum, de ver.siga.

a l.4.de præ. ſac. cub. lib. 12.
b l.j. C. de eun.

lo de præpoſitis ſacri cubiculi,mihi probatur. a & Conſtantini cõſtitutione eunuchos facere capitale eſt. [b] Sed ea conſtitutio abrogatur ab Iuſtiniano Nouella 142. à quo par pœna ei delicto indicitur, cum bonor.publicatione : qua conſtitutione arbitror Narſeti ſuo gratificari voluiſſe. De quo præclarum hodie monumentum
„extat in ponte Salario Romæ, cuius verba infrà ſcripta
„ſunt. Imperante D N. piiſſimo ac triumphali ſemper,
„Iuſtiniano PP. Aug. ann. 39. Narſes vir glorioſiſſimus,
„Ex præpoſito ſacri Palatij, Excons.atque Patricius, poſt 1
„victoriam Gothicam ipſis eorũ regibus celeritate mi-
„rabili conflictu publico ſuperatis,atque poſtratis,liber-
„tate vrbis Romæ,ac totius Italiæ reſtituta, pontem viæ
„Salariæ vſque ad aquam à nefandiſſimo Totila tyranno
„diſtructum, purgato fluminis alueo in meliorem ſta-
„tum,quàm quondã fuerat,renouauit. Quod monumentum eo libentius ſcripſimus, vt Imperij Iuſtiniani tempora cognoſcantur.Ex præpoſito autẽ,Exconſule,& Patricius Narſes dicitur,quod patritia dignitate eſſet,præpoſiti & conſulis munere functus, vt antea dictum eſt. 2
Sed ad propoſitum reuertor. Spadonum appellatio nõ ea ſolum eſt,quam ex Theophilo ſcripſimus, ſed generalis quoque eſt, qua craſtrati,nõ caſtrati,thlibię & thla-

c d.l. ſpadonũ. d.l.ſi ſerua,in fine.

„ſiæ continentur. [c] Si ſpadoni mulier nubſerit, diſtin-
„guendum arbitror (inquit Vlpianus) caſtratus fuerit,
„nec ne, vt in caſtrato dicas dotem non eſſe: in eo qui
„caſtratus non eſt, quia eſt matrimonium, & dos,& do-
„tis actio eſt. Itaque ſpadonem ab eunucho nihil differre exiſtimemus, ſi generalem hanc appellationem ſequamur. In ſacris libris magnum illum virum Ioſephum 3

d Gene.37. c. ſicut · eunuchus.j.q.j.

eunucho Pharaonis venditum legimus. [d] 70. interpretes eum ſpadonem appellant.Item vt antea rettulimus, Conſtantius eunuchos, Paulus ſpadones teſtamentum facere poſſe ſcribunt. Speciali autem nomine hi qui natura ſpadones ſunt, ſignificantur.quib. enim vis adhibita eſt, caſtrati appellantur. Sic de adoptione dicimus,

e l.ij.de ado. §.j.inſti.eo.
f l.ſunt autẽ. de leg. tut. l. inter adgnatos.vnde leg.

ſpeciali nomine de eo qui alieni iuris eſt, dici,etſi adrogatio ſpecies adoptionis ſit. [e] & cognatos eos appellamus, qui per fœmineam cognationem nobis coniuncti ſunt, quamuis adgnati cognati ſint. [f] Caſtratos autem non

non dubito exectos esse, à castrandi verbo, quo sæpe iurisconsulti vtuntur. Si puerum quis castrauerit, & pretiosiorem fecit, Viuianus scribit cessare Aquiliam,[a] Si mulus castratus est, neque morbi, neq; vitij quid habere videtur, vt Vlpianus ait.[b] Cælius quoque scribit, non omnia animalia castrata ob id ipsum vitiosa esse, nisi propter ipsam castrationem facta sunt imbecilliora. & in rescripto Hadriani apud eundem Vlpianum,[c] spadones facere, excidere, & castrare, idem significāt. Thlibias autem non Theophilus solum, sed & Paulus lib. 2. de officio Proconsulis, vsurpat.[d] Hi quoque inquit, qui thlibias faciunt, in eadem causa sunt, quia hi qui castrant, vt castrati verbum grandiorib. thlibiæ infantib. exectis conueniat. Pretiosiores autem fieri dicebantur, quod hi in deliciis haberentur: quamobrem ab Iustiniano multo pluris ceteris seruis æstimantur.[e] & in vectigalibus rebus spadones numerātur.[f] facereq; Terentius ait, Eunuchum dixti velle te, quia solæ vtuntur his reginæ. Ille etiam Accursianorum error est, nisi meus est, cùm spadonem eum etiam esse arbitrantur, qui cū vno testiculo natus est. Vlpiani verba sunt hæc:[g] Spadonem morbosum non esse, neque vitiosum, verius mihi videtur, sed sanum esse, sicuti illum qui vnum testiculū habet, qui etiam generare potest. Sic enim scribendum est, non generare non possit. quib. verbis non dicitur, eū qui eo habitu esset naturæ, spadonum esse, sed spadonem ita sanum esse, atq; eum qui cū vno testiculo esset. de quo alio loco scriptum est, militare posse.[h] Mea igitur opinio est, cum de eunucho aut spadone mentio fit, castratos, & non castratos contineri. nisi contrà in castrato esse dicatur, aut ex ipsis verbis appareat, de quo dictum sit. exempli gratia, spadones à tutelis non excusari constitutum est:[i] credendum est de vtroq; genere idem responderi. at cum dicitur, spadonem adoptare posse aut adrogare,[k] aut matrimonium contrahere, non castratus intelligendus est. Idem esse existimo, cum dicitur spadonē seruum morbosum non esse. nam excipitur, nisi ita spado est, vt tam necessaria pars corporis ei penitus absit.[l] Castratos enim morbosos esse existimo. alio enim loco scribitur: Sunt quædam quæ

- a l. si seruus. §. etsi. ad L. Aqui.
- b l. ædiles aiunt. §. sedenim. de æd. ed.
- c l. lege Cornelia. ad L. Iul. de vi. priua.
- d l. hi quoq. e. t.
- e l. vlt. C. cō. de leg. l. j. C. de cō. seru. m.
- f l. vlt. de vsu. publi.
- g l. Pomponius. in fi. de æd. ed.
- h l. qui cum vno. de re mil.
- i l. j. C. de excu. l. spadonem. in pri. eo. Dig.
- k d. l. 2. d. l. adrogato. de adop.
- l l. sin autem. de æd. ed.

quæ in hominib. quidem morbum faciunt, in iumentis non adeò, vtputa ſi mulus caſtratus eſt. [a] Durior autem eſt caſtratorum conditio propter ſpem, in qua ſpado eſt naturali vitio remoto, vt Theophilus ſcribit, liberos procreandi. Fremant licet noſtri interpretes, & mare cœlo commiſceant: me de ſententia hac non commouebunt.

[a l. ædiles aiunt. §. ſed enim. e.]

Cetera quæ prima parte Noricor. Digeſtor. Maxime mendoſa ſunt. VI.

NVmquam putaſſem fieri poſſe, vt vnius litteræ adiectione maxima fieret ſententiæ mutatio: niſi ex ea comparatione, quam cum optimis illis libris feci, animaduertiſſem. capite altero De officio Procuratoris Cæſaris vel Rationalis, Conſulitur Imperatori circumferri, cum Conſulitur imperator ſcribendum ſit.

[l. 2. de off. proc. cæſ.]

,,eius enim capitis Florentiæ verba ſunt hæc: Paulus li-
,,bro quinto ſentẽtiarum: Quod ſi ea bona, ex quib. im-
,,perator heres inſtitutus eſt, ſoluendo non ſint, re per-
,,ſpecta conſulitur imperator. Additur ea ratio, in qua
,,miror ceteros hallucinatos eſſe. Heredis enim inſtitu-
,,ti in adeundis vel repudiandis huiuſmodi hereditatibus
,,voluntas exploranda eſt. Quid enim apertius dici po-
,,teſt, quàm vt conſulatur imperator, qui inſtitutus eſt?

Sub titulo Si quis cautionib. defendenda eſt nobis Florentina ſcriptura. [b] Dixerit aliquis, quò ergo hæc exceptio damnato? Sed reſpondebitur, fideiuſſorib. eius eſſe neceſſariam. aut ſi fortè in exilium ſalua ciuitate abiit, vbi defenſori eius exceptio iſta proderit. Mirantur aliqui exilium ſalua ciuitate fieri poſſe. ego vero Accurſij interpretationem ſequor, vt deſcribere relegatum voluerit, qui ſalua ciuitate exul erat. Cicero in oratione pro A. Cecinna, non adimitur exuli ciuitas, ſed ab eis relinquitur, inquit, atq. deponitur. Nam cum ex noſtro iure duarum ciuitatum nemo eſſe poſſit, tum amittitur hæc ciuitas: deniq. cum is qui profugit, receptus eſt in exilium, hoc eſt in aliam ciuitatem. Ouidius quoque cum ſe relegatum eſſe diceret, ita ſe verſib. conſolatur:

[b l. ſed & ſi quis in pri. ſi quis cau.]

Ira

Ira quidem moderata tua eſt, vitamq. dediſti:
Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abeſt.
Nec mea conceſſa eſt aliis fortuna, nec exul
Edicti verbis nominor ipſe tui.
Arua relegatum iuſſiſti viſere Ponti.
Et Scythicum profuga ſindere puppe fretum.

Alio tamen loco exulem ſe, quod notius nomen eſt, appellat:

Vade, libro illi ait, ſed incultus, qualẽ decet exulis eſſe:
Infelix habitum temporis huius habe.

Paulus quoq. libro 15. ad edictum ſcribit, [a] publicum & capitale iudiciũ eſſe, ex quo pœna, mors aut exilium eſt, hoc eſt aquæ & ignis interdictio. per has enim pœ-" nas eximitur, inquit, caput de ciuitate: nam cetera non" exilia, ſed relegationes proprie dicuntur. Hanc rem do-" ctiſſime, vt omnia, præceptor noſter explicat lib 1. πα-" ρέργων [b] Quod vero dicitur, Quò ergo hæc exceptio damnato? eleganter dictum eſt. vt apud Ciceronẽ: Martis vero ſignum, quò mihi pacis auctori? & emendandum eſt hoc pacto aliquot iuriſconſultorũ locis. Vlpianus lib. 39. ad edictum.[c] Cum enim poſſit ſecundum ta-" bulas habere poſſeſſionem, quò bonum eſt ei contra ta-" bulas dari? Idem lib. 40. [d] Quò enim bonum eſt eis fa-" uere, vt partem faciant nihil habituris? Scæuola libro" ſingulari quæſtionum publice tractatar. Si duo rei ſint" ſtipulandi, & alter alterum heredem ſcripſit: videndum," an confundatur obligatio. placet non confundi. quò bo-" num eſt hoc dicere? quod ſi intendat dari ſibi oportere," & cetera. Caius lib. 9. ad edictum prouinciale: [f] Quò" enim bonum eſt expectare conditionem, vel diem? cum" in ea cauſa ſit prior iſte debitor, vt omnimodo ipſe debeat ſuſcipere actionem? Hęc omnia ne in Norico quidem lib. recte ſcripta ſunt. Sub titulo De dolo malo, miror 7. capitis[g] initium Haloandrum nulla de cauſa mutaſſe. Itaq. ſcribendum eſt vt Florentiæ, & in Lugdunenſib. antiquiorib. eſt. Hoc enim ſic accipimus, carere do-" lo emptorem, vt ex empto teneri non poſſit: aut nul-" lam eſſe venditionem, ſi in hoc ipſo, vt venderet, cir-" cumſcriptus eſt. Et quod minor proponitur, non inducit in integrum reſtitutionem. nam aduerſus manumiſ-

a l. ij. de pub. iud.

b cap. 15.

c l. 3. §. ſi quis ex liberis. de bo. poſ. con. tab.

d l. ſi poſt mortem. §. liberi. e.

e l. ſi duo rei. de ſolu.

f l. aliquando. in fin. ad S.C. Vel.

g l. & eleganter. in prin. de dolo malo.

„ ſum nulla in integrum reſtitutio poteſt locum habere. „ Communis ille error cum multis eſt ſub titulo De receptis: aNon cogetur arbiter ſententiam dicere, niſi pœna compromiſſa ſit.eſt enim Florentiæ,Si pœna cõmiſſa ſit. vt capite 34. [b] Semel commiſſa pœna ſolui compromiſſum,rectius puto dici:Quod ſi compromiſſum ſoluitur, cum arbitrio nihil eſt quod agatur. Sub titulo de ſeruitutib. prædior.ruſticor.31.caput [c] ita Haloander edidit: Tria prædia continua trium dominorum obiecta erant. vnius prædij dominus ex ſuo fundo in imum fundum ſeruitutem aquæ quęſierat,|& per medium fundum domino concedente in ſuum agrum „ ducebat. Florentiæ vero eſt: Iulianus libro ſecundo ex „ Minicio. Tria prædia continua trium dominor. adie- „ cta erant. imi prædij dominus ex ſummo fundo imo „ fundo ſeruitutem, aquæ quæſierat. hoc toti ſententiæ „ aptum eſt,vt Accurſius intellexit. neq; enim is qui ſer- „ uitutem quæſierat, ſummi fundi dominus erat, quem „ poſtea emiſſe dicitur: ſed imi,in quem ſeruitutem adquiſiuerit. Sub titulo Communia prædior.caput 10.ita „ ſcribendum eſt: [d] Quidquid venditor ſeruitutis nomi- „ ne ſibi recipere vult, nominatim recipi oportet. Nam „ illa generalis receptio, Quibus eſt ſeruitutis,vtique eſt: „ ad extraneos pertinet, nihil proſpicit venditori ad iu- „ ra eius conſeruanda.nulla enim habuit: quia nemo ipſe „ ſibi ſeruitutem debet.Illa verba,Vtique eſt,quæ ſignifi- „ cant, & vt eſt,minus percepta fecerunt,vt variis modis caput hoc ſcriptum ſit. Similis error eſt ca.1. de minorib.item de aleæ luſu.Vtiq; quæ ea res erit,animaduertam.ſcribendum enim eſt,Vti quæque res erit,animaduertam.Librariorum error eſſe videtur, vt præſentiam pro pœnitentia, Haloander ſcriberet,ca.11.ad extremũ de interrogationib. in iure faciendis, [e] in Tuſco libro ita ſcriptum eſt: Celſus ſcribit,licere reſponſi pœnitere, „ ſi nulla captio ex eius pœnitentia ſit actoris. Sub titulo „ de rebus creditis,[f]male fiduciariam hæreditatẽ in fidei- „ commiſſariam mutauit, etſi eadẽ ſignificatio ſit.Sed ta- „ men illud elegantius eſt,& ab Haloandro ſcriptum ſub titulo ad S.C.Trebellianũ[g]qua de re eleganter Budæus & Alciatus noſter ſcripſerũt. [h]capite quinto cõmodati,[i] ſcriben-

a l. non diſtinguemus de receptis.
b l.ſi duo. in fi.eo.
c l. tria prędia. de ſer. præ.ruſt.

d l.quidquid com.præ.
l. j.de mino.
l. j. de aleæ. luſu.
e l.de ætate. in fi. de interroga.
f l.certi conditio. ver. ſed & ſi. de reb.cred.
g l. Seius Saturnius iu.l.ſi poſtulante. in fi.ad S. C. Treb.
h Al. ca.vlt. parer. Bud.l. ij.de ori.iur.
i l.ſi vt certo. §.ſi me.commo.

ſcribendum eſt: Si me rogaueris, vt ſeruum tibi cum "
lance commodarem, & ſeruus lancem perdiderit. Car- "
tilius ait periculum ad te reſpicere: nam & lãcem vide- "
ri commodatam, quare culpam in eam quoq; præſtan- "
dam. Cartilij nomen numquam editum hoc loco opinor, quoniam Florentiæ duo illa verba (Cartilius ait) ita circunſcripta ſunt, vt ea illic ſolent, quæ repudiantur. repudiata autem eſſe arbitror, quòd numquam in id iureconſulti nomen incidiſſent. ego vero id Florentiæ reperi apud Proculum libro 2. Epiſtularum. a Fuit enim Proculus ita interrogatus: Cornelius & Mæuius
vter eorum volet heres eſto: vterq; vult: Trebatius neu- "
trum fore heredem, Cartilius vtrumq; tu cui adſentia- "
ris? Proculus: Cartilio adſentio. vulgo tamen Carfi- "
lius ſcribitur. Culpam vero præſtare. quod Haloander "
omiſit, eleganter dictum eſt. vt à Cicerone: Perge vero Craſſe, iſtam enim culpam quam vereris, ego præſtabo. Recte autem Alciatus noſter lib. 2. παρέργων ait, apud Scæuolam libro 5. Digeſtorum b ſcriptum eſſe, inſtrumentum à ſe traditum auctoritatis exhiberet. quãuis in Norico libr. ſit auctionis, in aliis actori. Nam qui vendit, auctoritatis nomine tenetur. vnde ſi alienam rẽ mihi tradideris, & ego eam pro derelicto habuero, amiſi auctoritatem, id eſt actionẽ pro euictione, vt Venuleius ſcribit. [c] & hac etiam de cauſa fideiuſſor ob euictionem datus, auctor ſecundus ab Vlpiano dicitur: [d] quod Nouella quoq; 4. traditur, & ſi barbarus interpres eum confirmatorem appellet. [e] Hoc etiam auctoritatis nomen Imperatoris aut Præſidis litteris, in multis conſtitutionib. reperiri ſcio. [f] quod etiam in Theodoſiano codice inueniri, præceptor noſter auctor eſt. Sub titulo Pro ſocio, non recte ſcribitur: [g] diſſolui ſocietatem maxima capitis deminutione. Sed in Etruſco libro eſt. Diſ- "
ſociamur renuntiatione, morte, capitis minutione, & "
egeſtate. quod verſum Græcè apud Conſtantinum re- "
peritur lib. 3. titulo 10, & Caius poſteriore libro Inſti- "
tutionum ſcribit: [h] Diſſoluitur ergo ſocietas aut morte
vnius ſocij, aut contraria voluntate, aut capitis demi- "
nutione: id eſt ſi vnus ex ſociis, ſicut frequenter ſuprà, "
inquit, diximus, quamquam quid opus eſt alienis teſti- "

a l. Cornelius. de here. inſti.

b l. vlt. de pigno. act. Alci. lib. ij. c. 9. paret.

c l. vlti. de euic.

d l. illud. eo.

e authent. de fideiu. §. ſed neque.

f l. vlt. C. de fabri. lib. xj. l. vlti. de venden. reb. ciu. l. diligenter. de aquædu. l. ſi quis auctoritate. de omni agr. de li. ij.

g l. ſocietatẽ. pro ſo.

h titulo. de obligatio.

a l. verū est. in fi. pro so.

moniis? hæc sunt Vlpiani verba libr.31. ad edictum: „Siue homines, siue res, siue voluntas, siue actio interie„rit, distrahi videtur societas. Intereunt autem homine„quidem maxima aut media capitis diminutione, au morte. Apud eundem Vlpianum libro 38. ad Sabinum [b] ita Florentiæ scriptum est: Si auersione vinum venit custodia tantum præstanda est. Tamen Haloander, noi tantum scripsit. Sed diu multumq; dubitaui, quid auersione vendere aut locare significaret. in eam tādem ve neram opinionem, vt crederem cum non explicaretu res quę gerebatur, satis auersione dici id fieri. Sed communicata cum Lęlio nostro opinione mea, cum numerus, mensura, aut pondus dictum non est, aut quid aliud quod his simile sit, auersione locatam aut vendi„tam rem dici existimo Labeo libro 1. Pithanon à Paulc „epitomator. [c] Si conduxisti nauem amphorarum duo„milium, & ibi Amphoras portasti, pro duobus milibu„amphorarum pretium debes. Hęc verba Labeonis Paulus ita notat: Immo si auersione (inquit) nauis conducta est, pro duobus milibus debetur merces: si prc „numero impositarum amphorarum merces constituta „est, contrà se habet. Auersionem numero opponit, ex quo constat nauem totam, quæ duum milium amphorarum esse dicebatur, conductam, pretio non in singu„las amphoras constituto. Sic Florentinum quoq; inter„pretor, cap.36. locati: [d] Opus, quod auersione locatum „est, donec adprobetur, conductoris periculum est. Quod „vero ita conductum sit, vt in pedes mensurasve præ„stetur: eatenus conductoris periculo est, quatenus ad„mensum non sit. si opus faciendum locatur, si quidem „in pedes singulos, aut certos, pretium constitutum est: „antequam admetiatur, quod factum est, opificis peri„culum est. si vero totum vno pretio constet, donec ad„probatur. Vlpianus libro 28. ad edictum: [e] Exercitorem „autem eum dicimus, ad quem obuentiones & reditus „omnes perueniunt: siue is dominus nauis sit, siue à do„mino nauem per auersionem conduxit, vel ad tempus, „vel in perpetuum. Per auersionem intelligo, siue vt ex „Labeone & Paulo dictum est, vt totam conduxerit, non vt in singulas amphoras, aut res importatas mercedem

b l. si quis vina. §. si auersione. de per. & com. rei. ven.

c l. vlt. in fin. de lege Rhodia.

d l. opus. locap.

e l. j. §. exercitorem. de exer. act.

dem det:siue ita,vt domino non singulor.dier. aut mẽsium lucrum soluat, sed certa mercede constituta, ad conductorem fructus pertineant, ad nauis dominum merces. Sic Haloander Nouella 64. a cum Iustinianus de hortulandi fraude quereretur, qui hortor. domino, cum alicui de suis hortos locat, non diligenter olera æstimat: at cum redduntur, hortulano diligentissime minutissima quæque persequitur. Haloander inquam, addit de suo, celebrare eum veluti per auersionem priori casu æstimationem. Auersione fieri venditionem existimat Lælius noster, cuius sententiam probamus, cap. 35. de contrahenda emptione: [b] "In his quæ pondere, numero, mensuráve (inquit Caius) constant, veluti frumento, vino, oleo, argento, modo ea seruantur, quæ in ceteris, vt simulatque de pretio conuenerit videatur perfecta venditio: modo vt etiam si de pretio conuenerit non tamen aliter videatur perfecta venditio, quàm si admensa, adpensa, adnumeratáve sint. Nam si omne vinum, vel oleum, vel frumentum. vel argentum quantumcunque esset, pretio venierit, idem iuris est, quod in ceteris rebus. Hanc esse auersione venditionem factam existimamus. opponitur enim, quòd si vinum ita venierit, vt in singulas amphoras: item oleum, vt in singulas metretas: item frumentum, vt in singulos modios: item argentum, vt in singulas libras certum pretium diceretur. De quibus ait tunc perfici emptionem cum adnumerata, admensa, adpensáve sint. Sed & si non in singula dicatur, sed in certum mensurar. numerum, idem dicendum est. [c] Imperator quoq; Alexander constituit: [d] cum conuenit, vt singulæ amphoræ vini certo pretio veneant, ante quàm tradantur, imperfecta etiam tum venditione, periculum vini mutari, emptoris, qui moram mensuræ faciendæ non interposuit, non fuit. cum autem vniuersum, quod in horreis erat positum, venisse sine mensura, & claues emptoribus traditas allegas, post perfectam venditionem, quod vino mutato damnum accidit, ad emptorem pertinet. Hoc ipsum de auersione dicitur: [e] "Res in auersione empta, si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinebit, eam si res adsignata non sit. Nam quod de cla-

a Noue. de hortula.

b l. quod sæpe. §. in his. de cõt. emp.

c e. l. §. sed etsi.

d l. ij. C. de peric. & cõ. rei ven.

e l. qui officij. de cont. empt.

uibus in Alexandri constitutione additur, quoniam ita euenetat, dictum est. idq; Accursio Placet, & Vlpianus similem interpretationem senatusconsulti facit sub titulo de hereditatis petitione. [a] Et hac de causa Lælius noster existimat auersionem dictam esse, quòd periculum auertat emptor aut cōductor à venditore aut domino, idq; in se recipiat, etiam si verbis expressum non sit, in quo Accursius decipitur. Huic nominis rationi, quod nihil melius inuenerim, assentior. sed siue hac de causa, siue alia iurisconsulti hoc dicendi genere vtantur, neq; enim alios vsos arbitror: quid eo significetur, diximus. Et vt ad Vlpianum reuertamur, [b] ita existimamus, Sabini hæc verba esse: Si auersione vinum venit, custodia tantum prestanda est. quæ sententia explicata mihi esse videtur, cum ab eodem Vlpiano dicitur: [c] Et ante mensuram periculo liberatur, si non ad mensuram vendidit, sed forte amphoras, vel etiam singula dolia. Amphora autem hoc loco vas significat, vt dolium, non mensuram, vt in aliis. [d] Vlpiani autem verba esse arbitror illa: Ex hoc apparet, si non ita vinum venit, vt degustaretur, neq; acorem, neq; mucorem venditorem præstare debere, sed omne periculum ad emptorem pertinere. Vt enim libro primo scripsimus, Vlpiani ad Sabinum libri, è quib. hæc sumpta sunt, interpretationes Sabinianor. libror. esse videntur, sic etiam caput primum de periculo quod ex eodem libro est interpretamur, vt prima verba Sabini sint: Si vinum venditum acuerit, vel quid aliud vitij sustinuerit, emptoris erit damnum. Vlpiani verò hæc: sed si venditor se periculo subiecit, & cetera. quib. excipit, vt opinor, è Sabini sententia eos casus. Sed & hoc loco, quo de agimus, Sabini esse existimo, quæ sequuntur: [e] Vino autem per auersionem vendito, finis custodiæ est auehendi tempus. Vlpiani cetera. Itaque arbitror ea verba, Ex hoc apparet addidisse, vt ostēderet iniquitatem Sabini sententiæ, si tam latè paterent eius verba. Ipsum vero censuisse opinor, etiam si auersione vinum venierit, antequam degustetur, vēditoris periculum esse. Hæc tamen opinio nō satis certa est: sed hoc mihi probabile in tantis Accursianor. tenebris esse videbatur. Africani quoq; verba nescio an hac in-

terpre-

[a] l. item veniunt. §. ait senatus de her. pet.

[b] d. l. si quis vina. §. si auersione. de per. & com.

[c] l. j. §. sed & custodiā. eo.

[d] vide libr. ij. c. vlt.

l. j. in pri. eo.

[e] d. l. si quis vina. in fi.

terpretationem accipiant cap.35. locati[a] vt auersione locatam insulam intelligamus, cùm non in singulos habitationis dies: an vt nõ in singula cænacula domus. locata sit. illud certum est, oneris auersi actionem [b] nihil cum his reb. commune habere. est enim surripere, auertere rem, aut ea abuti. Vlpianus libr. 29. ad edictum:[c] "Sed & si mercem perire passus est, aut eã auertit, aut vilioris data opera distraxit, vel si ab emptorib. pretium non exegerit: dicendum erit, teneri eum tributoria, si dolus interuenit." quæ verba non recte Haloander scripsit. Ita etiam intellingeda est 5. constitutio sub titulo de nauiculariis, [d] quam Accursius ad auersionem quoq; pertinere posse putat: quod ipse probare non possum: Ceterum quod in Norico libro scribendum esse dicimus Tantum, non tamen: contrà in multis libris fiat oportet, sub titulo si quis ius dicenti non obtemperauerit.[e] Florentiæ enim est, vt in Norico libro: "Omnibus magistratib. non tamen duumuiris, secundum ius potestatis suæ, concessum est iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio. Scribunt alij, vel Accursio teste, nõ tantum duumuiris. Sed cum hi municipales magistratus sint, [f] neq; iudicationem habeant, multam indicere non possunt. [g] Sed hæc alij accuratius. Facile autem in his erratur ob librario. notas, quas iure Iustinianus trib. constitutionibus persequitur. Hæc in trib. Digestor. patrib. emendanda esse potissimum censemus.

a l. & hæc. locati.
b l. in naue. eod.
c l. illud. §. sed etsi. de trib. act.
d l. qui fiscales. C. de nauic. libr. 11.
e l. vn. si quis ius. di. non ob.
f l. dies. §. si forte de da. inf.
g l. ij. in fin. de iud. l. aliud. in fi. de verb. sig.

Quæ secunda parte Digestor. Noricor. qua quarta & quinta Iustiniani Pandectar. pars continetur emendanda sunt. VII.

ERrorem ita definit Labeo, "pusillum fugitiuum esse & ex diuerso fugitiuum magnum errorem esse: sed proprie errorem sic (inquit Vlpianus) [h] definimus, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, & temporibus in res nugatorias consumptis serius domum redit. fugitiuo & erroni similes sunt emansores,"

h l. quid sit fugitiuus. §. erronem. de ædil. edict.

„& desertores milites. Est enim emansor, qui diu vagatus ad castra regreditur: desertor est, qui per prolixum tempus vagatus reducitur.[a] ideoque Menander ait,[b] leuius delictum emansionis habetur, vt erronis in seruis: desertionis grauius, vt in fugitiuis. Est tamen in erronis nomine aliquot locis erratum in Norico quoq; libro quamquam ne superiora quidem recte scripta sunt,
„Vlpianus scribit.[c] Hoc autem, quòd deterior factus
„est seruus, non solum ad corpus, sed etiam ad animi
„vitia referendum est. vtputa, si imitatione conseruo-
„rum apud emptorem talis factus est, aleator forte, vel
„vinarius, vel erro euasit. erroneum alij scribunt. Idem
„Vlpianus alio loco ait.[d] Is quoq; deteriorem facit, qui
„seruo persuadet, vt iniuriam faceret, vel furtum vel fu-
„geret, vel alienum seruum vt solicitaret, vel vt pecu-
„lium intricaret, aut amator existeret, vel erro, vel ma-
„lis artib. esset deditus, vel in spectaculis nimius, vel se-
„ditiosus. In aliis libris scriptum est, vel errori. In Basi-
„liensi autem solo erratum est ca. 4. de ædilicio edicto.[f]
sic enim scribitur: & ideo nominatim de errore & fugitiuo excipitur, scribendum est, de errone. Idem error
„est in Tusco lib. cap. 32. de euictionibus[f] Cum quis sti-
„pulatur fugitiuum non esse, errorem non esse, &c. quæ
ex edicto ædilium curulium promittuntur. & erronem scribendum esse, nemo non videt. In vna etiam littera erratum est in alio nomine sub eodem titulo.[g] Si
„ideo, inquit Vlpianus, contra emptorem iudicatum est,
„quod defuit: non committitur stipulatio. magis enim
„propter absentiam victus videtur, quàm quòd malam
„causam habuit. Vulgo vero, euictus videtur, scribitur.
Sub titulo de pactis dotalib. ca. 26.[h] scribatur: Conuenit, vt mulier viri sumptib. quoquo iret, veheretur. atq; ideo mulier pactum ad litteras viri secuta: prouinciam, in qua cētyrio merebat, petit. Centyrio pro Centurione hic Florentiæ est, & sub titulo de vulgari, vt apud veteres Sylla & Sulla. Illa vero verba, Quoquò iret vehe retur, multis modis scripta sunt. neq; enim intelligebāt conuenisse, vt quoquò iret, sumptibus viri veheretur. hoc est, siue in prouinciam, siue Romam, siue alio iret, itineris sumptus maritus impenderet. Merebat quoque scriben-

a l. desertorem. §. emāsor. de re mili.
b l. qui cum vno. §. edicta. eo.
c l. ædiles etiā. §. Pedius. de æd. ed.
d l. j. in fine de seruo corr.
e l. ob quæ vitia. de æd. ed.
f l. quia dicitur. de euic.
g l. si ideo. e.
h l. inter socerū. §. conuenit. de pa. dot.
i l. centurio de vulg.

ſcribendum eſt, non morabatur. nam milites ſtipendia merere dicũtur, dum militant.[a] Idem verbum mendoſe ſcriptum eſt capite tertio de donationib. inter virum.[b] Sic enim Florentiæ eſt: Si ſenatoris filia libertino cõtra ſenatuſconſultũ nupſerit, vel prouincialis mulier ei qui ibi meret, contra mandata, valebit donatio, quia nuptiæ non ſunt. Mandatis autem milites prohibebantur in ea prouincia, in qua ſtipendia mererent, vxorem ducere.[c] ad Centurionem reuertamur, quem Accurſius maritum eſſe non putat: ſed non minus fallitur, quàm cum verbum, Petit non ad prouinciam, ſed ad principem refert, cuius hic mentio nulla. Meret itaque vtroque loco ſcribendum eſt, non moretur, aut maneret, vt alij ſcribunt. Non minus eleganter emendandum eſt caput 2. Soluto matrimonio, in quo in Noricis, vt opinor, ſolis libris ſcribitur:[d] Ceterum ſi pater ſolus iuſſit, dotis actio filię non erit adempta, quandocunque ſui iuris filia fuerit facta. Sed Florentiæ quandoque eſt, non quandocunque vt etiam ca.6.[e] Hi reſtituendi ſunt quandoq; diuortio facto. recte autem vtroq; loco Accurſius quãdocumque interpretatur. Item cap.6. de tributoria.[f] Non enim hæc actio (inquit Paulus) ſicut de peculio, occupantis meliorem cauſam facit: ſed æqualem conditionem quandoque agentium. In quo etiam Haloander ſolus Quandocumque ſcripſit. In omnib. libris mendoſum eſt primum caput ſub titulo De adſignandis libertis. Florentiæ recte hoc pacto: Vlpianus libro quartodecimo ad Sabinum. Senatuſconſulto, quod factum eſt Claudianis temporib. Velleo Rufo, & Hoſterio Scapula conſulib. de adſignandis libertis in hæc verba cauetur. Si quis duos pluréſve liberos iuſtis nuptiis quæſitos in poteſtate haberet, de liberto libertáve ſua ſignificaſſet, cuius ex liberis ſuis eum libertum, eámue libertam eſſe vellet: is, eáve, quandoque is qui eum eámve manumiſit inter viuos, vel teſtamento, in ciuitate eſſe deſiſſet, ſolus ei patronus, ſoláve patrona eſſet. Vulgo in conſulum nomine non hic ſolum, ſed & lib.3. Inſtitutionum[g] erratũ eſt. Et pro quandoque alij quãdo, alij cũ, ſcribunt. In eodem lib. Inſtitutionum ſub titulo. Quib. modis re contrahitur obligatio[h], ita ſcribendum eſt, vt in duob.

a l. miles. in pr. l. itẽ miles. de re iu.
b l. 3. §. j. de donat. inter vir. & vxo.
c l. prefectus. l. eos, de ritu nu.
d l. 2. §. j. solu. mat.
e l. ſi ante. eod.
f l. non enim de trib. act.
l. j. in pri. de adſ. lib.
g inſt. eo. in fi.
h inſt. qui. mod. re cõt. ob. in pri.

libris in Albornotiana nostra bibliotheca habetur: Quas res aut numerando, aut metiendo, aut adpendendo in hoc damus, vt accipientium fiant, & quandoque nobis non eædem res, sed aliæ eiusdem naturæ & qualitatis reddantur. Inde etiam mutuum appellatum est: hoc est, quandocumque reddenda est, ita reddatur. Sic apud Caium scribitur: [a] Quia in hoc dantur, vt eas » maritus ad arbitrium suum distrahat. & quandoq; solu- » to matrimonio eiusdem generis & qualitatis restituat, » vel ipse, vel heres eius. & alio loco: [b] Si vini, olei, fru- » menti, vsusfructus legatus erit, proprietas ad legata- » rium transferri debet: & ab eo cautio desideranda est, vt quandoque is mortuus, aut capite deminutus sit, eiusdem qualitatis res restituatur. quo etiam loco quidam quandocumque. Haloander, quandoq; cum is, scripsit. Sed ille Institutionum locus huius nominis ignoratione multor. manus passus est. cum enim multi quãdoq; aliquando interpretarentur, maluerunt quoniam scribere: & redduntur, non reddantur. iidem non recte separarunt eam sententiam. [c] Alij recte quidem scribunt, quandoq;. sed non recte aliquo tempore illic atq; superioribus locis interpretantur. [d] Nostra scriptura & interpretatio confirmari potest Caij verbis lib. 2. Au- » reor. [e] Quas res, inquit, in hoc damus, vt fiant acci- » pientis, postea alias recepturi eiusdem generis & quali- » tatis. & libro posteriore Institutionum, titulo de Obligationib. Quæ omnia numerando, aut pensando, aut metiendo, ad hoc damus, vt eor. fiant qui ea accipiunt, & ad nos statuto tempore nõ ipsę res, sed alię eius naturæ, quales datæ sunt, atq; ipsius ponderis numeratę, vel mẽsuratæ, reddantur. Propter quod mutuum appellatum est, quasi à me tibi ita datum sit, vt ex meo tuum fieret. » Est autem ille Institutionum locus ex his duob. Caij ac- » ceptus, vt alia permulta. [f] Adde Pauli verba lib. 28. ad » edictum: [g] Mutuum damus recepturi non eandem spe- » ciem, quam dedimus. alioquin commodatum erit, aut depositum, sed idem genus. Vt vero quandoq; pro quãdocunq; accipiatur à grammaticis veterib. obseruatum est, [h] & nuper à Victorio erudito viro traditum, quibusdam placere Horatianum carmen ita interpretari. Indi-

[a] l. res in dotem. de iure dot.
[b] l. si vini. de vsufr. ea. rer.
[c] Halo. in insti. Alci. l. ij. si cert. petat.
[d] Deci. d. l. 2.
[e] l. j. in pri. de obli. & actio.
[f] §. quas ex omnib. in procæ. inst.
[g] d. l. 2. de reb. cre.
[h] Prisc. li. 17.

Indignor quandoque bonus dormitat Homerus. Sed & Haloander multa Digeſtor. loca rectè ſcripſit.[a] Vbique etiam pro vbicunq; à Iauoleno vſurpatur.[b] In lege (inquit) fundi vendundi lapidicinæ in eo fundo vbique eſſent, exceptæ erant, &c. & ſi hoc quoque loco mendum in omnib. libris ſit. Sub eodem titulo ſoluto matrimonio. 7. capite[c] ſcribendum eſt: Puto autem, ſi arbores cæduæ fuerunt, vel gremiales, dici oportet in fructu cedere. Nam Vlpianus quoque ita ſcripſit,[d] nec ſarmenta ligni appellatione contineri: ſed ſi voluntas non refragatur, & virgulæ, & gremia, & ſarmenta, & ſuperamenta materiarum, & vitium ſtirpes atq; radices continebuntur. Vterque locus mendoſus in omnib. libris habetur, in Norico tamen minus male, cremia & cremiales, quàm in ceteris germina, & germinales: quamuis Accurſius veram quoque ſcripturam referat. Quid vero hoc verbum ſignificet, ex his Collumellæ verbis, quæ lib. 12. de Re ruſtica ſcripſit, cognoſcemus: Muſtum, inquit, in vaſa defrutaria deferemus, leuique primum igne ex tenuib. admodum lignis, quæ gremia ruſtici appellant, fornacem incendemus, vt ex commodo muſtum ferueat. Ita intelligendum eſt illud Dauidis carmen,[e] Et oſſa mea ſicut gremium aruerunt. Cuius nominis rationem in quadam Politiani ad Bologninum epiſtula legi: à Græcis iuriſconſultis tradi, vt quòd gremio ruſtici ad comburendum ea ferant, gremia, gremialéſque arbores dicantur. At illi, qui cremia ſcribunt, à cremando deducere videntur, quod mihi magis probatur. & ſi Florentinam ſcripturam ſequêdam putem, à Græcis id φρύγιον dicitur. Sed reliqua videamus. Sub eodem titulo, cum de ſæuitia viri in dotales ſeruos Vlpianus tractat, ita ſcribit.[f] & ſi quidem tantum in ſeruos vxoris ſæuus fuit, conſtat eum teneri hoc nomine: ſi vero & in ſuos eſt natura talis, adhuc dicendum eſt immoderatam eius ſæuitiam hoc iudicio coërcendam. Alij naturalis, pro natura talis, neſcio qua ratione ſcripſerunt: Haloander, licet natura. verba Vlpiani apertiſſima ſunt. Sub titulo de adminiſtratione & periculo tutorum apud Thryphoninum,[g] non dempta actio, neque exactio, ſed deprecatio ſcribi de-

a l. neque leges. l. ideo. de legi. l. ſi adrogator. de ado. l. j l. 3. quod quiſ. iur. l. non idcirco. de iu. l. 2. de her. vel ac. ven. l. ſi & per emptorem. de actio. empti. l. ſi ſocer. ſol. mat. l. ſi mulier. de iure dot. l. j. de aqua cott. l. tutor. §. ſi deponi. de admi. tut.

b l. in lege. de con. emp.

c l. fructus eos. §. ſi fundũ. ſol. mat.

d l. ligni. § lignis. de lega. 3.

e Pſal. 102.

f l. ſi conſtãt. §. ſi maritus. ſol. mat.

g l. tres tutores. in pri. de admi. tut.

„bet. Sic enim Florentiæ eſt : Non eſt propterea cæteris „pœnæ deprecatio, quod ab vno iam exacta eſt. Idem „alio loco ait :[a] Vtique nulla deprecatio adulterij pœ„næ eſt, ſi ſe minor annis adulterum fateatur. Et aliis lo„cis alij iuriſconſulti hoc verbo, quod rhetorũ eſt, vtun„tur. [b] Cicero deprecationem ita definit : Deprecatio eſt. in qua non defenſio facti. ſed ignoſcendi poſtulatio continetur. Illud deinde miror, cur Haloander hæc verba mutauerit apud Vlpianum lib. I. ad Sabinum : [c] Ne furioſus quidem teſtis adhiberi poteſt, cum compos „mentis non ſit. Sed ſi habet intermiſſionem, eo tem„pore adhiberi poteſt: teſtamentum quoq; quod ante fu„rorem conſummauit, valebit, & bonorum poſſeſſio ex „eo teſtamento competit. teſtimonium enim pro teſtamento, in Norico legitur: in aliis recte eſt. Apud Africanum quoq; [d] non recte ſcripſit. Titius & Mæuius ſubſtitutus ſit, quod etiam Accurſio diſplicet: ſed ſcriben„dũ eſt, Titio Mæuius ſubſtitutus ſit. Capite quoq; 7. de „teſtamento militis [e] de ſuo ſcripſit, Vel cum prægnantem ſcierit: pro quibus Florentiæ eſt, vel non fuit præ„gnas. ſic enim ſemper ferè ſcribitur, non prægnans. Ca„put 23. vel vt Florentiæ eſt, 22. de auro argento & cete„ris legatis, [f] ita illic ſcribitur : Vlpianus libro vicenſi„mo ſecundo ad Sabinum. Veſtimentum, id eſt, quod de„textum eſt, & ſi defectum non ſit, id eſt, ſi ſit cõſumma„tum. quod in tela eſt nondum pertextum, vel detextũ, „contextum appellatur. Quiſquis igitur veſtem legaue„rit, neque ſtamen, neq; ſubtegmen legato continebitur. Hæc ita, exceptis interpunctionib. Florentiæ. Videtur Vlpianus his verbis nullam differẽtiam inter detextum & pertextum conſtituere. Nam vt idem alio loco ait, præpoſitio De, auget in depoſito. [g] erit itaque vtrumq; conſummatum. quod ad textrinam attinet, etſi nõdum defectum : quod neſcio ad textorem, an ad ſarcinatorem pertineat. contextum vero, quod nondum pertextum eſt, ſed potius ſtamen & ſubtegmen, quæ telæ initia ſunt. Veſte itaque aut veſtimento, nihil enim intereſt, [h] legatis, nondum conſummata non continetur : prætexta, etiam ſi defecta non ſit, aut à textore è filis quib. tenetur, aut ab alio poſtea in veſtis vſum

a l. auxilium, §. ſed vt. de mino.

b l. quid ſit fugitiuus. §. idem Viuia. de æd. ed. l. ij. de his qui ſui.

c l. qui teſtamento. §. quę autem. qui teſt. fa. po.

d l. ſi poſthumus. §. quod vulgo. de li. & poſthu.

e l. qui iure de teſt. mili.

f l. veſtimentum. de auro arg. le.

g l. j. de poſ.

h l. veſtis. l. inter veſtẽ. de auro ar. leg.

vſum conciſa & conſuta, veſtis appellatione continetur. Ego vero aliquando exiſtimaui, veſtimentum ab Iuſtiniano appellari, quod nondum detextum eſt. lib. 2. Inſtitutionum. [a] cum de eo tractat, qui alienam purpuram veſtimento ſuo intexuit, & prætextam ſibi faciendam curauit. nunc vero eam opinionem neq; ſatis probare, neq; improbare poſſum. Venio nunc ad Modeſtini ſub titulo de liberatione legata, [b] reſponſum, & illa verba, Cauſa perlata Modeſtinus reſpondit, maximum mendum habere in omnib. libris deprehendimus. Refertur enim illic teſtamenti pars, qua hæc verba ſcripta fuerant: Et abſoluo ei, & libero ex pignoribus eius domum & poſſeſſionem Caperlatam. Id enim nomẽ poſſeſſionis erat, vel Accurſio teſte. ſed ex Caperlata Camperlatam fecerunt librarij: vnde notis vſi, Cauſa perlata. Doctiſſimum quoque quendam virum eſſe audio, qui cum prolatis ſcribat, Plautino verſu in Captiuis motus.

Vbi res prolatæ ſunt, cum rus homines eunt,

Sed hæc vt ingenioſa emendatio eſt, ſic etiam à Modeſtino aliena. Apud Pomponium lib. II. Epiſtular. [c] expreſſum pro expenſo Haloander non recte edidit. eſt enim Florentiæ: Vt neque ſubtraxerit quid ex his quæ acceperit, neque expenſum rationib. præſcripſerat, quod non dederat. Præſcripſerit tamen ſcribendum arbitror. Apud Marcianum, [d] nominib. non hominib. ſcribatur in omnib. libris oportet. Vt idoneis (inquit) nominib. collocetur pecunia, ad curam ſuam reuocaturum præſidem prouinciæ. Capite vero 37. ad S.C. Trebellianum, [e] ex vnius litteræ in Florentino libro errore duorum verbor. mendum ad omnes libros peruenit. Sic igitur Florentiæ eſt: Nec ſe quidem auctore pupillum reſtituere potuiſſe hæreditatem, Diuus Seuerus in perſonam Arri Honorati pupilli decreuit, qui Aprio Antonino patruo & tutori ſuo reſtituerat. Sciendum eſt, Florentiæ omnia verba eſſe coniuncta, paribuſque literis omnia conſcripta, exceptis ſingulorum capitum initiis. vnde mirandum non eſt, ſi vna littera addita, Quia prior, pro Qui Aprio, ſcripſerunt: ex quo Haloander, qui Prior fecit. Nos qui Arrio

[a] §. ſi tamen. de rer. diu. in inſt.

[b] l. Aurelio. in pri. de lib. leg.

[c] l. qui ſub conditione. de con. & de.

[d] l. diui. ad l. Falc.

[e] l. reſtituta. in fin. ad S.C. Treb.

ſcribendum eſſe cenſemus,nomẽ pupilli ſecuti,& erroris librarij vſum, non multum ab huius capitis ſententia diſceſſerimus:neque à noſtro emendandi inſtituto,ſi ſub titulo de auctoritate tutorũ mendum indicauerimus,quod facilem cognitu ſententiam occultat, li. primo Inſtitutionum, [a] Negat Iuſtinianus pupillũ hereditatem adire, bonor. poſſeſſionem petere,fideicõmiſſum hereditatis ſuſcipere poſſe,quamuis lucroſa ſit, nec vllum damnum habeat, ſine tutoris auctoritate. Vulgo vero,ne vllum damnum habeat,ſcribunt, aduerſus Imperatoris ſententiam. Hoc ita emendare audeo, auctoritate Theophili ductus, & duor. libror. Albornotianæ noſtræ bibliothecæ. Arri autem Honorati, non Arrij ſupra ſcripſimus, Tuſcos lib.imitati, vt veterem vſum traderemus, qui alterum Inſtitutionũ locum declarare poterit. Item caput 9. De libertis & poſthumis,[b] in quo ita ſcribitur: Rumpit enim his caſib.nepos teſtamentũ, quod moriente auo filij ius penderit, non abſciſſum, vt ſuperiore caſu fuerit. licet Alciatus noſter lib I. Prætermiſſor. atque alij omnes multo aliter ſcribant. Nam vt poëtę teſtes eſſe poſſunt,non ſemper veteres Arrij,Tullij Seruij ſcribebant,ſed Serui,Tulli,Arri crebrò.

Nec ſpes libertatis erat,nec cura peculi. Item.

Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.

Itaq; quod ſub titulo de libertinis in Inſtitutionib dicitur, [c] Omnes libertos nullo nec ætatis manumiſſi, nec domini manumiſſoris, nec in manumiſſionis modo diſcrimine habito, ciuitate Romana decorauimus:domini diſcrimen pro dominij intelligendũ eſt,nõ ætatis domini. Nam, vt Theophilus tradit, neceſſe erat ex iure Quiritium dominum eſſe ſerui, qui manumiſſione vellet eum in ciuitatem Romanã venire:neq; ſatis erat eum in bonis eſſe. Namq; ait alterum naturæ ius eſſe, alterum ciuitatis:eum vero qui vtroq; iure dominus eſſet,pleno iure dominum eſſe. Ex quib. verbis conſtitutio ſingularis intelligitur ſub titulo De nudo iure Quiritium tollendo: [d] & illa veterum vindicandi formula, Hunc ego hominem ex iure Quiritiũ meum eſſe aio: item quæ de pleno iure dominis, multis Digeſtor.locis dicuntur. vnum,exempli cauſa,addam,quod Theophili ſenten-

[a] §.j. inſt. de aucto.tuto.

[b] l. ſi quis poſthumus: de lib. & po.

[c] §. vlt. inſt. de libertin. vbi Theoph.

[d] l. vn. C.de nudo iure Qui.tol. l.vn. C. de vſuc. transf.

ſententiam confirmet. Caius libro primo de manumiſſionib. ſcribit, [a] Generaliter pignori datus ſeruus, ſine « dubio pleno iure debitoris eſt, & iuſtam libertatem ab « eo conſequi poteſt. & poſtea: Sub conditione ſeruus le- « gatus, pendente conditione pleno iure heredis eſt, ſed « nullam libertatem ab eo conſequi poteſt, ne legatario « iniuria fieret. Iuſtam libertatem interpretor ciuitatis « Romanæ: nullam autem, neq. Latinam, neq. Romanam, neq. dediticiam Si quis vero diceret vnam litteram in Inſtitutionum libro deeſſe, & dominij malit, quàm domini ſcribere, me facile non repugnante faceret. Sed quoniam Inſtitutionum ac Theophili mentio facta eſt, & ſecundam Noricor. libror. partem peregimus: in duob. Theophili locis noſtri laboris requiem nonnullam quæramus.

a l. generaliter. qui & à quib.

Theophili in ſeruor. nominib. & in prænominis interpretatione erratum, & ea de re multa. VIII.

THeophilus antiquus ſatis iureconſultus, Iuſtiniani Inſtitutiones Græce vertit, addiditque quaſdam doctas ſanè antiquitatis interpretationes, quo libro nullus extat ad eos Iuſtiniani libros intelligendos aptior. Sed vt in omnib. reb. euenit, in quib. nihil ita perfectum eſt, vt quod ille ait, omni ex parte beatum dici poſſit: ita in his Græcis interpretib. antiquitatis Romanæ periria maior nonnunquam deſideratur. Refertur ab Iuſtiniano Diui Marci reſcriptum ad Pamphilium Rufum libro 3. Inſtitutionum, [b] quo dicitur petiſſe Rufum, vt bona Verginij Valentis, cui nemo ſucceſſor erat, libertatum conſeruandar. cauſa ei addicerentur. Theophilus exiſtimat, Pompilium Rufum ſeruum libertatem Valenris teſtamento conſequi potuiſſe. ego vero didici ex Diocletiani conſtitutione, [c] quam eleganter Alciatus noſter interpretatur, [d] liberum hominem fuiſſe. Cum enim nomini cognomen, quo liberi dumtaxar vtuntur, additum ſit, eum liberū eſſe neceſſe eſt. Itaq. aut creditorem, aut aliū quemcūq. interpreta-

b inſt. de eo cui libe. cau. bo. ad.

c l. cum preçum. C. de li. cau.

d Alc. lib. 5. c. 5. Parado.

ri possumus:quippe cum in ea constitutione, quam hac de re Iustinianus tulit, [a] eadem Marci constitutio refe-ratur, qua cuilibet extraneo id petere permissum esse dicitur. Ignorasse autem hoc. Theophilum, facile cre-dendum est, cum in prænominis & cognominis inter-pretatione maxime fallatur sub titulo de legatis. [b] Cũ enim recte scripsisset nomen esse veluti Titius:cogno-men, quod nomini coniungeretur, vt Pius, aut Super-bus:addit, prænomen χρηματισμὸν dici posse, quod mul-ti appellatiuum dicunt, vt Aeacidem, aut si quod aliud nomen addas, quo alicuius beneficij memoriam con-serues. Melius id Alciatus noster, [c] & Viglius [d] inter-pretati sunt:ex quor.libris nos, & veterum scriptorum obseruatione, quid his de reb.sentiamus, plurib. verbis scribemus. Nominis appellatio, cum de hominis no-mine(qua de re agimus)mentio fit, generalis est, & præ-nomen. familiæ nomen, ac cognomen significat. quod vel ex eo cognosci potest, quod sub titulo De mutatio-ne nominis, his verbis constitutio Diocletiani scripta sit: [e] Sicut initio nominis, cognominis, prænominis re-cognoscendi singulos impositio priuatis libera est: ita horum mutatio innocentib.periculosa non est. Muta-re itaq.nomen, vel cognomen, vel prænomen sine ali-qua fraude licito iure, si liber es, minime prohiberis. Si liber es, addidit. non quòd serui his trib. nominib. vte-rentur, sed quòd liberum non esset seruo suum nomen mutare, domino serui esset. ab hac generali appellatio-ne exheredatio nominatim facta dicitur, cum sufficiat nomen, prænomen, aut cognomen dicere, vt Vlpianus scribit. [f] Sed & Cicero in oratione pro Murena, vete-res iurisperitos irridens, Vt quia(inquit) in alicuius li-bris exempli causa id nomen inuenerant, putarunt o-mnes mulieres, quæ coëmptionem facerent, Caias vo-cari. quem locum recte Viglius ad Caiam Cæciliam, quæ eadem Tanaquil dicta est, pertinere arbitra-tur. Illic igitur prænomen, dictum nomen est: at pro Cecinna, cognomen, Sextus, inquit, Clodius, cui no men est Phormio, nec minus niger, nec minus confi-dens, quàm ille Terentianus est Phormio. Est etiam specialis quædam nominis significatio, quam elegan-ter

a l.vlt.C. de testa. manu.

b Theoph.§. si quis in nomine. de lega.

c Alcia.lib.4. dispun.c.primo.

d Vigl.§.i.de exher.liber.

e l. vn. C.de muta.nom.

f l.i.de lib.& posthu.

ter Alciatus noster persequitur, cum familiæ tantum nomen significat. Animaduertiq. hæc magna ex parte apud veteres in eas litteras desinere, in quas hęc Tullius, Iulius, Pomponius, Pompeius, Mucius. Quamobrē feminæ ab his Tullia, Iulia, Pomponia, Pompeia, Mucia. Item leges ab his latæ idem nomen consequebantur. Hinc Aquilia ab Aquilio tribuno plenis rogata, [a] Falcidia à Falcidio, [b] Iulia quoque de adulteriis coërcendis ab Augusto lata esse dicitur. [c] Cuius nominis rationem Accursiani inuenire nequeunt, quæ expedita satis erit, si noueris, quod ignorat (opinor) nemo, Cæsarem Augustum Octauianum à C. Iulio Cæsare Dictatore testamento adoptatum fuisse. Itaque vt Dion optime omnium perscribit, qui prius C. Octauius dicebatur, deinde C. Iulius Cæsar Octauianus dictus est, nomenq. Octauij in cognomen est versum: vt Aemilij Pauli filius posteaquàm à P. Scipionis Africani filio adoptatus est, P. Cornelius Scipio Aemilianus, qui Africanus quoq. minor est dictus. Hinc à Iuliis Iuliani, à Marcellis Marcellini, à Domitiis Domitiani, & vt arbitror ipsum Iustiniani nomen à Iustino adoptiuo patre manasse. sed tamen hæc non eadem mutatio est: quippe cum hic adoptiui patris nomen flectatur: in superiorib. naturalis. Hunc tamen morem ex illo venisse suspicor, & nescio an id Paulus significet libro 12. Responsorum: cum Lucius Titius legitimum filium Titianum nomine, naturalem Titium habuisse fingitur. [d] si legitimum adoptiuum intelligas, vt multi nobiscum Paulus faciet, inuito tamen Haloandro, qui pro Titiano Titium scripsit. Macrobius libro 1. Saturnalium: Cognomina, inquit, ex propriis sunt tracta nominib. vt ab Aemilio Aemilianus, à Seruilio Seruilianus. sic enim scribendum est. Itaq. Augustus quòd Iulia familia esset, leges Iulias appellauit de ambitu, de adulteriis coërcendis, quæ satis notæ sunt. de pudicitia, cuius mentio in quibusdam Constitutionib. [e] Iulia de maritandis ordinib. cuius plurima quoq. mentio fit ab imperatorib. & à iurisconsultis. [f] Hanc etiam esse arbitror, quæ cum lege Papia coniungitur, [g] & ad vtranq. Paulus, Vlpianus, Caius, & Mauricianus scripserunt. Pa-

a Noue. 18. auth. detrie. & sem. §. studium.
b cap. quęd 1. 1. dist. Dion. li. 48.
c l. j. ad L. Iul. de adul.
d l. Lucius Titius. de vulg.
e l. castitati. l. reos. C. de adul.
f l. nec patronis C. de op. lib. l. adigere in fi. de iure patro.
g l. penul. C. de nupt. l. lege Iulia. de ritu nup.

a Alcia.lib.3. c.3. dispun.

b c.quædam. ij.distin.

c l. pronuntiatio. in fi. de verb.sig.

pia Poppœa ab Augusto quoq. lata est, vt Tacitus ai quem Alciatus noster adulescens retulit: [a] sed à M Papio & Q. Poppœo coss. tunc proposita, vt à Dion libro 56. & ab Isidoro libro 5. scribitur, [b] nomen accepit. Iuliæ ipsius familiæ mentio fit ab Vlpiano sub titulo de verborum significatione. [c] Nomen itaque cun speciali hac significatione accipitur, familiæ nomen significat Romanis tantum hominibus. Nam Græci, & barbari singulis nominibus vsi, familiæ nomine noı vtebantur. itaque Demosthenes, Aristoteles, Plato, & illa sacrosancta nomina Iesus, Moyses, Petrus, iten cetera aliarum nationum ad familiam non propagantur: erant enim non gentis, sed singulorum hominum vocabula. Quamobrem magna controuersia apud Græcos fuit, quod esset ciuium Romanor. nomen, vt Plutarchus in Marij refert. aliis enim cognomen, aliis prænomen videbatur. De quib. ante dicendum est, quàm de Plutarchi quæstione differamus. Prænomen itaq. est, quod nomen illud familiæ præcedit, vt idem ipsum verbum significat, idq. notis scribi solebat L. Titius, P. Mæuius, M. Cicero, Ser. Sulpitius: quod idem Plutarchus, cum de spurij appellatione tractat, scribit. Huic successisse videtur, quod hodie familiæ nomini præponimus, Andreas, Ioannes, Petrus: quæ indocti solent propria nomina appellare, docti notis scribere, And. Alciatus, Io. Pyrrhus, Pe. Bembus. Sed multis abutimur: vt quod mihi prænomen est Antonio, nomen veterib. fuerit: quod mihi nomen, aliis prænomen sit. hoc tamen ipsum in veterum quoq. nominib. fuit, vt Claudius prænomen, & familiæ nomen fuerit. Prænominib. pueros caruisse, mihi fit verisimile: item maximam mulierum partem. sed vtriq. familiæ nomine vtebantur: pueri vero etiam cognomine familiæ, vt Cicerones, vt Cæsares. Fœminis existimo prænomina addi solum, quæ plures essent. Nam Terentiæ, Pomponiæ, Tulliæ, Iuliæ, Octauiæ, non facile prænomen dices. non quòd non habuerint, sed quòd ciues Romani non vterentur, familiæ appellatione contenti, eas pluribus nominib. vt viros, appellare. Quintam

tamen

tamen Claudiam Cicero in Cœliana, & de Aruſpicum reſponſis appellat, quam Liuius Claudiam Quintiam, eam,quæ matronar.caſtiſſima iudicata eſt,quo tempore Scipio Naſica vir optimus, [a] vt ambo matrem deor. Hoſpitarentur. Caiaſq; permultas appellatas multi ſcribunt,cognomen vero, quod cum illo nomine coniungatur,non quod cognationis nomen ſit, appellatur. Id Plutarchus in Corioliani,& in Marij tertium nomẽ appellat, Thoephilus ἰσώνυμον, quo etiam nomine Plutarchus vtitur, & Iuſtinianus nouella 78. [b] Hoc aut hereditarium eſt,aut tum primum partum:hereditarium, vt Scipionum, Cæſarum, Ciceronum, quod multi nomen appellare ſolent:nam familiæ fiebat, quod aliqua de cauſa initio vnius erat. Hoc Macrobius,cum de Prętextati nominis origine ſcribit, vt his verbis tradit.Papirio puero poſtea cognomẽtum inditum Prętextatus, ob tacendi loquendíque prætextata ætate prudentiam. Hoc cognomentũ poſtea familiæ noſtræ in nomen hæſit.Non aliter dicti Scipiones,niſi quod Cornelius, qui patrem luminib. carentem pro baculo regebat, Scipio cognominatus,nomen ex cognomine poſteris dedit.ſic ex cognominib.nata ſunt nomina. Hæc ille: quib.cognomen, quod hereditarium appellauimus, Ciceronem libro ſexto de Republica ſecuti, is nomen appellat. Varronis vero verba ſubſcribam, quæ ſuperiorem nominis & cognominis differentiam oſtendunt,etſi vno verbo mendoſa circunferantur.Is libro 2. de Re ruſtica ita ſcribit: Nomina multa habemus ab vtroq; pecore,à maiore,& à minore.à minore,Porcius,Ouinius, Caprilius: ſic à maiore Equitus, Vitulus, Taurus cognomina adſignificare,quòd dicuntur:vt Annij Capræ, Statilij Tauri,Pomponij Vituli. hæc poſſumus familiæ cognomina appellare. Alterum cognominis genus eſt, quòd ob inſignem aliquam rem, illius nomini additur, quod ob hoc initio in poſteros deinde plerumq; manabat. Hoc Grammatici agnomen appellant:quod ego in veterum libris nũquam legi,excepto ſecundo libro Ciceronis de inuentione, quem mendoſum eſſe accepi: item ſub titulo de legatis lib. 2.Inſtitutionum.ita enim ſcribitur vulgo.[c] Si quis in nomine,cognomine,pręno-

a l. 2.§. iuris ciuilis. de orig. iur.

b aut. vt liberti dece.in fine.

c §.ſi quis in nomine.inſt. de leg.

mine, agnomine legatarij testator errauerit, cum de persona constat, valet legatum Sed hunc etiam locum mendosum esse non dubito. nam neque Theophilus id verbum agnoscit, neque in digestis cum multis locis prænominis & cognominis verbum sit,[a] vsquam extat agnomẽ.& in Albornotiana nostra bibliotheca id verbum in vetusto libro additum apparet.Neq; video, cur id nomen Grammatici addiderint, cum rem, quam explicare dicunt, cognomen satis explicet. Cicero de Cn. Pompeio cognomento Magno libro 2. Ad Atticum: Quanto in odio noster amicus Magnus? cuius cognomen vnà cum Crassi Diuitis cognomine consenescit. Idem libr.2.Finium, T.Manlium ait cum Gallo depugnasse, & ex eius spoliis sibi & torquem & cognomen induisse. nam Torquatus deinceps appellatus est.Simili appellatione, non male Iustinianus vtitur in quadam constitutione, quę ante Digesta scripta est:[b] vt friuolum ridiculumq; cognomẽ dupondior esse dicat, quo primi anni auditores appellabantur.His itaq; cõstitutis Græcor.opiniones fuerunt ad proprium nomẽ cognomen, aut prænomen fuisse: propterea quod hæc cum familia communia non essent, sed singulor.vt Græcis sua.Falli tamen vtrosq; Plutarchus ait, quòd nemo C.Marij, aut Q.Sertorij, aut alior. cognomen dixerit.Item feminar. prænomina aut nulla fuerunt, in quo iure à Viglio reprehenditur: aut rara.Sed vt dixi, Latinor.vsus est, tria hæc aut simul, aut separata nomina appellare, sed nomen speciali significatione familiæ nomẽ vsurpant.At vero, vt ad seruor.nomẽ longo planè interuallo reuertamur, sciendũ est hos manumissos familiæ manumissoris nomẽ assequi, & quod libuisset prænomen, vetusq; nomen in cognomen cõuerti. quod eleganter Politianus tradit, Ciceronis epistolam interpretatus, qua ita scribitur: de Eutychide gratum, qui vetere prænomine, nouo nomine Titus erit Cęcilius, vt est ex me & te iũctus Dionysius M. Pompeius. Dionysius enim à Tito Pompeio Attico manumissus, M. Pomponius Dionysius appellatus est, deinde Atticus à Q.Cæcilio auunculo adoptatus, Q.Cæcilius Pomponianus Atticus dictus: qui cum Eutychidem seruum manumisit, T.Cæcilium Eutych

[a] l. hæredes palã. in prin. de testa. l. j. de lib. & posthu. l. si in iudicis. de iudi. l. falsi. de l. Cornel. de Fal.

[b] §. & primo ĩ procе. Dig.

Eutychidem appellauit. Et ita intelligendum est, cum vetare testatorem legimus, ne res de nomine suo, aut familia nominis sui exeat. Item quod in manumissione, adoptione, natiuitate dicitur, municipem quem fieri. a Hæc autem ipsa nomina consequebatur, quisquis ciuitatem Romanam adipisceretur, etiam si seruus non esset. Sed poterat se, in cuius familiæ nomen vellet, inserere. Cum Demetrio Mega, inquit Cicero in quadam commendatitia epistula, mihi vetustum hospitium est: familiaritas autem tanta, quanta cum Siculo nullo. Ei Dolabella rogatu meo ciuitatem à Cesare impetrauit: qua in re ego interfui. Itaq; nunc P. Cornelius vocatur. Sed ciuitate Romana omnibus data ab Antonio Pio, [b] & Bizantium imperio translato, vetus hæc Romanorum consuetudo tenuibus vestigiis mansit. Neq; facile Iustiniani tempore tria hęc nomina distinxeris. Quamobrem tenebræ in his rebus Grammaticis, [c] qui aut eo tempore, aut non multo superiore fuerunt. oborię sunt ad præceptoris nostri tempora, qui rem hanc, vt multa, optime omnium explicauit. Illud omittendum non est, non semper veteres cognomē nomini coniunxisse, sed sæpe his præpostere vti. Hala ille Seruilius, item Gallus Aquilius, & Priscus Neratius appellantur, cum familiæ nomina Seruilius, Aquilius, Neratius sint. item Græcos ac barbaros cognomina habuisse, ex Plutarcho in Coriolani vita cognoscitur. Sed hæc his de rebus hactenus dicta sint. sunt enim satis superque nota.

a l. j. l. eius qui. ad munici.

b l. in orbe. de statu ho. authen. vt liberi de cetero. in li. No. 78.

c Priscia. li. 2. & Sergio. & Victorino.

De emendatione Tertiæ partis Noricorum Digestor. IX.

REdeo nunc ad nostras emendationes: & primum caput de bonorum possessionib. ita scribēdum est, " Vlpianus lib. 39. ad edictum, Bonorum possessio admis- " sa commoda & incommoda hereditaria, itemq; domi- " nium rer. quæ in his bonis sunt, tribuit. Nā hæc omnia " bonis sunt coniuncta. Haloander non recte, Bonorum " possessione admissa tribuitur, scripsit. Capite vero. I. "

l. j. de bon. pos. l. j. §. j. de ope. no. nun.

De operis noui nuntiatione,multis modis etratum eſt, in illis verbis : Et erit tranſeundnm ad interdictũ quod vi aut clam,quod factum erit,vt reſtituatur: addúntque „alij olim,vt Accurſius refert.Sed ita ſcribendum eſt, vt „Florentiæ:Nam ſi quid operis fuerit factum,quod fieri „non debuit,ceſſat edictum de operis noui nuntiatione, „& erit tranſeundum ad interdictum Quod vi aut clam „factum erit, vt reſtituatur : & Quod in loco ſacro,reli„gioſóue,& quod in flumine publico ripáue publica fa„ctum erit.Septimo capite[a] ſcribendum:Et tutor,& curator opus nouum recte nuntiant.non vero, Et tutori, vel actori,& curatori nouum opus recte nũtiatur:quod multi ſcripſerunt.45,caput de damno infecto,[b]de cuius „ſcriptura Accurſius dubitat,ita ſcribendum eſt: Scæuo„la libro 12,Quæſtionum.Ædificatum habes ,ago, tibi „ius non eſſe habere,nõ defendis, ad me profeſſio tranſ„ferenda eſt. in Etrhuſco tamen libro ante verbum Ædificatum, ſunt hæc à quo fundus petetur ,ſi rem nolit: circumſcripta tamen , vt potè aliena. & hoc eſt, quod Accurſius ait, Piſis primum verſiculum eſſe deletum. Nam qui ab eo libro deſcripſerunt, veterem delendi morem ignorantes,nobis id reliquerunt:quod nec Haloander, nec Alciatus.[c] nec ceteri recte ſcripſerunt. A quo fundus (ſcribunt) petetur , ſi ab illo ædificatum habes, quæ verba quantam controuerſiam noſtris faciant, ignorat nemo. Sub titulo De publicanis cap.9.[d] „ita ferè ſcriptum eſt,vt ab Alciato traditur.[e]Haloander „variat,Florentiæ vero eſt. Paulus lib.quinto Sententia„rum.Locatio vectigalium,quæ calor licitãtis vltra mo„dum ſolidæ conductionis inflauit : ita demum admit„tenda eſt ſi fideiuſſores,idoneos & cautionem is qui li„citatione vicit,offerre paratus ſit.Ad conducendum ve„ctigal inuitus nemo compellitur, & ideo impleto tem„pore conductionis ea locanda ſunt.Reliquatores vectigalium ad iterandum conductionem ante,quàm ſuperiori conductioni ſatisfaciant,admittẽdi non ſunt.Hæc ita in Tuſco lib.niſi quod non Ea Locanda, ſcriptũ initio fuit,ſed Elocanda,& A poſtea additum eſt, vt fortaſſe non male elocanda ſit emẽdatum. Sub titulo De ſtatu liberis 3.capite,[f] Alata pro ablata Haloander,& meretur

a l.etſi ſatiſdationẽ. eo.

b l.à quo fũdus.de dam. inf.

c Alci.libr. j. cap.9.para.

d l. locatio. aliàs licitatio.de publica.

e Alci. lib.j. ca.12.diſpun.

f l.3. §.ſi quis ſeruum. de ſtatu lib.

retur pro meret alij ſcribunt. in Etruſco legimus : Si" quis ſeruum iuſſum decem dare,& liberum eſſe operari " prohibeat:vel ſi quod ex operis ſuis meret, abſtulerit ei" heres.& poſtea: Planè ſi ei ablata fuerit pecunia ex ope-" ris collecta,liberum fore arbitror.Caput vero 42. de li-" berali cauſa,[a] ita ſcribendum eſt: Labeo lib.4.Poſterio-" rum.Si ſeruus quem emeras,& cetera. nec tibi obſtabit" rei iudicatæ præſcriptio. * Iauolenus. Hæc vera ſunt." Multi ſcribunt,Iauoleni hęc verba ſunt.Haloander,La-" beonis hæc verba ſunt. qui de ſuo inſcripſit hoc caput" ita, Iabolenus lib. 6. ἐπιστολῶν Error ortus eſt ex errore" ſcriptoris Tuſcorum libror. qui verba pro vera ſcripſit, ſed B expunctum ac deletum eſt.Item ex indocti emẽdatoris audacia , qui V poſterius Iauoleni deleuit. Sed neminem arbitror negaturum , ſuprà ſcripta ceteris omnib. præſtare,modò idem nouerit Iauolenum, epitomen eor.librorum Labeonis feciſſe. Pomponius ſcribit libro 34. ad Sabinum.[b] Flumina enim cenſitorum vice" funguntur , vt ex priuato in publicum addicant , & ex" publico in priuatum. Non deſiderant hæc emendationem Haloandri , vt cenſorum ſcribatur. nam cenſui agendo cenſitores cenſoribus ſucceſſerunt , non tamen ſimili auctoritate officium id gerebant. De his multæ conſtitutiones ſcriptę ſunt ſub titulo de cenſib.& cenſitorib.atque aliis locis. [c] & libro 50. Digeſtor. ſub ſimili titulo Vlpianus multis de cenſu apud eos agendo tractat. [d] Modeſtinus autem libro 35. ad Q. Mucium [e], non ſcripſit , nec tam leuem , quàm ab extraneo : ſed, Vt tamen culpam in damno dando exigere debeamus" grauiorem , nec tamen leuem , quam ab extraneo. vt" ab homine libero leuem culpam non exigamus,ſi bona" fide nobis ſeruit : ſin minus , exigi poſſit. Deinde ait. [f]" Quidquid tamen liber homo , vel alienus , quiue bona" fide nobis ſeruit , non adquirit nobis , id vel ſibi liber," vel alienus ſeruus domino ſuo acquiret , excepto eo" quod vix eſt, vt liber homo poſſidendo vſucapere poſ-" ſit : quia nec poſſidere intelligitur , qui ipſe poſſideretur. Haloander eam ſcripturam ſecutus eſt, quæ aliis [g]" facilior eſſe videbatur: excepto eo quod ius eſt, vt liber homo poſſidendo vſucapere non poſſit.Indigna tamen

a l. ſi ſeruus. quem. de li. cau.
* proſcriptio.Fl.
b l.ergo.§.alluuio.de adqui.re. dom.
c l. j. C. de imm. mem. con... l. ſi qua à priori. C. de fun. patri. libr.xj.
d l.forma.de cenſib.
e l. homo liber. de acq. rer.dom.
f.§ vlti.e.l.
g Alex. l. j. nu. 12. Iaſ. 31. de acq. poſſ.

hæc verba iurisconsulto sunt. illa vero elegantia, qua
significatur, non facile dici posse, vt is liber homo possi
vsucapere: qui ne possidere quidem intelligitur, cum
„ab alio possideatur. Sed & in eodem verbo emendan
„dum est sub titulo De iudiciis [a], quod Haloander im
„mutauit, & scribendum: Vix ex certis causis aduersu
„dominos seruis consistere permissum est. In Norico
libro est, In certis causis. sed illud habet nescio quid
modestiæ, atq; elegantiæ. & hoc loco concedere vide-
tur, illo altero negare. sic Paulus [b]: Vix est enim, vt
non videatur alienare, qui patitur vsucapi. hoc est, rarus
„ille casus est: aut videtur enim, nisi fallor alienare, aut
„si quo alio modo interpretari velis. & Iustinianus libro
secundo Institutionum: [c] vix receptum esse videtur, vt
hospitem ei recipere liceat. hoc est, ius controuersum
fuit, & propè fuit vt non licere diceretur. Pōponius ve-
ro ait: [d] Ex die quoque certa adsignari potest. sed vsq; in
„diem certum vix potest. nam ipse senatus huic nego-
„tio finem præposuit. id est mihi videtur concedendum
„non esse, vt possit atque ita aliis locis. [e] Similem mo-
„destiam habent hæc verba, Propè est, aut penè est, aut
„parum: quæ mutatā etiam in Noricis libris sunt. Quod
„ab alio nomine ipsius præsente eo datur, propè est vt ab
„ipso datum intelligatur. [f] Haloander, propriè est: sed
„illud elegantius, & verius. Sic Menander libro secundo
„De re militari: [g] Si bonus miles antea æstimatus fuit,
„propè est vt adfirmationi eius credatur. Item Procu-
„lus, [h] Propius est tamen, vt hoc eum sensisse existimem,
„Deducto ære alieno potero. & alij aliis locis. [i] Eiusmo-
„di est etiam, quod in quadam constitutione [k] dicitur, Pe-
„nè est vt quadam deditī seruitute videantur. Sic Iauole-
„nus intelligendus est, sub titulo de diuersis regulis. [l]
„Omnis, inquit, definitio in iure ciuili periculosa est:
parum est enim, vt non subuerti possit. & si Budæo atq;
Haloandro placuerit Rarum. Quæ emendatio ab opti
mor. libror. scriptura non multum discedit. Reperi ta-
men apud Constantinum libro primo, titulo 13 ita ver-
sam Græcè eam regulam, πᾶς νομικὸς κανὼν σφαλερός ἐστιν.
εὐχερῶς γὰρ ἀνατρέπεται. Quamuis libro vlt. ἐνεργῶς scri-
batur: sed illud facile significat, hoc nescio quid sibi ve-
lit.

a l. vix certis. de iudi.
b l. alienationis. de ver. si.
c §. j. de vsu & hab.
d l. vlt. de adsi. lib.
e l. tutor pupilli. in pri. ad S.C. velle. l. si seruus. §. qui quinq; de lega. j. l. adeo. §. cuius de adq. rer. dom. l. vbi autem. §. qui vero. de ver. obl.
f l. quod statu liber. de mor. cau. dō.
g l. non omnes. §. à barbaris. de re mili.
h l. nepos Proculo. de verb. sig.
i l. sed si manēte. de preca. l. liber homo. 2. de ver. ob.
k l. 2. C. in qui. cau. coloni dō. acc. pos. lib. xj.
l l. omnis definitio. de di. reg. iur.

lit. Facile itaq; ait, subuerti potest: quod Iauolenus, parum est vt non subuerti possit. Sed & illud animaduertendum est, Gręcos definitionem regulam interpretati, non illam quam ὅρον appellant. neq; eos audio, qui alteram diffinitionem, alteram definitionem scribendam esse contendunt: vt neq. eos qui inter vēdico & vindico. charum & carum, venire & vænire, differentiam cōstituunt. est enim Florētię in quacumq; significatione definitio, carus, vindico, & venite. Sed reliqua videamus. Sub titulo Quib. ex causis in possessionē eatur, ita scribendum est: [a] Vtrum ergo omnes bona eius vendere possunt, quia latitat, hoc est, etiam hi aduersus quos non latitat, quia verum est eum latitare: an vero is solus, aduersus quem latitat? & quidem verum est, eum latitare, & fraudationis causa latitare, etsi non aduersus me latitet. Sed illud spectandum Pomponius putat, an aduersus me. eumq; solum posse hic venditionem impetrare, aduersus quem latitetur. Latitare autē est, cum tractu aliquo latêre: quemadmodum factitare, frequenter facere. Quæ mendosa in omnib. libris sunt. Sub titulo De sepatationib. Accursiana dubitatio auferenda est. ita enim Papinianus scribit: [b] Vtrum portio cum ceteris heredis creditorib. ei quęrenda erit: an cōtentus esse debebit bonis, quæ separari maluit? Item alia sub titulo. Quæ in fraudem. est enim apud Scæuolam scribendum: [c] Respondit creditorem non idcirco prohibendum à persecutione pignorum, quod in vetus creditum, vt obligaretur, pactus esset: nisi id * & * in fraudem ceterorum creditorum factum sit, & ea via iuris occurratur, qua creditorum fraudes rescindi solent. Sub titulo De tabulis exhibendis, verba edicti in Norico libro mutata sunt nulla de causa. Nam Florentiæ ita legimus: [d] Vlpianus libro 68. ad edictum. Prætor ait: Quas tabulas Lucius Titius ad causam testamenti sui pertinentes reliquisse dicetur, si hæ penes te sunt, aut dolo malo tuo factum est, vt desinerent esse, ita eas illi exhibeas. Miror etiam sub titulo de liberis exhibendis scripsisse: [e] Proxime autem ætatem prætextati accedere eum dicimus, qui impuberem ætatem nunc ingressus est. cum Puberem, vel Accursio teste, in multis libris

a l. Fulcinius. §. verū. quib. ex cau. in pos. ea.

b l. debitor. de separa.

c l. cum in vetus. quæ in frau. cre.

* additum. est Fl.

d l. j. de tab. exhi.

e l. deinde. in fi. de liberis exhi.

„habeatur. Sed aliud etiam hoc loco mendum: quam„obrem Ethrusci libri scripturam referam, qua nihil di„ci potest elegantius. In hoc interdicto (inquit Vlpia„nus) donec res iudicetur, feminam, prætextatum, eumque „qui proxime prætextati ætatē accedet, interim apud ma„trēfamilias deponi Prætor iubet. Proxime ætatem præ„textati accedere eum dicimus, qui puberē ætatē nūc in„gressus est. In puerilib. vestimētis togas prætextas Vlpia„nus numerat, [a] quæ ita appellabantur, propterea quod purpura essent prætextæ. His ad pubertatem pueri ac puellæ vtebantur: quo tēpore togam puram, quā virilē appellabant, pueri sumebāt. eius rei originē Macrobius libro primo Saturnalium, & Plinius libro octauo tradiderunt. [b] ex eo vsu prætextati, pueri significantur. & cum iniuriam facere dicitur, qui matremfamilias, aut prætextatum, prætextámue affectatus fuerit: [c] qui pueros ingenuos affectatus fuerit, fecisse iniuriam dicetur. Apud Paulum libro quinto sententiar. titulo De iniuriis, quod libro 47. Digestor. sub titulo De extraor„dinariis criminib. scripsit Tribonianus, [d] Qui puero „stuprum, abducto ab eo, vel corrupto comite persuase„rit, aut mulierē puellámue interpellauerit, quídue im„pudicitiæ gratia fecerit, donum præbuerit, pretiúmue, „quos is persuadeat, dederit: perfecto flagitio, punitur ca„pite: imperfecto, in insulam deportatur: corrupti co„mites summo supplicio adficiuntur. illic inquam scriptum est: Qui puero prætextato stuprum aliúdue flagitium, abducto ab eo vel corrupto comite persuaserit. Estque Florentiæ id caput ita inscriptum: Paulus libro quinto sententiar. & vt scripsi, Donum præbuerit, non domum, vt vulgo, illic legi. quod mendum in sententiis quoque Pauli est: in quib. initium quoq; eius capitis eodem loco reperitur, mediam tamen sententiam non inueni. Iam itaq; constat, prætextatos, pueros significare: proxime vero ætatem prætextati accedunt; qui nunc puberem, inquit Vlpianus, ætatem ingrediuntur. vt proximus infantiæ esse dicitur, qui infans esse nuper desiit. [e] Prætextatos magistratus quoq; Romanos incessisse Budæus tradit, idque multis locis à Cicerone ac aliis significatur. vt in peroratione Sestianæ: Video, inquit.

[a] l. vestis. de auro argen.

[b] Viden. Bud. l. vl. de senato.

[c] §. j. de iniur.

[d] l. j. in fin. de extraor. crim.

[e] §. pupillus. de inut. stip.

quit, P. Lentulum, cui superior annus, idem & virilem patris, & prætextam populi iudicio togam dederit. Titulus vero qui vulgo De actionib.& obligationib.scribitur, multo melius Florentiæ, De obligationib. & actionib. Nam prius sub eo de obligationib. tractatur multis capitib. & ad verbor. obligationem, de qua proximo titulo scribitur, id est multo accommodatius. & ita hic titulus in quadam Iustiniani constitutione appellatur. [a] & similis est libro quarto Codicis, vt ab Haloandro scriptum fuit. Sub titulo Iudicatū solui, caput 7. [b] ab Haloandro mancum editum est, propter Politiani, vt arbitramur, dubitationem, in eius enim libro notata esse vidimus ea verba, quæ Noricus liber non habet, ceteri habent. Cur vero Politianus dubitauerit, ignoramus. Scribendum itaq; est hoc pacto: „ Gaius libro 27. ad edictum prouinciale, Si ante acce- „ ptum iudicium prohibitus fuerit procurator à domi- „ no, & actor ignorans prohibitum eum esse, egerit, an „ stipulatio committatur? & nihil aliud dici potest, quàm „ committi. Quod si quis sciens prohibitum esse, ege- „ rit, Iulianus non putat stipulationem committi. ab Haloandro contraria sententia scripta est: Si ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procurator à domino, & actor, ignorans prohibitum esse, egerit. Iulianus non putat stipulationem committi. Eodem scribendum est: Non committitur stipulatio, nam & aliàs „ repsonsum esse, &c. Haloander vero scripsit, non committi stipulationem, & aliàs. Sed hic error in Noricis tantum libris, ille in multis sub titulo Ratam rem haberi, caput 16. [c] de cuius scriptura Accursius dubi- „ tat. Pomponius libro tertio ex Plautio. Si indebitum „ procuratori solutum sit, agi statim ex hac stipulatione „ aduersus procuratorem potest, vt ratum habeat domi- „ nus: vt possit dinosci, vtrúmue domino condici debeat „ id, quod indebitum solutum sit. Sed Florentiæ verbum Dinosci, ex Dominosci factum est, ex quo Domino Condici aliqui scripserunt. Haloander Discerni solum, pro Dinosci scripsit. Maior varietas sub titulo Quando appellandum sit. nam Florentiæ ita scribitur, [d] Vl- „ pianus libro primo de appellationib. Si quidem in insu- „

a l. 2. §. sexta. C. de vet. iur. en.

b l. si ante. iud. solui.

c l. si indebitum. ratam rem hab.

d l. j. qua. app. sit.

„Iam deportandum adnotauerit præses prouinciç,& Imperatori scripserit, vt deportetur, videamus quando sit prouocãdum: vtrum cum Imperator scripserit, an cum ei scribitur? & putem, tunc esse appellandum, cum recipi eum præses iubet, sentẽtia prolata. Imperatori scribendum vt deportetur. Haloander multo aliter, & alij aliis modis: quæ cum improbanda sint, referre non est necesse. Arrius Menander libro secundo de re militari scripsit: a Si quis commilitonem vulnerauerit, siquidem lapide, militia reicitur: si gladio, capital admittit. Callistratus libro quinto Cognitionum. b Alia quoque lege Agraria, quam Diuus Nerua tulit, cauetur, vt si seruus seruáue insciẽte domino dolo malo fecerit, ei capital esset. * vtroque loco antiquum verbum ignoratum est, & maluerunt caput amittit, aut capitale esse, vel sit, scribere. Est autem capital, vt Nonius Marcellus scribit, capitis periculum, aut crimen capite vindicandum: quo vsum esse arbitror Ciceronem in fictis illis legib. quæ falso 12. Tabular. esse creduntur, libro tertio de Legib. Vincula, inquit, sontium seruanto, capitalia vindicanto. Sub titulo de extraordinariis cognitionib. scribendum est: c Non tamen si incantauit, si imprecatus est, si vt vulgari verbo impostorum vtar, si exorcizauit, non sunt ista medicinæ genera. Scribunt alij, Vt vulgari verbo in posterum vtar. sed illud Florentiæ: Impostura autem stellionatus crimen est, si in necem alterius fiat. d quod verbum ab imponendo, hoc est decipiendo manauit. Sub titulo de censib. apud Vlpianum scribatur oportet: e Est & in Bithynia colonia Apamena, & in Ponto Sinopensis, est & in Cicilia Selinus, & Trahianopolis. Vulgo in Sicilia scribitur, in quo Nebrissensis noster torquetur. Et apud Paulum. In Lysitania Pacẽses & Emeretenses iuris Italici sunt. idem ius Valentini & Ilicitani habent (sic enim arbitratur Lælius noster esse scribendum, & si Florentiæ Licitani, aut Lucitani esse videbatur) Barcinonenses quoq. ibidem immunes sunt. Haloander, Lucentini & Barcinomenses. alij Lusitani, aut Lisitani, aut Lacetani & Burgandionenses. Sed mirandum est, cur à Paulo singuli populi numerẽtur: cum C. Plinius libro tertio scribat, Vespasianum Cæsarem vniuersæ

a l. omne delictum. §. si quis. de re mili.
b l. vlt. de term. mo.
* esse, Fl.
c l. j. §. medicos. de extrao. cog.
d l. 3. §. item si quis. stellionatus.
e l. j. in fine. de censib.
f l. vlt. eo.

vniuersæ Hispaniæ ius Latij tribuisse. Finem hoc loco quasi in patria, à longa hac, sed non ingrata peregrinatione fecissem, nisi mihi hæc iterum legēti, visum esset prætereundum non esse, quod suo loco scribere sum oblitus: non recte Haloandrum inscriptionem primi capitis De legatis abstulisse. est enim illud caput ita Florentiæ scriptum: Vlpianus lib. 67. ad edictum, Per " omnia exæquata sunt legata fideicommissis. Arbitror tamen eius sententiæ exceptiones, quas fortasse Vlpianus adscripserat, Tribonianum describere noluisse: ne contra Iustiniani constitutiones faceret. Haloandri vero consilium in trib. illis libris De legatis appellandis probo. & si Florentiæ, De legatis & fideicommissis, ter scriptum sit, neq. adiectum, liber primus, secundus, tertius. tamen in indice titulorum miniatis litteris scriptum est: Incipit liber primus de legatis & fideicommissis, ex ordine liber trigensimus. deinde nigris, De legatis, & fideicommissis. Postea miniatis, Incipit liber secundus de legatis & fideicommissis, ex ordine trigensimus primus, atq. iterum illud ipsum. De legatis & fideicommissis. postea, Incipit liber tertius de legatis, ex ordine trigensimus secundus. & tertio scriptum est, De legatis & fideicommissis. & si ex hac eorundem verborum repetitione mendosus hic locus fuerit, sed recte emendatus est. Hoc autem recte factum in illo indice est, quod singulis libris additur, quotus vniuersi operis sit, item partis eius in qua is est. In quo etiam Norici libri emendandi sunt libro 5. & lib. 12. Nam licet ab his libris pars secunda de iudiciis, & pars tertia de rebus incipiant: tamen Florentiæ libri quinti titulus primus est De iudiciis, & vbi quisque agere vel conueniri debeat. Duodecimi vero, De rebus creditis, si certum petetur, & de condictione. Recte autem initio quintæ partis, quæ de testamentis appellatur, titulus est I. Qui testamenta facere possunt, & quemadmodum testamenta fiant. Et ex hoc loco, in quo de testamentis titulus non erat, suspicatus est, De iudiciis, & De reb. creditis, scribenda non esse. Hæc sunt, Mai, quæ mihi potissimum emendanda esse videbantur.

l.i. de leg. i.

ANTO

ANTONII AVGVSTINI EMENDATIONVM, ET OPINIONVM, LIBER QVARTVS,

Ad Antonium Pernotum Pontificem Attrebatensem.

*



CVM ante quattuor annos tecum Patauij Marianum Socinum audirem, memini te mihi sæpe esse pollicitum, ob illam obseruantiam, qua te tuaq. omnia colebam, animum semper me tuum & amicum, & beneuolũ cogniturum. Sed cum postea te Cæsar Pontificiis istis sacris præfecisset, & in consilio suo cum clarissimo viro patre tuo interesse voluisset, me vero And. Alciatus noster huc euocasset: longissimo locorum interuallo disiunctus, tibi in totius reip. Christianæ negotiis occupato, nihil ad hanc diem scribendum putaui. Nunc vero cum cognouissem, te cum Cæsare in totius citerioris Hispaniæ conuentu futurum: ad eam familiaritatẽ quæ inter parentes nostros fuit, & præsentem fratrum meorum cum optimo viro patre tuo consuetudinem, volui hanc nostram studiorum coniunctionem renouare: vt eodem tempore scias, & ipsis oculis cernas neminem esse nostrûm, qui non tecum, cumq. parente tuo multis necessitudinis vinculis coniungatur. Mitto etiam ad te ex opere multorum dierum, quod nostræ disciplinæ studiosis omnibus paro, excerpta quædam, ad Alciati præceptoris nostri imitationem, Neq. enim existimo te illorum probare sententiam, qui iuris scientiam carere volunt omni non solum ornatu, sed etiam succo, & sanguine, qui ex vtriusq. linguæ cognitione, antiquitatis temporumq. peritia toto corpore cognoscitur esse diffusus. Cuius rei superioribus diebus, permulta deprehendi signa in Florentinis Pandectis. quas dum tu, illustrisq. vir pater tuus, Senensem Rempu. constituebatis,

tis, contuli cum meis. Nihil enim tam esse mendosum reperi, quàm quæ essent aut Græcè scripta, aut ob Latinæ dictionis elegantiam, temporumq. antiquitatem ignorata. Eiusmodi, quæ ad te mitto, sunt: quæ ita accipias velim, vt obseruantissimum tui me esse testentur.

Pomponij locus libro tertio de legatis emendatus. quidq. illic visceratio significet, declaratum. I.

POmponius capite 52. De legatis libro tertio, in Norico libr. omnium editorum minus mendoso, ita ait: Si tibi purè legauero, deinde postea scripsero ita: Hoc amplius si nauis ex Asia venerit, heres meus ei fundum dato: verius est, eo verbo Hoc amplius, superiora repeti. Sicuti dicimus. Lucius Titius plebi quina dedit, hoc amplius Seius: huiusmodi enim ratione quina Seiũ quoq. dedisse intelligimus. Quod si Pōponius scripsisset, nemini probare posset, hoc illi simile esse: cũ enim nihil dicatur hic datum, necessariò quina illa repetuntur. At priori exemplo fundus datus est ei, cui alia erant data. Est igitur scribendum, vt Florentiæ reperimus: Pomponius libro septimo ad Sabinũ, Si pure tibi legauero, deinde postea scripsero ita, hoc amplius si nauis ex Asia venerit, heres meus ei fundum dato: verius est eo verbo Amplius superiora repeti. Sicuti dicimus, Lucius Titius plebi quina milia dedit, hoc amplius Seius viscerationem: quina milia quoq. Seium dedisse intelligemus. Et Titius accepit quinq. Seius hoc amplius fundum: Seium quinq. quoq. accepisse intelligimus. Vnius solius verbi ignoratione nostri illud caput corruperunt: & pro visceratione, huiusce ratione librarij scripserunt. Erat autem visceratio, cum carnis epulum plebi dabatur. Cicero libro 2. De officiis: Omnino duo sunt genera largorum, quor. alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & viscerationibus, & gladiator. muneribus, ludor. venationumq. apparatu pecunias profundunt. Liuius lib. 8. P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula Coss. populo visceratio data à M. Flauio in funere matris. Latinis quoq. feriis viscerationem dari proditum est: Nam & Cicero in oratione Planciana ait,

l. si tibi pure. de leg. 3.

Nisi

Nisi forte te Lauicanã, aut Bouillana, aut Gabina vicinitas, adiuuabat. quibus à municipiis vix iam, qui carnem Latinis petant, inueniuntur. Vt Varro libro 2. de Lingua latina: Similiter Latinæ feriæ dies conceptiuus dictus à Latinis populis. quibus ex Albano monte ex sacro carnem petere fuit ius cũ Romanis. Plinius quoq. maior libro 3. Cum his carnem in monte Albano soliti accipere populi Albenses, Albiani, Aesolani. & ceteri. Idq. est quod Pomponius capite posteriori de origine iuris [a] ait, Latinar. feriar. causa præfectum vrbi introductum: vt rectè Zasius interpretatur. Viscerationem, Budæus cap. vltimo. Si mensor falsum modum dixerit, creanomian appellari à Græcis ait, à diuidenda carne. Epuli vero mentio fit libro primo De legatis. cap. 119. [b] & Ludorum, & venationum his verbis: Paulus libro tertio regularum, Ciuitatibus legari potest etiam quod ad honorem, ornatumq. ciuitatis pertinet. Ad ornatum, puta quod ad instruendum forum, theatrum, stadium legatum fuerit. Ad honorem, puta quod ad munus edendum, venationemúe, ludos scænicos, ludos circenses edictum fuerit: aut quod ad diuisionem singulor. ciuium, vel epulum relictum fuerit.

Cap. 5.

a l.ij.§. quoties autem. de ori.iur.

b l.ciuitatib. de leg.j.

Eodem libro Rapsodiæ verbum Vlpiano restitutum. II.

librorum. §. Homeri. de lega.3.

SImilis error est eodem libro, sed minus nocuit, cap. 50. Si Homeri, inquit Vlpianus, corpus sit legatum, quantæcumq. partes inueniãtur, debentur. quod ita scribendum est: Quantæcumq. rhapsodiæ inueniantur, debentur. Appellantur autem eo nomine Homeri singuli libri, ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν καὶ ᾠδὴν Est autem his librariis, qui ex Florentinis libris descripserunt, ignoscendum. quòd illic pro rhapsodiæ, pars hodie scriptum fuit, præpostero litterar. ordine. vnde factum, vt ante Noricã editionem partes hodie scriptum fuisse videamus, Scriptores vero Florentinarum Pandectarum sæpe in eiusmodi genere errorum incidisse deprehendimus. Nam cap. 9. De seruo corr. pro subreptus, subpertus scripserunt. & ca. 1. Depositi, iurnæ pro ruinæ. & 40. de cõtra. emp. domus, pro modus. & 16. ad S.C. Treb. susceptam pro suspectã.

& cap.

& ca.1.de coniũ cũ eman.nepotum quantibus,pro quãtũ nepotibus.& ca.63.de furtis, damnatũ pro mandatũ.

Alter Vlpiani locus emendatus,in quo pro synopi.si opus sit,legebatur. III.

GRæcum quoq.verbũ alteri Vlpiani loco restituendum,quem saucium,mancumq Haloander edidit, Sub titulo De rebus eor. qui sub tutela , vel cura sunt, 103. Vlpianus ait,Prætorem requirere debere,cũ ab eo postulatur,vt permittat rem pupilli distrahi,de fortunis pupilli Requirat ergo,inquit,necessarios pupilli,vel parentes,vel libertos aliquos fideles, vel quem alium,qui notitiam rerum pupillariũ habeat:aut si nemo inuenitur,aut suspecti sunt qui inueniuntur, iubere debet edi rationes. Itemq. si opus sit, pupillariũ bonorum aduocatũ pupillo dare,qui instruere possit Prætoris religionem,an adsentire vẽditioni,vel obligationi debeat.Sic Noricus Haloander edidit.in margine tamẽ adscripsit: aliàs.Item qui σύναψ sit pupillarium bonorum,aduocatumq.pupillo dare. Alij ediderũt, Itemq.si inops sit pupi.bono. Quæ omnia quid sibi velint,alij viderint. Nos " quid Florentiæ scriptum sit, tradamus. Sic autẽ est:Aut " si nemo inueniatur , aut suspecti sint qui inueniuntur, " iubere debet editiones,itemq.synopsin bonor.pupilla- " rium aduocatumq. pupillo dare. &c. Est autem synopsis compendium,quod inuentarium, aut repertorium " alio loco Vlpianus appellat:ἀναγραφήν,alio.Ego,inquit, " puto,creditoribus instrumentor.etiam ἀναγραφὴν,face- " re:non vt describant ipsa corpora instrumẽtor.sed quot " sint.de qua re sint, subnotent sibi, & quasi inuentarium " faciant,quod etiam vniuersorum facere eis erit permittendum. Quæ Vlpiani verba ea de causa adscripsi,quod non satis recte in Norico & Alciati præceptoris libro 2.Parerg.scripta sunt. In Laurentiana bibliotheca Florentinar.nobilissima aliquot Græcor. iurisconsultor.epitomes vidimus.in quibus Michaëlis quoq. Pselli versibus Synopsis legum scriptus est. Qui liber non est quòd tantopere desideretur , quanto ceteri , ex quibus multa quæ in nostris libris aut desint,aut mendose scripta sunt,aut obscure,intelligi,& suppleri posseut.

l. magis puto. §. in primis. de reb. eor.

l. tutor qui rep.de admi. tut. l. cũ plures de re aut. iud.po.

a cap.25.

Cap. I. de furtis, emendatum, & furtor. genera, & pœnæ explicatæ. IIII.

l.j.de furt.

CAput primum de furtis, sic Florentiæ scriptum est
" Paulus libro trigensimo nono ad edictum. Furtum
" à furno, id est nigro dictum Labeo ait, quòd clam & ob-
" scuro fiat, & plerumq. nocte: vel à fraude, vt Sabinus ait:
" vel à ferendo, & auferendo: vel à Græco sermone, qui
φῶρας appellant fures, immo & Græci ἀπὸ τοῦ φέρειν φῶρας
dixerunt. Inde sola cogitatio furti faciendi non facit furẽ. Sic is qui depositum abnegat, nõ statim etiã furti tenetur: sed ita, si id intercipiẽdi causa occultauerit. In Norico vero libro ita legitur: Et à ferẽdo, id est auferendo: vel à Greco sermone, quod φῶρας appellent fures, immo & Græci à ferendo φῶρας dixerunt. Sola tamen cogitatio furti faciendi non facit furem. Alciatus noster. lib. I. [a] Disiunctionũ, vel à ferendo, seu auferendo: vel à Græco sermone, qui φῶρας appellant fures: immo & Græci dixere παρὰ τὸ φέρειν. Cetera non attigit, quæ nos animaduertẽda putauimus: quòd ratio reddita est, cur sola cogitatio furtum non faciat. Si enim à ferẽdo vtraq. lingua fures dicti sunt, necesse est, vt fures cõtrectando ferãt. Neq. quemquam moueat, quòd à Græco sermone, qui φῶρας appellant fures, Florentiæ, & in Alciatino lib. scriptum sit: est enim id dicendi genus aliis locis vsurpatum. Vt quod sub titulo De verborũ significatione [b] dicitur, Glandis appellatione omnis fructus cõtinetur,
" vt Iauolenus ait, exẽplo Græci sermonis, apud quos om-
" nes arbor. species ἀκρόδρυα appellantur. Et ca. 2. Qui pe-
" tant tutores. εἰσὶ δέ τινες οἷς ἐπαναγκές ἐστιν αἰτεῖν ἐπιτρόπους, οἷον μήτηρ, καὶ ἀπελεύθεροι. ἐκ τούτων γὰρ αἱ μὲν ζημιοῦνται· οἱ δὲ καὶ κολάζονται. Sut autem, inquit, aliqui, quos petere tutores est necesse, puta mater & liberti. à quib' illæ damno, hi pœna plectutur. Diomedes antiquus Grãmaticus anaphora figura hæc dicẽdi genera defendit, vt illud Salustianum, Sed antea item coniurauere pauci, in quib. Catilina. de qua quàm breuissimè potero dicam, & alio loco: Interea seruitia repudiabat, cuius initio ad eum magnæ copiæ concurrebant. Omnibus etenim

a cap. 10.

b l. qui venenum. §. vlt. de verb. sign.

etenim his locis aliò refertur relatio, quàm suprà scriptum est. Sed ad furta redeamus, & ad definitionẽ furti, quam vno verbo Haloander fraudauit in Digestor. & Institutionum editione. namq; vtroq; loco eadem de furti definitione & etymologia traduntur. Furtum est " cōtrectatio rei fraudulosa, lucri faciẽdi gratia, vel ipsius " rei, vel etiam vsus eius, possessionisve, quod lege natu- " rali prohibitum est admittere. Haloãder enim verbum " Rei priori loco omisit, existimans fortasse præstare sic definire, vt furtum dicatur cùm quis rem ipsam, aut eius vsum possessionemve fraudandi animo contrectat. Theophilus vero Institutionum Græcus interpres ita definit, vt furtum sit alienæ rei fraudulentá contrectatio, quæ dãno alium afficit, aut ipsius rei, aut vsus aut possessionis. Quæ definitio propius ad Florentinam " quàm ad Noricam definitionẽ accedit. Quod vero ad- " ditur, lege Naturali furtum prohibitũ esse, Vlpiani sen- " tentia confirmatur libr. 57. ad edictum. a Probra quæ- " dam natura turpia sunt, quædam ciuiliter, & quasi more ciuitatis: vt puta furtum, adulterium natura turpe est. enimuero tutelæ damnari, hoc non natura turpe est, sed more ciuitatis. Neque enim Alciatum nostrum audio, dum probare se alicui putat, eo capite Vlpianum nolle furtũ natura turpe esse dicere, sed more ciuitatis, quòd Ægyptij & Lacedæmonij impunita furta reliquissent. Quasi vero peruersæ aliquor. mentes possint quicquam ex diuina omnium consensione peruertere? Apud Persas à matrum concubitu non abstinere ius erat: non igitur id natura probrum est? ·Qua in re ridiculus est Constantinus Harmenopulus libro primo προχείρω, qui ius gentium ita definit: Ius quo gens aliqua, aut aliquæ gentes vtũtur, vt puta matribus commisceri apud Persas, & ab eis abstinere apud Græcos. Sed & Theophilus b simili errore decipitur, cum existimat, furem iure gentium pecunia multandum, quod nos persimili damno affecit. Hic enim & si fatetur iure gentium furtum esse prohibitum, tamen eam pœnam naturalis ratio non inter omnes homines constituit. c Nam vt illos præteream qui furto fauebant, Draco Athenis fures capite puniri iussit: & ex lege duodecim Tabular. non

l.j. de fur. §.j. inst. de obli. quæ ex deli. na.

a l. probrum. de verb. sign.

b Theop. §. ius autem. de iure. natur.

c ar. l. omnes. de iust. & iu.

ſolum nocturnũm furẽ occidere ſemper licebat,& eum qui interdiu ſe telo defendebat: a ſed & manifeſti fures liberi verberabantur. & his addicebantur quibus furtum feciſſent, ſerui verberibus cæſi de ſaxo præcipitabantur. Cuius rei Gellius lib. 11. auctor eſt. Et ob eam rem Theophilus ſub titulo De perpetuis & temporalib. actionib. capitalem pœnam furi in 12. tab. indictam ait. Illud itaque tenendum eſt, furtum natura prohibitum, probrumq; eſſe: quod non poſſe bono animo fieri, Pontificij tradidere. b Quid enim magis iuri & iuſtitiæ aduerſum? Iuſtitia eſt, inquit Vlpianus, c conſtans & perpetua voluntas ius ſuum cuiq; tribuendi. Iuris præcepta ſunt hæc: honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuiq; tribuere. At qui alterũ ſuis rebus priuat, aduerſus hæc tria facit. Furtor. aut genera quatuor apud veteres fuerunt. hodie duo tantum, Caius lib. poſteriori inſtitu. tit. vlt. Furtorum autem genera ſunt quatuor, manifeſti, nec manifeſti, concepti, & oblati. Manifeſtum furtum dicitur, ſi quando fur cuiuſcunque rem tollit, & in ipſo furto deprehẽditur: nec manifeſtum furtum appellatur, quod quamlibet dum fieret inuentum nõ eſt, tamen furtũ fuiſſe probatur: cõceptum furtum dicitur, cum res furtiua alicui ita à fure datur, vt apud ipſum furem inueniri non poſſit. Quę eodem modo ferè Paulus ait. lib. 2. Senten. ſub titu. De furtis. Et quidem de manifeſto, & nec manifeſto ſatis multa à noſtris dicuntur. De oblato vero, & cõcepto Paulus ſic ait: Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quæſitũ, & inuentum eſt. Oblati actione is tenetur, qui rẽ furtiuam alij obtulit, ne apud ſe inueniretur. Concepti is agere poteſt, qui rem concepit, & inuenit. Oblati is agere poteſt, penes quem res concepta, & inuenta eſt. Hæc illi de furtis tradunt. At Iuſtinianus negat[d] furtor. quatuor eſſe genera. neq; enim exiſtimat, oblatum & cõceptum ſpecies eſſe furtorum, ſed actionis; eaq; de cauſa, quodq; illæ ſpecies actionum, ſiue furtorum in deſuetudinem abierunt. C.

» l. De furtis ita ſcriptum eſt: Caius libro tertiodecimo
» ad edictum. Furtor. genera duo ſunt, manifeſtum, &

nec manifeſtum. Conceptum vero, & oblatum, in Inſtitutionibus e tantum declaratum eſt. Conceptum, inquit,

a l. ſi pignore. de furt. l. itaque. ad l. Aqui. cap. ſi perfodiens. de hom.

b cap. ij. de reg. iur.

c l. iuſtitia. de iuſt. & iure. inſti. eod. in princ.

d §. furtorũ. inſt. de obl. quæ ex deli.

l. ij. de furt.

e §. conceptũ. inſt. eo.

quit,furtum dicitur,cum apud aliquē teſtibus præſentibus furtiua res quæſita,& inuenta ſit.Nam in eū propria actio conſtituta eſt,quamuis fur nō ſit, quæ appellatur concepti. Oblatum furtum dicitur,cum res furtiua ab aliquo tibi oblata ſit,eaq; apud te cōcepta ſit: vtique ſi ea mente tibi data fuerit,vt apud te potius,quàm apud eū qui dederit,cōciperetur.Nam tibi, apud quem concepta ſit,propria aduerſus eum qui obtulit quamuis fur,non ſit, conſtituta eſt actio , quæ appellatur oblati. Hæc inquiſitio rei furtiuæ.quam conceptionem re furtiua inuenta appellabant,maxima obſeruatione fiebat: Nam & Gellius ait, Ea quoq; furta quæ per lancem, liciumq; concepta eſſent, perinde ac ſi manifeſta forent, vindicauerunt decem viri. Et Iuſtinianus teſtibus præſentibus fieri ſolere dicit Perlancem vero & licium,vetus mos oſtenditur, hoc tempore quod ad lancem quidem attinet,non admodum ignotus. a ſed licij,vel inlicij potius mentio fit apud Varronem tātum, quod meminerim,in calce ſecundi libri de lingua Latina.Ab alliciendo,& vocando inlicium dicebatur, cum cenſores per accenſos populum ad ſe vocabant.Quod vero Gellius ait , eandem concepti furti pœnam fuiſſe , quæ & manifeſti fuerat : exiſtimo Prætores mutaſſe eam pœnam , quod in manifeſto fecerunt , cuius pœna è lege Duodecim tab.erat ea,cuius eſt à nobis ex Gellio mentio facta: à Prætoribus in quadrupli pœnam immutata eſt. b Idem enim Gellius ait,Decemuirali pœna ſublata furti concepti, & oblati,tripli pœnam fuiſſe.Et Paulus eodem libro, quo ſuperiora ſcripſit , mendoſus eſt. Furti , inquit concepti actio aduerſus eum qui obtulit, tripli eſt pœna,& ipſius rei reſtitutio:non enim furti cōcepti,ſed furti oblati actio datur aduerſus eum qui obtulit. Illud quærendum arbitror , quæ fuerit in duodecim furti nec manifeſti pœna?Et exiſtimo è Solonis lege acceptam, qua omnes fures duplum reddere coguntur.Namq; ſub titul.De perpetuis,lib.4.Inſtitutionum, furti tantum manifeſti mentio fit.Furti,inquit,manifeſti actio quamuis ex ipſius prætoris iuriſdictione proficiſcatur ,tamen perpetuò datur. Accurſius noſter idipſum ex altero loco Inſtitutionum elicit , quo noxalem

a Theoph.in princ. de teſtam.&§.preterea. qui. mod. ius pa. po. ſol. Boetius in topi. Bud. l. ij. §. vindicias. de orig. iur.

b inſt.de per pe. & temp. act. in princ.

actionem furti in duodecim constitutam ait. [a] Sed potest noxalis actio ea lege introduci, alia pœna furto nec manifesto constituta. Illud itaq; mihi probatur, Solonis legem ea parte susceptam, quod & Gellius significare videtur. Suntq; alia non pauca ex iisdem legibus sumpta. [b] Sed quoniam tam multa ex Gellio accipimus, emendandus est ille locus ex Massurij Sabini libro secũdo iuris ciuilis ab eodem allatus. Qui alienum, inquit, tacens lucricie fandi causa sustulit, furti abstringitur, siue sit cuius sit, siue nescit. Et ita ex c. 44. De furtis [c] scribendum est. Qui alienum quid iacens lucri faciẽdi causa sustulit: furti obstringitũ, siue scit cuius sit, siue ignorauit. Quæ verba Vlpiano libro quadragesimo primo ad Sabinum adscribuntur. Ex qua re illud manifeste apparet, libros Vlpiani ad Sabinum commentaria esse, & interpretationes Sabini libror. quod in Pauli ad eundem libris Viglius ait. [d] Idem dicendum in libris Iuliani ad Minicium, & Vrseium Ferocem: Iauoleni, & Pomponij ad Plautium, eiusdem Pomponij ad Q. Mucium, & ad Sabinum, & Pauli ad Plautium, Sabinum, Vitellium & Neratium. Neq; enim idem est, quod in libris Ciceronis ad Q. Fratrem, M. Brutum, & Trebatium: quæ res doctissimos quosq; decipit. [e] Sed nos ea alias diligentius trademus. [f]

a §. sunt autem. inst. de nox. acti.

b l. vltim. fin. reg. l. vlti. de col. l. ij. §. ex actis. de origi. iur. §. sed ius. §. & non ineleganter. insti. de iure natu.

c l. falsus. §. qui alienũ. de fur.

d Vigl. inst. de her. insti. in pri.

e Alciat. in exor: C. & de eo quod interest. & præ termis.

f lib. j. c. 6.

Caius & Iustinianus Xenophontis sententia locupletati. V.

HAloander diligentissimus vir, & non mediocris ingenij, existimat se in Institutionibus nihil reliquisse mancum, præter eum locum, [g] quo de tali significatione quędam ex Xerosopho (sic enim multi tradiderũt scribendum esse) ab Iustiniano afferuntur. Eum Alciatus noster [h] non infeliciter tentat corrigere. Theophili autem Institutionibus editis, & Florentinis libris lectis, omnem scrupulum abici oportet, Florentiæ sic est: Admonet nos ξενοφῶν Nam ita scribit, *καὶ τὰ βέλη ὁμόσε ἐφέρετο λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι.* id est, Et tela comminus afferebantur, hastæ, sagittæ, fundę, & la pides

g Instit. de pub. iud. §. item lex Cornelia.

h Alc. in l. si caluitur. de verb. sig.

lapides plurimi. Quæ verba.c.233. De verborum signifi.[a] ex Caij libro I. ad legem 12. Tabular. referuntur. Et Iustinianus ex eodem Caio in interpretatione legis 12. Tabular. eadem tradit. In Norica vero editione omnia ea quæ retuli,desunt. Quæ Alciatus mendosa habet,& non suo loco scripta.Sunt autem collocanda post illud, ἔστι τοῦ βάλλεσθαι. Ex quo autem libro Xenophontis illa sumpta essent,nos adhuc repetire non potuimus. neque Theophilus qui vno tantum verbo ab Ethrusca lectione dissentit, mentionem huius rei facit. Io.tamen metelli nostri diligentia, qua maxima in iure ciuili & bonis literis vtitur, repertum id est, libro quinto ἀναβάσεων,vno atque altero verbo immutatum.

a l. si caluitur. §.telum.

Obscurißimum Pauli caput mendis sublatis apertißimum redditur, & quid ante decimum, & post decimum Kalendar.significet,explicatur. VI.

SVb eodem titulo de verbor.significatione, Pauli caput tam male acceptũ est vt qui melius interpretati sunt,cauillatorem iurisconsultum appellauerint. Ante diem decimum calendar.post diem decimum calendar. vtroque sermone vndecima dies significatur. Sic enim Valla lib. 4.[b] elegantiar. Budæus, & Alciatus scribunt. Haloander vero, Nec vtroq; sermone, in contextu: Næ vtroque in margine scripsit.Nos ita scriptum Florentię vidimus: Paulus libro 3. ad legem Iuliam, & Papiam. "Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur. & "consuetudo loquendi id ita esse declarat: ante diem de-"cimum Kalendarum,post diem decimum Kalendarum. "neutro enim sermone vndecim dies significantur. Est "autem, ni fallor, hæc Pauli sententia.Eum qui vltimo anni die moritur,anniculum esse,comprobari eo argumento, quòd cum ante diem decimum Kalendarum dicimus, ipse dies kalendarum numeratur, & significatur decimus dies ante kalendas. Sic enim Valla interpretatur: quod neque Alciatus noster improbare videtur. quamquam libentius in Budæi sententiam it, vt ante diem decimum kalendarum, non decimus, sed

l. anniculus. j.de verb.sig.

b cap.80.

nonus ante kalēdas ſignificetur. Quod ipſum fulciri poteſt Quintiana Ciceronis oratione. Roma, inquit, egreditur ante diem tertiū kalendar. Februarij. Alio loco inuenitur dies profectionis pridie kalendas Februarij, licet in numeris maxime ſint omnes libri mendoſi. Alio loco eadē oratione dicitur: Bona poſtulas, vt ex edicto poſſidere liceat, quo die? te ipſum volo audire. dic Næui diem. ante 5. kalend. inter calares. bene agis. quā longe eſt hinc in ſaltum veſtrum Gallicanum? Mæui te rogo. 700. milia paſſuum. optime. De ſaltu deicitur Quintius, quo die? deicitur de ſaltu pridie kalend. intercalares, biduo pòſt, aut vt ſtatim de iure aliquis cucurrerit, non toto triduo 700. millia paſſuum conficiūtur? Qui locus ſi mendoſus non eſt, quintus ante kalendas dies ſignificatur, non quartus. Huc accedit, quod A. Gellius ait lib. 15. a Marcum Ciceronem natum eſſe ante diem tertium Nonas Ianuarias, Q. Cepione & Q. Serrano conſulibus. quem conſtat tertio Nonas natum eſſe, vt ipſe Cicero ait lib. 7. epiſtul. ad Atticum. & Plutarchus, quem Bochius interpres nō intellexiſſe viſus eſt, ſic ait. τεχθῆναι δὲ κικέρωνα λέγουσιν ἀνωδύνως καὶ ἀπόνως λοχευθείσης αὐτῷ τῆς μητρός, ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν, ἐν ᾗ νῦν οἱ ἄρχοντες εὔχονται καὶ θύουσιν ὑπὲρ τοῦ ἡγεμόνος. Id eſt, Peperiſſe Ciceronem matrem ſuam ferunt nullo dolore, aut labore partus, tertio die poſt kalendas Ianuarias (aut poſt tertium diem kalēdarum Ianuarij) quo die magiſtratus vota faciunt, & ſacrificant pro ſalute Principis. Achilles Bochius, nūc doctus ſanè vir, & diſertus, cum adoleſcens eſſet, tertio kalendas Ianuarij vertit. qui dies ex alio iuriſcōſulti loco agnoſci poteſt. is eſt ca. 233. de verb. ſigni. b Poſt kalendas, inquit Caius, Ianuarias die tertio pro „ ſalute Principis vota ſuſcipiuntur. Quo capite multa ſi„ mul cognoſcuntur. Nam & ante diē tertiū Non. & tertio Nonas, & die tertio poſt kalendas, idem eſſe deprehenditur. Quo fit, vt neq; cū dicimus, ante diē decimum kalendar. neq; cum dicimus poſt decimū, vndecim dies ſignificētur. Nam cum ante decimum dicimus, aut dies ipſe decimus ſignificatur, vt Ciceronis & Gellij vſu oſtēdi: aut certè nonus, vt Budæo & Alciato noſtro placet. Cū vero poſt diem decimum, nō vndecimus mēſis dies, ſed

a ca. 28.

b l. ſi caluitur. §. poſt kalendas. de ver. ſig.

ſed ipſe decimus ſignificatur, vt ex Caij verbis apparet. Ex quibus & illud manifeſtum eſt, anniculum hoc exemplo appellari eum, qui ipſo extremo die moritur, quoniam is dies expletus eſſe videtur.

Miliarium apud Macrum Iurecon. reſtitutum, non vulgari ſignificatione accipiendum. VII.

AEmilius Macer libro primo ad legem viceſimam ait: Mille paſſus non à miliario vrbis, ſed à continentibus ædificiis numerandi ſunt. Hæc verba ſub titulo De verb.ſignificatione in Ethruſcis Pandectis legi, quæ ab omnibus ad hunc diem repudiata ſunt. Pro quibus ſubſtituunt: Mille paſſus non à muro vrbis, &c. id ſecuti, quod c. 2. dicitur, Vrbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur. & alio loco, vt Alfenus ait, vrbs eſt Roma, quà muro cingeretur: Roma eſt etiam, quà continentia ædificia eſſent. Eſt autem apud Æmilium, miliarium columna quædam, quæ in capite Romani fori prope ædem Saturni fuerat, in quam omnes Italiæ viæ terminabantur. quod etiam miliarium aureum dictum eſt. Plinius libro 3. Roma diuiditur in regiones 14. compita ear. 265. paſſ. eiuſdem ſpatij menſura currente à miliario in capite Romani fori ſtatuto ad ſingulas portas, quæ ſunt hodie numero triginta ſeptem. Cornelius tacitus lib. 17. Otho innixus liberto per Tiberianam domum in velabrum, inde ad miliarium aureum ſub ædem Saturni pergit. Idem tranquillus ait totidem penè verbis in Othonis vita. Plutarchus vero in Galbæ, his verbis miliarium deſcribit. ἐβάδιζεν εἰς ἀγορὰν. οὗ χρυσοῦς εἱστήκει κίων, εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσιν. Hoc eſt, in forum ibat ad eam partem, in qua ſteterat aurea columella, ad quã omnes Italiæ viæ terminabantur. Quæ cum ita ſe habeant, mirandum non eſt, ſi dubitatum aliquando fuit, an illiuc mille paſſus, qui lege fortaſſe viceſima dicebantur, numerandi eſſent. Miliarij in aliam ſignificationem mentio fit c. 20. De auro & argento legatis. Certè, inquit, ſi caccabos argenteos habebat, vel miliarium argenteum, vel

l. mille. de ver.ſigni.

l. 2. l. vt Alfenus. eo. tit.

l. cum aurũ. §. ſi cui. de auro & argent.

ſartaginem vel aliud vas ad coquendum, dubitari poterit, an eſcario contineatur? De quo Alciatus & Nebriſſenſis noſtri verba faciunt.

Multis in locis Digeſtor. & Codicis Græcum, vel Iudaicum potius dicendi genus reperiri, illud quàm illud. VIII.

EDidit ante aliquot annos Gregorius Haloander maxima diligentia omnes iuris ciuilis libros, qui nunc inter manus omnium verſantur. In quibus ſcribendis acri iudicio vſus, ſi quid nimis à conſuetudine ceteror. libror. diſcederet, paucis verbis qua ratione dictum eſſet, adſcripſit. Quale eſt, quod hic nos ex Ethruſci Pandectis emendandum curamus: quæ ne cui duriora quàm ſunt, eſſe videantur, locos aliquot prius indicabimus, quos Haloander ipſe hoc pacto edendos curauit. Vlpianus capite altero De iudiciis: [a] Sed ſi dubitetur, vtrum in ea quis cauſa ſit, vt domum reuocare poſſit, nec ne: ipſe Prætor debet cauſa cognita ſtatuere. Quod ſi conſtiterit in ea eum eſſe cauſa, vt domum reuocet, debebit cauere in iudicio ſiſti, ſtatuente Prætore in quem diem promittat. Sed vtrum nuda cautione, an ſatiſdato? Marcellus dubitat. Mihi videtur ſola promiſſione, quod & Mela ſcribit. Alioquin compelletur iudicium accipere, quàm inuenire eos qui ſatis pro eo dent. hoc eſt, compelletur potius iudicium accipere: aut leuius erit, iudicium accipere, vt Accurſius interpretatur, quàm inuenire qui pro eo ſatiſdent. Haloander, quàm inuenire eos poſſit, edidit, aduerſus Florentini libri fidem. Paulus c. 2. de reb. cred. [b] Mutui datio conſiſtit in his rebus, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt. quoniam eor. datione poſſumus in creditum iri, quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem, quàm ſpecie. Hoc eſt, per ſolutionem in genere potius, quàm ſpecie: aut ſolutione in genere, non ſpecie functionem recipiunt. Vlpianus c. 7. depoſiti: [c] Quia cum ſciret, cui rei pararetur, intempeſtiuè miſericordiam exercuit, cum poſſet non ſuſcipere talem

a l. 1. § ſed ſi. de iud.

b l. 2. §. mutui de reb. cred.

c l. ſi hominem. in prin. depo.

lem causam, quàm decipere. id est, potius quàm decipere. Idem ca. 20. De adquirenda vel omittenda hereditate:[a] Si sepulchri violati filius aget, quamuis heredítarij, quia nihil ex bonis patris capit, non videtur bonis immiscere. hęc enim actio pœnam & vindictam, quàm rei persecutionem continet. id est potius, quàm rei persecutionem, aut non rei persecutionem. Idem ca. 49. De legatis:[b] Sed si testator decem mihi sub fideiussore debuit, fideicommissi petitio non solum heredi, sed & fideiussori competit. Interest enim eius solui mihi, quàm ipsum conuentum mandati actionem intendere. hoc est, potius quàm ipsum &c. c. 5. De suspectis tutorib.[c] Expedit enim pupillo, inquit, rem suam saluam fore, quàm tabulas Rem Saluam Fore cautionis habere. quod Haloander exceptis tribus illis verbis edidit. Item ca. 12. De officio Præsidis:[d] Non tamen spectandum est, quid Romæ factum est, quàm quid fieri debeat. Haloander, non tam. ca. 5. De doli mali & metus exceptione:[e] Expedit enim legatario retinere summam quàm mitti in possessionem rerum hereditariarum. Impp. Constantinus & Licinnius constitutione. 8. De iudiciis:[f] Placuit in omnibus rebus præcipuam esse iustitiæ, æquitatisq; quàm stricti iuris rationem. id est, potiorem. Impp. Seuerus & Antoninus consti. 1. vbi causa fiscalis:[g] Non defensæ mortis quæstionem apud procuratores nostros non oportet tractari, nec bona fisco peti posse, quàm si de crimine constiterit apud eum cui conuictis pœnam irrogare licet, quis ignorat? hoc est, ante quàm de crimine constiterit: vt Accursius quoq; ait. Impp. Diocletianus & Maximinianus Const. 19 De liberali causa:[h] Principaliter causam eius de qua supplicas, esse, quàm tuam, prospicimus. Imp. Iustinianus Consti. vlti. De vsufructu:[i] Vsumfructum enim per eum adquisitum, apud eum remanere, & post patris calamitatem oportet: cum plerumq; verisimile est, testatorem contemplatione filij, quàm patris vsumfructum ei reliquisse. hoc est, filij potius quàm patris. Hæc, & alia fortasse, Haloander exemplarium fidem secutus edidit. Sed & alia nos Florentiæ reperimus, quæ ipse aliter scripsit. Sunt autem hæc. Vlpianus ca. 20. De

a l. pro herede. in fin. de adq. her.

b l. si cui. §. si. Titio. de le. primo.

c l. suspectus. de suspect. tut.

d l. sed licet. de off. præs.

e l. purè. in pri. de doli ma. & me. exc.

f l. placuit. C. de iudi.

g l. 1. C. vbi cau. fis.

h l. principaliter. C. de libe. cau.

i l. vlt. C. de vsuf.

a l. prætor. §. hoc interdictum. de op. no. nun.

„operis noui nuntiatione: a Planè ſi quæratur, an in „heredem eius qui opus fecit, interdictum hoc compe„tat: ſciendum eſt Labeonem exiſtimaſſe, in id quod ad „eum peruenit, dumtaxat dari oportere, vel ſi quid dolo „malo ipſius factum ſit, quò minus perueniret. Nonnulli putant, in factum eſſe dādam; quàm interdictum: quod verum eſt. Haloander edidit, tam in factum, &c. Idem ca. 20. De adqui. vel omit. hered. b cuius paulo antè mētio facta eſt. Sed illud in fine illius capitis, hoc in ipſo „ſtatim initio. Vlpianus lib. 61. ad edictum. Pro herede „gerere videtur is, qui aliquid facit quaſi heres. Et gene„raliter Iulianus ſcribit, eum demum pro herede gerere, „qui aliquid quaſi heres gerit. Pro herede autem gerere non eſſe facti, quàm animi. Haloander, non tam eſſe fa„cti. Scæuola ca. centeſimo De legatis, libro 3. c Hic chi„rographa debitorum, & pecuniam, cum eſſet profectu„rus in vrbem, in latralibus condidit, & chirographis ex„actis, quàm pecunia erogata, reuerſus in patriam, poſt „biennium alia chirographa prædior. quæ poſtea com„parauerat, & pecuniam in lateralia condidit. Haloander, & tam chirographis, &c. Modeſtinus ca. 3. De ali„mentis, vel ciba. lega. d Modeſtinus reſpondit. Videntur „mihi ipſa prædia eſſe libertis relicta, vt pleno dominio „hæc habeant, & non per ſolum vſumfructum. Et ideo, & ſi quid ſuperfluum in reditibus, quàm in cibariis erit, „hoc ad libertos pertinet. Haloander, tam in reditibus. „Idem ca. 12. De pollici. e Cum quidā ne honoribus fun„geretur, opus promiſiſſet, honores ſubire cogendum, „quàm operis inſtructionē, Diuus Antoninus reſcripſit. Haloander, tam honores ſubire: &c. Sunt etiam aliquot alij loci, qui nunc mihi in mentem non veniunt, quos alio tempore indicabimus. In præſentia illud addam, quod Haloander exiſtimabat, hoc dicendi genere iureconſultos vſos ad Homericam imitationem. βύλομ' ἐγὼ, ait Homerus rhapſodia 1. Iliadis, λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι. quæ ſi totidē verbis vertantur, hoc ipſum dicent, volo ego populum ſaluū eſſe, quàm perire. Cui ſimile eſt, quod Suidas refert, θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον, Volo fortunę guttam quàm dolium mentis. Marcia. c. 1. De mortis cauſa donationib. Mortis cauſa donatio eſt, cum

b l. pro herede. in prin. de adq. her.

c l. his verbis. in pri. de leg. 3.

d l. libertis. de alim. vel cib. leg.

e l. in priuatis. de polli.

l. 1. de mor. cau don.

eum quis habere se vult, quàm eum cui donat. Haloander, magis quàm Theop. in Insti. de dona. ita vertisse videtur, ὁ πότε ἑαυτόν τις βούλεται ἔχειν, ἤπερ ἐκεῖνον ᾧ ἐδωρήσατο. quod proxime accedit ad Græcum dicẽdi genus. Sed tamen audio Iudæor. in vsu esse magis hoc dicendi genere vti, quàm Græcorum. & sanè video hoc pacto locutum doctum virum Ioannẽ Campensem, in interpretatione psalmi 73. Quod enim vulgo dicitur, Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatẽ in excelso locuti sunt: ille ita vertit ad Iudaicam linguam propius, Sordent eis omnia, quàm quæ ipsi per malitiam & audaciam loquuntur: id autem fastuosissime. Est autẽ ille liber ita elegans, & grauitate orationis obscuras sentẽtias tam accommodatè exprimens, vt si is, vt opinor, se fidum interpretem præstitit, optime de nostra religione meritus esse videatur. Sic etiam vulgò scriptum est Ecclesiastici c. 16. Vtile est mori sine filiis, quàm relinquere filios impios. & c. 20, Quã bonũ est arguere quam irasci? & Psalmo 117. bonũ est confidere in Domino, quã cõfidere in homine. Bonũ est sperare in Domino, quàm sperare in principibus. Paulus 1. Epistula ad Corinthios: Sed in ecclesia volo quinq. verba sensu meo loqui, vt & alios instruã, quàm decẽ milia verbor. in lingua. Quod vero iureconsulti aliquid ex tã barbara lingua mutuẽtur, nemini mirum videri debet, qui norit Vlpianum ipsum ex Syria Phœnice fuisse, quod ipse testatum reliquit:[a] Seuerúmq. Imperatorem ex Phœnissa vxore Antoninum suscepisse, cognomẽto Caracallã: quo interfecto, Antoninus Heliogabalus, & paulo pòst Alexander, imperarũt, homines & genere & natura Phœnices. Illis temporibus maxima pars nostror. iurisconsultor. fuit, quibus necesse erat, vt multa ex aliena lingua in vsu essent Po. Romani. Andreas quoq. noster Alciatus superioribus annis ostendit, non paucis nos nominibus cũ Iudæis communibus vti. Cuiusmodi sunt saccus, camelus, nugæ, atq. alia eius generis. quib. nominib. multo ante captas Hierosolymas Romani vsi sunt: vt fortasse mirandum non sit, hoc etiam dicendi genere vsos. Sed & apud Plautum in Rudẽte videor hoc ipsum agnoscere, Non ædepol (inquit) piscis expeto, quàm tui sermo-

a l.j. de censib.

Alc. lib.ij.ca. 8.parer.

nis indigens. & alio loco, Eò tacent, quia tacita bona'ſt mulier ſemper, quàm loquens.

Cap. L I I. *pro ſocio, non licitatori, neq. pollicitori ſcribendum, ſed politori.* I X.

QVanta Gul. Budæus eruditione, linguar. antiquitatiſq. cognitione fuerit, doctiſſima illa monumenta teſtantur in perpetuam hominum memoriam æterna, vt exiſtimamus, futura. Trium præſertim voluminum labores numquam peribunt, qua de aſſe, ponderibuſq. qua de lingua Græca, quaq. de iure ciuili tam diligenter, atq. docte diſſeruit, vt nihil ſuprà dici poſſe videatur. Sed quod ad ius quidem ciuile attinet, obſtruxit eius luminibus, altius ædificiis ab Alciato præceptore noſtro ſublatis, magna diſcipulorum & libror. copia: vt ille, qui in primis habebatur peritus, vix aliquo numero inter conſultos cenſeatur. Sed ſiue id iure, ſiue iniuria fiat, libuit tria hic loca referre, quæ ille mendoſiora reliquerat. quam acceperat. Quor. primum eſt, in quo minus accuſandus videtur. ſub titulo Pro ſocio. a Haloander vero reprehendendus, qui neq. tanti viri ſentẽtiam ſecutus ſit, neq. Florentinum, vt profitetur, librum. Iuriſconſulti verba ita ante Budæi emendationem ſcripta fuerant: Si in coëunda ſocietate, inquit, artem, operámve pollicitus eſt alter: veluti cum pecus in commune paſcendum, aut agrũ pollicitatori damus in commune quærendis fructibus, nimirum tibi etiam culpa præſtanda eſt. Budæus, Agrum colendũ licitatori damus: Haloander, agrum, pollicitori damus, emendarunt. Nos, quod Florẽtiæ reperimus, probamus: Agrum politori damus. Erant autem politores, qui agros excolere, atq. polire conſueuerant. Nonius enim Marcellus ſic ait: Politiones agror. cultus diligentes, vt polita omnia dicimus exculta, & ad nitorem deducta. Ennius Satyrar. lib. 3. Teſtes ſunt lati campi, quos gerit Africa terra politos. & Annali 9. Raſtros dentefabres carpſit cauſa poliendi agri. Varro: Quid mirum, ex agri depolitionibus eiciuntur, hic in cænaculo polito recipiuntur.

a l. cum duo bus. §. ſi in coëunda. pro ſocio.

tur. Hæc ille, quibus hic locus intelligi poteſt. Vt enim qui pecus paſcit curam pecoris ſuſcipit. ſic ille qui agrũ poliendum ſuſcepit. De eadem politione exiſtimo ſentire Vlpianũ. ca.9.locat.a Si quis, inquit, vitulos paſcẽdos: vel ſarciendum quid, poliendúmve conduxit, culpam eum præſtare debere. Nam vt de vitulis paſcendis exemplum agricolar.eſt, ſic & ſarciendi, & poliendi, vt villa fortaſſe ſarciatur, & ager poliatur. Poteſt tamen & de fullone, & de ſarcinatore intelligi, qui veſtimenta ſarcienda, aut polienda conducit. [b] Illud ſine dubio eſt, politorem, non licitatorem, neq. pollicitorem emendãdum. Nam & Cato de re ruſtica ſcripſit, Politor ordeum quinta modio, fabam quinta modo diuidat. quod nuper eſt emendatum.

a l. ſi quis domum. §. vlt. locati.

b inſti. de loca. in pri. mand. §. vlt. de obli. quæ ex doli. §. ſi fullo. & Conſtan. li.3. tit.8. eo pacto interpretatur.

Budæum ab Alciato merito reprehenſum, quòd non intellexiſſet quid eſſet hoſtium potitus, ſed & Haloandrum variaſſe. X.

Alter locus eſt Papiniani cap.11. de captiuis: cuius verba ſunt hæc. Papinianus libro 31. quæſtionum. Quod ſi filius ante moriatur in ciuitate, nihil eſt quod de ſecundis tabulis tractari poſſit: ſiue quoniam viuo patre filiusfamilias mori intelligitur, ſiue quoniam nõ reuerſo eo exinde ſui iuris videtur fuiſſe, ex quo pater hoſtium potitus eſt. Sic autẽ ſcribendum, non vt in Norico, Non videtur fuiſſe, repugnaret enim legi toti Corneliæ. Budęus, hoſtium poteſtati ſubditus eſt, Accurſium conniuentibus oculis ſecutus ſcribẽdum cenſet. Alciatus vero lib.4. de Verb. ſigni. ait: Hoſtium potitus, id eſt captus ab hoſtibus, exemplo Plauti in Captiuis. licet in titulo, inquit, de captiuis, à quibuſdam male ſit immutatum. Idem lib.1. παρέργων, Alij etiam, inquit, magni nominis viri corruptum codicem arbitrantur, & legendum non hoſtium potitus, ſed hoſtium poteſtati ſubditus: qui modus loquendi, inquit, non ſat Latinus eſt, certe non elegans. hæc ille de Budæi negligentia. Plautinus locus apud eundem relatus hic eſt:

l. quod ſi filius. de captiuis.

cap.35.

Nam poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium,

Ita nunc belligerant Aetoli cum Aulidis.

Et hic in eiſdem Captiuis:

Ergo poſtquam gnatus tuus potitus eſt hoſtium. Expertus quanti fuerit, nunc deſidero. Et in Epidico:

Filiam, quam ex te ſuſcepi; Eductam perdidi, hoſtium eſt potita.

Sed eſt apud iuriſconſultos frequentior hic dicẽdi mo- »dus, quàm apud ceteros. Tryphoninus cap. 12. de capti- »uis: a Cætera, quæ in iure ſunt poſtea quàm poſtliminio »redit, pro eo habentur, ac ſi numquam iſte hoſtium po- »titus fuiſſet. Iulianus cap. 22. [b] Apparet ergo eadem o- »mnia pertinere ad heredem eius, quæ ipſe qui hoſtium »potitus eſt, habiturus eſſet, ſi poſtliminio reuertiſſet. »Vlpianus cap. 15. Ex quibus cau. maio. [c] Ego autem »etiam nomine eius qui hoſtium potitus eſt, ſi curator, »vt plerumq. fuerit bonis conſtitutus, auxilium competere exiſtimo. Quibus locis recte Haloander. At capite 10. de teſtamento militis, [d] ita ſcripſit: Facere teſtamentum miles in hoſtium poteſtate poſitus, nec iure mili- »tari poteſt. Cum Florentiæ ita ſcriptum ſit: Vlpianus »lib. 11. ad Sabinum. Facere teſtamentum hoſtium po- »titus nec iure militari poteſt.

a l. in bello. §. codicilli. de captiuis.
b l. bona. eo. ti.
c l. ab hoſtibus. ex quib. cau. ma.
d l. facere. de teſt. mi.

Per luxuriam, non plurifariam ſcribendum, c. 1. De ædili. edi. quidq. luxuria & laſciuia ſignificet. XI.

IDem Budæus ait, capite primo in fine, De ædilitio edicto, mendum ineſſe: in quo mihi errare, quod tãti »viri pace edictum ſit, viſus eſt. Verba Vlpiani, cuius illud »caput eſt, ita ſe habent: Idem Viuianus ait, Quamuis »aliquando quis circa fana bacchatus ſit, & reſpõſa red- »diderit, tamen ſi nunc hoc non faciat. nullũ vitium eſſe: »neq. eo nomine, quod aliquando id fecit, actio eſt: ſicuti »ſi aliquando febrem habuit. Ceterum ſi nihilominus »permaneret in eo vitio, vt circa fana bacchari ſoleret, »& quaſi demens reſponſa daret, etiam ſi per luxoriã id »factum eſt, vitiũ tamen eſſe, ſed vitium animi, non corporis. Budæus, etiam ſi plurifariam id factum eſt, ſcribi oportere

l. fin. de ædi. edi.

oportere censet: neq. enim existimat Latinum esse, luxuriam pro crapula & vinositate accipere. Luxuria enim & luxus, inquit, profusam impensam significat. Luxuria, inquit Sex Pompeius, morũ est solutio. Luxa enim membra dicuntur, è suis locis mota: à quo luxuriosus in re familiari solutus. Est etiam luxuria, & luxuries segetum, apud Plinium, & Ciceronem, vbertas & redundantia quædam germinis. Eiusmodi vir ille doctissimus ait, quibus ego Accursianam interpretationem præfero: vt luxuria dicatur abusus quicumq. vel potius lasciuia quædam sit, & corruptæ, effrenatæq. animi cupiditates, nimium sese peruersa animi informatione efferẽtes. Marcianus libro quartodecimo Institutionum: [a] Si „ fortuito incendium factum sit, venia indiget, nisi tam „ lata culpa fuit, vt luxoria, aut dolo sit proxima. Quæ „ verba cap. II. de incendio, in Norico mendosa sunt. „ nam luxoria pro luxuria, aut luxoria, vt veteres loque- „ bantur, scriptum est. Vlpianus lib. 43. ad Sabinum: [b] Ex „ damni infecti stipulatione non oportet infinitam, vel „ immoderatam æstimationem fieri, vtputa ob tecto- „ ria, & ob picturas. Licet enim in hæc magna erogatio „ facta est, attamen ex damni infecti stipulatione mode- „ ratam æstimationem faciendam, quia honestus modus „ seruandus est, non immoderata cuiusq. luxuria subse- „ quenda. & Paulus ca. 2. de seruo corrupto, eũ qui luxuriosum, aut contumacem seruũ fecit, ea actione teneri ait. Idem Iustinianus scribit libro quarto Institutionum: [c] Actio serui corrupti competit in eum, inquit, cuius hortatu, cõsilióve seruus alienus fugerit, aut contumax aduersus dominum factus est, aut luxuriose viuere cœperit. Et sub titulo Quod cum eo: [d] quia sæpe, inquit, onerati ære alieno creditar. pecuniar. quas in luxuriam consumebant, vitæ parentum insidiabantur. Vlpianus ca. 16. De manumissis vindicta. [e] Illud in cau- " sis probandis meminisse iudices oportet, vt non ex lu- " xuria, sed ex affectu descendentes causas probent, neq. " enim deliciis, sed iustis affectionibus dedisse iustam li- " bertatem, legem Aeliam Sentiam credendum. Non po- " tuit elegantius Vlpianus luxuriæ significationem exprimere, quàm per verbũ deliciar. Sic Cicero Philippi

ca. 13.

[a] l. si fortuitu. de incẽd. rui. nau.

[b] l. ex damni. de dam. infec.

[c] §. in duplũ. de actio.

[d] §. illud quod cũ eo.

[e] l. illud. de man. vin.

ca. 13. Homo diruptus,ditutuſq. Q. Cæcilius,columéq. amicor. Antonij, Cotila Varius, quos Antonius deliciar. cauſa loris in conuiuio cædi iubebat à ſuis publicè.Sed tamen luxurioſus vir,aut mulier luxurioſa, frequentius eum hominem ſignificat,qui neq.ſumptibus, neq.libidini, neque comeſſationibus modum adhibet. In quibus ſuperior.exemplor.aliquot intelligi poſſunt,

a l.ſi quis.pro empt.

" & hæc quæ adſcribam, Iulianus cap.8. Pro emptore: a
"Niſi fortè & is qui à luxurioſo, & protinus ſcotto da-
"turo pecuniam ſeruos emit, non vſucapiet? Paulus ca-
"pi. 15. [b] De curatoribus furioſo. & aliis extra minores

b l.& mulieri. de cur.furio.

c l.ſi vero.§. ſi adoleſcés. man.

"dandis, & mulieri, quæ luxurioſè viuit,bonis interdici
"poteſt. Vlpianus cap.12. mandati, [c] Si adoleſcens luxu-
"rioſus mandet tibi, vt pro meretrice fideiubeas, idq.tu
"ſciens mandatū ſuſceperis,non habebis mandati actio-
"nem: quia ſimile eſt, quaſi perdituro pecuniam ſciens
"credideris. Sed tamen hæc,atq.alia huiuſmodi,nō mul-
"tum ab illa intemperantia, & profuſa erga voluptates propenſione diſcedunt. Hoc verbo per tranſlationem in ruſticis rebus vtebantur, vt in illis Ciceronis & Plinij locis apud Budæum, & apud Paulum lib.5. Senten. ſub titulo Vtrubi(ſic enim ſcribendum, non vtrum vi) Arbor, inquit, qui in alienas ædes, vel in vicini agrum imminet, niſi à domino ſublucari non poteſt. iſq.conueniendus eſt,vt eum ſublucet. Quid ſi conuentus dominus id facere noluerit, à vicino luxuries ramor. compeſcatur. Cicero lib.3. de Oratore: Verbi tranſlatio inſtituta eſt inopiæ cauſa, frequentata delectationis. nam gemmare vites, luxuriem eſſe in herbis, lætas ſegetes etiam ruſtici dicunt. & in Oratore: Tranſlatione, inquit, frequentiſſime ſermo omnis vtitur, non modo vrbanor. ſed etiam ruſticor. ſiquidem eſt eor.gemmare vites, laſciuire agros, lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta. Vergilius libro primo Georgicorum,

Quid?qui ne grauidis procumbat culmus ariſtis,
Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba?

Et non multo pòſt de nuce,

At ſi luxuria folior.exuberat vmbra,
Nequicquam pingues paleæ teres area culmos,

Et lib.

Et lib. tertio de equi amplo pectore,

Luxuriatq; toris animosum pectus:

Atq; de eodem lasciuiente ait lib. xj. Æneid.

Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto
Emicat, arrectisq; fremit ceruicibus alte
Luxurians, luduntq; iubæ per colla, per armos.

Proprie tamen, & ad hoc caput aptè vtitur Liuius libr. 1. de Numæ Pompilij institutis agens. Positis, inquit, externor. periculorum curis, ne luxuriarent otio animi, quos metus hostium, disciplinaque militaris continuerat: omnium primum rem ad multitudinem imperitam, & illis seculis rudem, efficacissimam, deorũ metum iniciendum ratus est. & Cicero per Sex. Roscio: Luxuries igitur hominem nimirum, & æris, inquit, alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt. De luxuria purgauit Erucius, cum dixit, hũc ne in conuiuio quidem vllo ferè interfuisse. & alio loco in eadem oratione, In vrbe luxuries creatur, ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erũpat audacia. Sexcenta sunt similia, in quibus morum potius dissolutio significatur, vt Sextus ipse Põpeius apud Budæum definit. In eadem significatione lasciuia quoq; à nostris accipitur. vt doctissimè idem Budæus animaduertit. Vlpianus cap. 15. locati.[a] "Si vero nihil extra consuetudinem acciderit, damnum coloni esse. Idemq; dicendum, si exercitus præteriens, per lasciuiam aliquid abstulit. Menander cap. 6. de re militari: [b] Per vinum aut lasciuiam lapsis, capitalis pœna remittenda est, & militiæ mutatio irroganda. Vlpianus capite 4. ad L. Corn. De sicar. [c] Cum quidam per lasciuiam causam mortis præbuisset. comprobatũ est factum Ignatij Taurini Proconsulis Beticæ à Diuo Hadriano, quod eum in quinquennium relegasset. Iustinianus lib. 4. Institutionum, [d] cum furti teneri dixisset eum qui nũmos alicui excussisset, vt alius auferret, aut obstitisset ei, vt alius eius rem exciperet, aut oues, vel boues fugasset, vt alius acciperet: sed si quid, inquit, eor. per lasciuiam, & non data opera, vt furtum admitteret, factum est, in factum acto dari debet. Et sub titul. Si qua. pau. Animalium nomine, quæ ratione carent, si qua lasciuia, aut feruore,

a l. ex conducto. loca.

b l. omne. §. qui se. de re mil.

c l. lege. ad l. Cor. de sicar.

d §. interdũ de obli. quæ ex delic. na.

aut feritate pauperiem fecerint, noxialis actio lege 12. Tabular. prodita est (Hal. tamen pauore sctipsit, sed illud Theophi.) Luxuriose viuere Theophilus non male ἀσώτως ζῆν vertit:[a] vt prodigos etiam ἀσώτους appellat.[b] Quo nomine Cicero non abstinuit, vel potius ipse asotos luxuriosos vertere videtur, si quis quæ aduersus Epicurum lib. 2. De finibus ait, diligẽter consideret. Ex quo etiam reprehendẽdus ea de causa videtur Budæus, quòd dixerit, numquam luxuriam ebrietatem significare. Ciceronis enim verba sunt hæc: Nolim enim mihi fingere asotos, vt soletis, qui in mensam vomant & qui de conuiuiis auferantur, crudiq; postridie se rursus ingurgitent, & cetera, quæ ille diligentissime persequitur. Martialis in hoc nomine bellè lusit lib. 4. Epigram.

Sotæ filia clinici Labulla
Deserto sequeris Clitum marito,
Et donas, & amas. ἔχεις ἀσώτως.

Iocus autem est in ambiguis verbis Grçcis, quibus eam sine patre Sota habere maritum, & cum eo luxuriose viuere significatur. Sine patris enim voluntate filia nubere non poterat. Paulus ca. 11. De statu hom.[c] Paulus respondit, eum qui viuente patre, & ignorante de coniũctione filiæ conceptus est, licet post mortem aui natus sit, iustum filiũ eis ex quo conceptus est, esse non videri. Sic enim legendum: non vt in Norico libro, ignorante de conditione filię. Sed illò reuertamur. Lasciuiã Theophilus[d] τρυφῆν interpretatur, quo etiam verbo & luxuries, & deliciæ significantur. Ridiculus vero Nouellar. constitutionum vetus interpres, qui 22. constitutione[e] ὑπερμάξων σάτε καὶ τρυφῶσα, elata & epulata vertit. Totus autem ille locus barbare versus est in Norico quoq; libro. quoniam Haloander exemplari græco est destitutus. Basiliensis tamen editio, quæ græce deerant, suppleuit, interpretatione omissa. Eam nos hic facere non inutile putamus. Græca verba sunt hæc: χαίρειν δὲ κἀκεῖνο, καὶ οὐδὲ εὐσεβείας ἔξω, τῷ τῆς θείας λήξεως Ἀλεξάνδρῳ παρὰ πολλοῖς ἑτέροις τῶν ἀρχαίων νομοθετῶν διώρισαι, ὥστε εἴτις ἐλευθερώσειε θεράπαιναν, εἶτα ἀγάγοιτο αὐτὴν γαμετὴν, ἡ δὲ ὡς ἔοικεν, ὑπερμαξωσάτε καὶ τρυφῶσα διαλύσειε τὸ πρὸς τὸν ἐλευθερωτὴν συνοικέσιον, οὐκ ἐφίησιν ὁ νόμος πρὸς δευτέρους γάμους

a §. in duplum. de actio.
b §. furiosi. de cur. §. testes. de test.
c l. Paulu.. de sta. ho.
d Theo. d. §. interdũm. & in summa.
e Authen. de nupt. §. incũdum.

γάμους ἐλθεῖν εἴκοντος τοῦ πρότερον γήμαντος. ἀλλὰ τὸν ἐφεξῆς γάμον πορνείαν ἡγεῖται καὶ φθορὰν, ἀλλ' οὐ γάμον, οὐδὲ συνάφειαν, ἐξ ἧς ὕβρεις οὐκ εὐπρεπῆς τῷ τὴν ἐλευθερίαν ἐπιθέντι προσγίνεται. Id est huiusmodi. Eleganter autem, neq; sine pietate à diuinæ recordationis Alexandro vltra alia multa alior: legislator. determinatum est, vt si quis ancillam manumiserit, eamq; postea vxorem duxerit, quæ, vt fit, per delicias & lasciuiam dissoluerit cum manumissore cohabitationem: non enim permittit eius constitutio, eam ad secundas nuptias venire, inuito primo marito: sed posteriores nuptias, adulterium potius & stuprum existimat, non nuptias, aut coniunctionum, cum ex eis indecora fiat ei qui libertatem dedit, iniuria. Sed ad Budæum reuertamur, & caput illud primum de ædilitio edicto. De quo id solum habeo dicere, mirari me, talem virum tam multa peccata vno tempore commisisse. neq; enim solum verum non est, eo loci melius plurifariam, quàm per luxuriam fore: & illud quoq; falsum est, luxuriam nunquam pro vinositate sumi, sed etiam illic vllam vini suspicionem esse. Nec quemquam moueat, quod bacchationis verbo vtatur. eo enim furor potius significatur, aut verus, aut simulatus. Iustinianus lib. 3 Institutio.[a] Erat, inquit. ex S. C. Claudiano miserabilis per vniuersitatem adquisitio, cum libera mulier seruili amore bacchata, ipsam libertatem per S. C. amittebat. Vergilius lib. 9. Æneid.

a §. 2. de succeß. sublat.

At phœbi nondum patiens, immanis in antro
Bacchatur vates, magnum si pectore possit
Excusisse deum. Terentius in Adelphis:
Si satis iam debacchatus es leno, audi, si vis, nunc iam.
Leno. Egon' debacchatus sum autem? an tu in me?

Sed & nos iam satis sumus in Budæum debacchati. Quamobrem alia aggrediamur.

Vlpiani locus sub titulo de manumißionib: restitutus. quidque pariare, pariator, & pariatio apud iurisconsultos significet, declaratum. XII.

„ VLpianus libro ſexto Diſputationum, ex quo caput
quartum de manumiſſionibus[a] ſumptum eſt, vt
ſe in libertatem vindicemus expoſtulat. Eius verba e-
xiſtimantur hæc: Vnde quæri poterit, ſi cum hoc ab i-
nitio eſſet actum, emptor feſtinauit, & pretium nume-
rauit, an poſtea ei ſatisfacto, ſeruus cõſtitutione vti poſ-
ſit? & puto poſſe. Proinde & ſic ei nummos prorogauit
emptor, cum ei paruerit, poterit ad libertatem perueni-
re. Sic in Norico ſcriptum eſt. Florentiæ vero, pariaue-
rit, non paruerit, initio fuerat, quod ab audaci homine 1
non ante multos annos eſt immutatum. Signum eius
rei eſt, quod Accurſius ſcribat, Parauit, alias paruerit,
alias apparuerit. Significat autem pariare, paria facere:
hoc eſt ita rationes reddere, vt paria expenſa ſint acce-
ptis. Eiuſmodi ſeruum pariatorem appellat Paulus cap.
„ 89. de cond. & demonſtr.[b] Iulius Paulus Numphidio.
„ Quæſiſti ſi ita in teſtamento cautum eſſet: Stichus, ſi ra-
tiones reddiderit, cum contubernali ſua liber eſto, eiſq;
decem heres dato: an Sticho mortuo ante, quàm ratio-
nes redderet, vel pariatore, vel reliqua habente, libera 2
„ eſſet mulier? Pariationem vero Scæuola appellat eam
„ ſcripturã, qua rationibus redditis ſatisfactum eſſe cre-
„ ditori, aut domino appareat. Idem quæſiit, an pactum,
„ quod in pariationibus adſcribi ſolet in hunc modum,
„ Ex hoc contractu nullam inter ſe controuerſiam am-
„ plius eſſe, impediat repetitionem? reſpondit, nihil pro-
poni cur impediret. Qui locus felicior fuit hoc ipſo,
quo de agimus, quamuis fuerunt in eum quoq; manus
illatæ: & ex pariationibus, pactionibus in ipſis illis E-
thruſcis Pandectis confectum. Paria autem facere quid 3
ſit, cap. 40. in fine De ſtatuliberis,[c] apertiſſime cogno-
ſcitur. Quod Budæus cap. 5. de iure immuni.[d] & Al-
ciatus libr. 1. παρέργων,[e] poſt Vallenſem libro 5. Ele-
gant.[f] multis verbis interpretantur. Sic reliquari,[g] &
reliquatores, à reliquis quæ debebantur. Paulus libro
„ quinto Senten.[h] Reliquatores vectigalium ad iteran-
„ dam conductionem ante, quàm ſuperiori conductioni
„ ſatisfaciant, admittendi non ſunt. Si quis vero, quid ac-
cepta & expenſa, aut data, veteres dixerint, ſcire cupit,
legat aureum Hadriani libellum de Sermone Latino, à
quo

a l. is qui. §. ſi ab ignoto. de manumiſ.
b l. Iulius. de cõd. & dem.
l. vl. de cond. indeb.
c l. Sticho. §. vlt. de ſtatu libe.
d Bud. l. ſemper. §. cõductores. de iure im.
e cap. 24.
f cap. 83.
g l. conſtitutionibus. ad munici.
h l. locatio. de public.

quo mutatus videtur Budæus cap. 12. qui potiores in pigno. hab.[a] Nos illo reuertamur, vnde dicendi initium fecimus. Et illud inuestigemus, quid nummos prorogare significet. Atq; existimo nummos de suo emptoré soluisse, vt paulo antè dixerat. [b] Proinde siue ex aduētitio lucro, siue etiam amici beneficio, vel liberalitate. vel prorogante eo, vel repromittente, vel se delegante, vel in se recipiente debitum, redemptus sit: credendum est suis nummis eum redemptum. Prorogante eo, hoc est amico pecuniam proferente. Sic capite 53. de pactis.[c] Sumptus quidem prorogare litigāti honestum est: paciscì autem, vt non quantitas eo nomine expensa cum vsuris licitis restituatur, sed pars dimidia eius, quod ex ea lite datū erit, non licet Prorogare, inquit, sumptus, hoc est erogare, vel representare. Et consti. 20. de decur. lib. 10.[d] quascunq; pro his expensas ciuitas prorogauerit, refundere protinus, ac representare cogantur. Non ignoro aliter Ciceronem hoc verbo vti, cum producere diem, aut magistratus tempus significat, aut aliud eiusmodi. Si manente adhuc precario (inquit Pomponius lib. 29. ad Sabinum)[e] tu in vlterius tempus rogasti, prorogatur precarium. Et Imp. Marcus Antoninus consti. 1. de his qui in exilium dati: Quibus posthac ordini suo vel aduocationibus ad tempus interdicetur, post impletum temporis spatium non prorogabitur infamia. Et alibi sæpe. Sed hoc capite, quo de agimus, illud (ni fallor) significatur, vt si emptor ipse pecuniam ea conditione det, vt seruus postea soluat, cum ei seruus satisfecerit, liber sit.

Diem à sexta hora noctis incipere quo pacto intelligendum sit, aliquot iuriscōsultor. responsis. Et de veter. horis diurnis, atq; nocturnis. XIII.

SVb eodem titulo de manumissionibus, Vlpianus libro sexto ad Sabinum Scripsisse dicitur, Placuit eum qui Kalendis Ianuariis est natus, post sextam noctis pridie Kalendas, quasi annum vicesimum compleuerit, posse manumittere. Non enim maiori viginti annis

a Bud. l. credito. §. credito. qui potio.

b l. is qui suis. in prin. de manum.

c l. sumptus. de pact.

d l. Circensium. aut Cyrenensium. C. de decur. lib. x.

e l. sed si manēte. de precario.

l. j. de manumis.

permitti manumittere. sed minorem manumittere vetari. Iam autem minor non est, qui diem supremum agit anni vicesimi. Agere diem supremum anni dicitur quis, pridie kalendas natalis diei post sextam no-

a l. à qua æta te. qui test. fa. pos.

„ ctis horam. Idem Vlpianus eodem libro ait: [a] Propo- „ ne aliquem Kalendis Ianuariis natum, testamentũ ipso „ natali suo fecisse quatuordecimo anno, an valeat testa- „ mentum? Dico valere. Plus arbitror etiam, si pridie „ Kalendar. fecerit post sextam horam noctis valere testamentum: iam enim complesse videtur annum quartum decimum, vt Martiano videtur. Et cum sexto capite de vsurpationibus & vsucap. [b] ex libro II. Vlpiani

b l. in vsucapionibus l. ideoq; de vsuc.

„ ad edictum dicatur: In vsucapionibus non à momen- „ to ad momentum, sed totum postremum diem com- „ putamus (sic autem scribendum est, non vt in Norico, „ ad postremum diem) Additur ex libro 27. ad Sabinum. „ Ideoq; qui hora sexta diei Kalendar. Ianuariar. posside- „ re cœperit, hora sexta noctis pridie kalendas Ianuarias „ implet vsucapionem. Omnibus his locis Vlpianus sexta hora noctis mediam noctem significat, neq; distinguit, hyeme an æstate vsucapio, aut manumissio, aut testamẽtum fiat: sed quocumq; tempore diem ea hora incipere, qua etiam mediam noctem esse apparet: si hæc cum 8. capite de feriis, coniungantur. Paulus lib. tertio-

c l. more. de feriis.

„ decimo ad Sabinum: [c] More Romano dies à media no- „ cte incipit, & sequentis noctis media parte finitur. Itaq; „ quidquid in his 24. horis, id est duabus dimidiatis nocti- „ bus & luce media actũ est, perinde est quasi quauis ho- „ ra lucis actum esset. Quæ verba Constantinus Harmenopulus libro vltimo Prochiri, titulo de verbor. significatione ita Gręce interpretatur. ὅτι ἡμέρα ἀπὸ τῆς ἑβδόμης ὥρας τῆς νυκτὸς ἄρχεται καὶ τελευτᾷ εἰς ἕκτην ὥραν τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ὥστε καὶ τὸ πραττόμενον ἐν μιᾷ τούτων τῶν κδʹ ὡρῶν, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ δοκεῖ γίνεσθαι. Cum dies, inquit, à septima noctis hora incipiat, & in sextã sequẽtis noctis terminetur: quod in alia harum vigintiquatuor horar. factum est, eadem die fieri intelligitur. Septimã harum apud Constãtinum intelligere oportet non exa-

A. Gell. lib. 3. cap. i..

ctam, sed incipientem: alioqui tres tantum, & viginti horæ essent. Hoc idem Varro, & Q. Mucius apud Gelliũ

testant

teſtantur. Sed neq; illa neq; ſuperiora intelligi poſſunt, niſi illud ſciamus, quod doctè, vt omnia, Alciatus noſter tradit ca. 2. de verbor. ſignif. Veteres dies in duodecim horas diuiſiſſe, totidemq; noctes, eaq; de cauſa ſextā diei horam ſemper meridiem fuiſſe, ſextam noctis mediam noctem. Maiores tamē æſtate diei horas, vt neceſſe erat, fuiſſe: brumæ vero tempore noctis horæ ceteris maiores erant: creſcebant enim, & minuebantur, vt dies ipſi, & noctes. De media nocte ſatis multa diximus, de meridie ſunt etiam apud iuriſconſultos exempla. Pōponius libro ſexto ad Sabinum: [a] Si diurnas operas Stichi dare damnatus, non à mane, ſed à ſexta diei hora det, totius diei nomine tenetur. Paulus libro 12. reſponſor. [b] Quæro, cū ipſa die, qua Titius ordinaret teſtamentū in ciuitate hora diei ſexta, eadem die albeſcente cælo rure ſit enixa Mæuia maſculum, an inſtitutio hæredis valeat, cum quo tempore ſcriberetur teſtamentum, iam editus eſſet partus? Fit etiam mētio apud Vlpianum ſub titulo de vſurpationibus, [c] cuius verba paulo antè retuli. Ca. quoq; 3. de operis libertor. dicitur: Nec ei liberto, qui ſex horis duntaxat antemeridianis præſto fuiſſet, liberatio eius diei cōtigit. Huc accedit, quod apud Paulum lib. quarto Sent. ſub titulo De viceſima, ſcriptum eſt: Teſtamēta inter horam ſecundam & decimam diei recitari debere. Et apud Varronem libro 2. de re ruſtica: Dies ad tonſuras ſumuntur ſereni, & his id faciunt ferè à quarta ad decimam horam. Quoniam ſole calidiore tonſa ex ſudore eius lana fit mollior, & ponderoſior, & colore meliore. Eiuſmodi horar. ratio non aliunde apertius cognoſci poteſt, quàm ex ſacra Matthæi hiſtoria capite 20. Cum vineæ dominus his qui vndecima hora conducti fuerant, tantam mercedem ſoluit, quantam hi, qui à ſexta, tertiaq; hora opus fecerant, acceperunt. Neq; eor. voces ferebat, qui pares fuiſſe indignabantur eos, qui vnam tantum horam in vinea fuiſſent, his qui totius diei & caloris pondus ſuſtinuiſſent. Et ex Plutarcho in M. Craſſi vita, cum Deiotarum rēgem ſenem admodum Marcus Craſſus eadem ætate offendiſſet vrbem ædificantem: Quid tu, inquit, Deiotare? duodecima hora ædificare cœpiſti? Cui rex, Ne tu quidem,

a l. ij. de au. leg.

b l. Titius. §. Lucius. de li. & poſt.

c l. ideoque. de vſurp.

l. 3. de ope. liber.

a Alc. lib. j. parerg. cap. 48.

b l.ij. de ver. si.

inquit, Crasse matutino tempore Partos oppugnas. De
,,eisdem caput quoque alterum de verbor. significatione
,,[b] intelligendum, quod prima fronte contradicere vi-
,,debatur. Cuiusque inquit. diei maior pars est horar. septem primar. diei, non supremar. Hoc est, à duodecima noctis ad octauam diei. non à quinta ad duodecimam. Et constitutione 20. de transactio. [c] secunda hora noctis ita intelligenda. Sed hæc satis existimo, peruulgata doctorum virorum lucubrationibus.

c l. non minorem. C. de transf.

Kalendis Iulijs migrationem apud veteres solitam fieri, aliquot iurisconsultor. locis apparet, quæ mendosa & obscura circunferuntur. XIIII.

QVis An. Politianus fuerit, quo ingenio, qua eruditione, ignorat, vt opinor, nemo: quantum vero 2
ei iuris ciuilis amatores debeamus, nõ multis compertum est. Quotus enim quisq; existimat nos præter vnũ atq; alterũ locũ, quos in Epistulis, & Miscellaneis emendauit, ei accepto ferre oportere? Sed mihi multo facilius esse videtur ea loca enumerare, quæ Politianus, aut qui à Politiano acceperũt, non restituerunt, quàm quæ eius causa emendata sunt. Nam vt illa omittã, animos omniũ ab eo excitatos ad iuris ciuilis instauratione͂, Institutionumq; Theophili eũ primum fuisse preconem: quicquid Bologninus, & eũ meliori ingenio secuti Al- 3
ciatus & Haloander restituerunt, ex Politiani libris acceptum est. Non scrutor quãtum Crinitus, Baifius, Budæus, atque alij, qui sunt, ex Politiani obscuris, vt ipsi aiunt, [d] notis profecerint. Ego me non pauca intellexisse profiteor, dum Medicea liberalitate Florentinas Pãdectas perlegi. Neq. eo tantum libro vsus sum, sed & Angeli Politiani, & Lælij Taurelli Iurisconsulti libris: quibus cum alicubi hærebam, ducibus vsus sum: cum errabam, admonitoribus. In his Politiani libris in margine quædam scripta reperi, quæ ei legenti, vt fit, in

d Bud. in l. fraus. de legib.

mentem veniebant. Quor. nihil reperi melius eo, quod ca.41. de contrahen. emp.[a] & ca.9. Qui potiores,[b] adscripserat. Id cuiusmodi sit, explicare conabor. Migrare inquilini dicuntur, cum constituto tempore ex habitatione cum suis rebus discedunt. ea enim de causa interdictum de migrando dabatur.[c] Erat autem iam inde à Ciceronis ætate consuetum, kalendis Quintilibus, aut (vt postea appellarunt) Iuliis migrare is enim dies conductionũ primus erat. Cicero libro 2. epistu. ad Q. Fratrem: Domus tibi ad lucum Pisonis Luciniana conducta est, sed vt spero, paucis mensibus post kalendas Quintiles in tuam commigrabis. Martialis libro 2. Epigrammatum.

O Iuliarum dedecus kalendarum: Vidi Vacerra sarcinas tuas, vidi, Quas non retentas pensione probima Portabat vxor.

Neq; enim eloquentissimus vir tam inepte locutus fuisset, vt paucis mensibus diceret post kalendas Quin. nisi solemnem illam diem fuisse ei rei, qua de egerat, nouisset: neq; Vacerræ sarcinæ tam essent facetæ, si non legitimo die migratio fieret. Sed Tranquillus apertius in Tiberij vita, & Tranquilli interpres Hermolaus, omnẽ scrupulum timidis & suspiciosis euellent. Namq; Tiberium ferunt latum clauum, genus id tunicæ Senator.[d] ademisse Senatori, quòd dedita opera in hortis maneret ad kalendas Iulias, vt post eum diem domo conducta vilius habitaret. Nunc ad iurisconsultos nostros veniamus. Scribit Africanus libro 8. Quæstio.[e] “Qui balneum ex kalendis proximis conduxerat, pactus erat, vt “homo Eros pignori locatori esset, donec mercedes sol- “uerentur. item ante kalendas Iulias eundem Erotem: “alij ob pecuniam creditam pignori dedit. Consultus an “aduersus hunc creditórem petentem Erotem, locatorẽ “Prætor tueri deberet? respondit debere. Licet enim eo “tempore homo pignori datus esset, quo nondum quic- “quam pro conductione deberetur: quoniam tamen iam “tum in ea causa Eros esse cœpisset, vt inuito locatore ius “pignoris in eo solui non posset, potiorẽ eius causam habendam. kalendas proximas intelligere oportet Iulias, & ante pignori Erotem datum, quàm is dies veniret,

a l. cum ab eo. de con. emp.
b l. qui balneũ. qui pot.
c ti. toto de migran.
d Bud. l. vlt. de senat.
e d.l. qui balneum.

quoniam nihil eo tempore pro conductione deberi ait. Quod si kalendæ Iuliç non diem migrationis significarent, nihil esset eo capite ineptius. Apertius Labeo ca.

a l. cum in plures.

" 40. [a] Locati in Norico præsertim lib. nam Florentinum nonnullis mendis infectum est: quibus bona fide sublatis, ita scriptum est. Labeo posteriorum libro quinto à Iauoleno Epitomarorum. Cum in plures annos domus locata est, præstare locator debet, vt nō solum habitare conductor ex kalendis illis cuiusq; anni, sed etiam locare habitatori, si velit, suo tempore possit.

* F V R T A, Flo.

" Itaq; si ea domus ex kalendis Ianuariis rupta * in kalēdas Iunias permansisset, ita vt nec habitare quisquam, nec ostendere alicui posset: nihil locatori conductorem præstaturum, adeò vt ne cogi quidem possit ex kalendis Iuliis refecta domu habitare: nisi si paratus fuisset locator commodam domum ei ad habitādum dare. Si ex kalēdis Iuliis, pro illis substituas, quod Haloāder fecit, neq; difficilis erit, neq; mēdosus hic locus: eritq. hęc sententia. Non solum præstandum esse ei qui plures annos
2 domum conduxit, vt ex kalendis Iuliis cuiusq; anni habitare possit, sed & ante eum diem permittendum, vt si conductor alij velit locare, domus pateat. Quamobrē si postea quàm in eam domum venit, ex kalēdis, puta Ianuariis, ad kalendas Iunias, neq; habitare, neq; cōductorib. ostendere potuit, mercedē eius tēporis soluere non tenetur, neq; refecta domo cogitur reliquos annos peragere ex kalēdis Iuliis. Sed & si ex kalendis illis dicatur, eædem Iuliæ kalēdæ intelligēdæ sunt, sed incertæ, proximæ, an alterius, an tertij anni. Eadem etiam pertinent

b l. cum ab eo. de con. emp.

3 " ad illud 41. caput de contra. emp. [b] Cū ab eo qui fundū alij obligatū habebat, quidam sic emptum rogasset, vt esset is sibi emptus, si eum liberasset, dūmodo ante kalendas Iulias liberaret: quæsitū est an vtiliter agere possit ex emptò in hoc, vt vēditor eum liberaret. Intererat autem eius ante eas kalendas liberari, vt si vellet, illic habitare posset, aut alij locare. Et ca. 12. de precario. [c]

c l. cum precario.

" Celsus libro 25. Digestor. Cum precario aliquid datur, si conuenit, vt in kalendas Iulias precario possideat, nunquid exceptione adiuuandus est, ne ante ei possessio auferatur? Accidit enim id sæpe, vt cum domos loca-

locare non potuimus, gratis postremis mensibus habitandas concedamus in eum diem, quo migrandum est. Hęc atque huiusmodi Politiano debemus, qui nos Suetonij & Martialis nominibus ad kalendas Iulias adscriptis, superior. capitum scientia iuuit.

Quæ sit captatoria institutio, aduersus omnium interpretum sententiam. XV.

IMp. Philippus A. & Philippus Cæsar constit. II. de testamẽto militis:[a] Captatorias, inquiunt, institutiones etiam in militis testamento nullius esse momenti, manifestum est. Caius libro quintodecimo ad edictum prouinciale:[b] " Captatoriæ scripturæ simili modo neq; " in hereditatibus, neq; in legatis valent. Captatoriæ scri-" pturæ, aut hereditates quæ sint, inde facile cognosce-" mus, si captandi verbum intelligamus. Est autem venari & aucupari lucrum, vt recte his exemplis cognoscitur. Vlpianus libro 48. ad edictum:[c] Qui dum captat " hereditatem legitimam, vel ex testamẽto prohibuit te-" stamentarium introire, volente eo facere testamẽtum, " vel mutare: Diuus Hadrianus constituit, denegari ei de-" bere actiones, denegatisque ei actionibus fisco locum " fore. Iustinianus libro 3. Institu.[d] Si totor. bonor. socius cum ab aliquo esset relictus, in hoc renuntiauerit societati, vt hereditatem solus lucrifaceret, cogitur hoc lucrum communicare. Si quid vero lucrifaciat, quod non captauerit ad ipsum solum pertinet. Impp. Diocle. & Maximia.[e] Si maiores quinque & viginti annis cum patruo, siue auunculo vestro transegistis, vel ei debita donationis causa sine aliqua conditione remisistis: non idcirco, quod hoc huius captandæ hereditatis causa, & spe futuræ successionis vos fecisse proponatis, aliis ei succedentibus instaurari finita debent. Sic captare mortem. constit. I. de transact.[f] & apud Pontificios.[g] & superiorem gradum captare. Iustinia. constitu. 8 de aduocatis diuer. iudicum.[h] Verba vero captari dicimus, cum torquentur in aliam significationẽ quàm is qui ea pronuntiauit voluit. Paulus libro 4. epitomarum Alfeni. i.

a l. captatorias. C. de testa. mil.

b l. captatoriæ. de leg. j.

c l. j. si quis alii. test. pro.

d inst. de societ. §. manet.

e l. si maiores. C. de trãsa.

f l. de fideicommisso.

g cap. 3. de conce. præb. in 6.

h l. nemo. C. de aduo. di. iudicum.

i l. vlt. ad exhi.

„Respondit,non oportere ius ciuile calumniari,neq. ver-
„ba captari, sed qua mente quid diceretur animaduer-
„tere conuenire. Sed priori significatione captatoria institutio à nostris consultis dicitur ea institutio,qua quis alterius hereditatē,aut legatum captat, aut quodcumq; lucrum ex alterius morte. Qua in re ab Alciati nostri sententia non discedo. a Huius tamen institutionis formulam hanc fuisse existimo:Titius qua ex parte me heredem instituerit,ex ea parte heres mihi esto:quæ senatus consulto improbata est, [b] vt paulò pòst ostendam. nam prius hæc ita se habere manifestissimis, vt mihi videtur,testimoniis cōprobabo. Paulus ait libro quinto
„Ad legem Iuliam, & Papiam. [c] Illæ autem institutiones
„captatoriæ non sunt, veluti si ita heredē quis instituat:
„Qua ex parte Titius me heredem instituit, ex ea parte
„Mæuius heres esto. Quia in præteritum, non in futur.
„institutio collata est. [d] Si igitur in præteritum concepta
„non esset,sed in futurum, vt illa nostra captatoria esset.
„quod ipsum apertius postea dicitur : Sed illud, inquit, quæri potest,an idem seruandum sit,quod Senatus censuit, etiam si in aliam personā captionē direxerit. Eleganter captionē appellat, hamatā illam institutionem.
„Veluti si ita(inquit)scripserit: Titius, si Mæuium tabu-
„lis testamenti sui heredem à se scriptum ostēderit,pro-
„baueritq; heres esto.Quod in sententiā Senatusconsulti incidere,non est dubium.Cum itaq.non in aliam,sed in testatoris personam captio directa est,non ex sententia solum, sed etiam ex Senatuscōsulti verbis improbatur. Idq; est quod capite 1. De his quæ pro non scriptis hab.
„dicitur. Nam Senatus cum pœnas legis Corneliæ con-
„stitueret aduersus eū qui sibi hereditatem, vel legatum
„scripsisset : eodem modo improbasse videtur, quo im-
„probatæ sunt illæ : Qua ex parte me Titius heredē scri-
„ptum in tabulis suis recitauerit, ex ea parte heres esto:
„vt perinde haberentur, ac si insertæ testamento non es-
„sent. Hac etiā de causa ca.79. De heredi insti.de illa in-
„stitutione dubitatum est : Quanta ex parte me à Titio
„heredē institutum recitassem, ex ea parte Sempronius
„mihi heres esto,& non esse captatoriam responsum est. Non enim captare videor Titij hereditatem, cui nihil relinquo:

a Alc. lib. ij. parer.ca.31.

b l. captatoria. de here. insti.

c l. illæ. de her.insti.

d sic. l. hoc art. eo. tit. l. mulier. in fi. de condi. insti.

l.j.de his quę pro non scr.

l. Clemēs. in fi. de her. instit.

relinquo: neq. Sempronio illum à Titio lucrum venor. præsertim si de testamento Titiano ante meum testamentum factum, illud caput intelligamus. Quod si Titij testamentum à me recitatum non fuerit, nulla erit institutio, etiam si remota sit, vt dixi, captatoriæ institutionis suspicio. Sed & Constantinus Harmenopulus Græcus iurisconsultus, nullam aliam χάριν ἀμειβομένην institutionem (sic enim captatoriam appellat) improbat, quàm quæ sub conditione futuræ institutionis facta est. Verba eius sunt hæc. αἱ χάριν ἀμειβόμεναι ἐνστάσεις οὐκ ἔρρονται: οἷον πέτρος ἐξ ὅσου μέρους γράψει με κληρονόμον, ἔστω μου κληρονόμος. αἱ δὲ εἰς τὸν παρελθόντα χρόνον συγκείμεναι ἐνστάσεις ἔρρονται, οἷον ἐξ ὅσου μέρους ἔγραψέ με πέτρος κληρονόμον, ἐκ τοσούτου ἔστω μου κληρονόμος. οὐ μόνον δὲ εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ διατιθεμένου, ἀλλὰ καὶ εἰς ἕτερον γίνεται ἡ χάριν ἀμειβομένη ἔνστασις. οἷον ἐὰν πέτρος γράψῃ παῦλον κληρονόμον, ἔστω μου κληρονόμος. Est autem mendosus vulgaris liber in verbo παῦλος & in verbo ἔρρονται. alterum enim deest, alterum additum est. Captatoriæ, inquit, institutiones non valent: vtputa Petrus ex qua parte me scribet heredem, heres mihi esto. Quæ vero in præteritum tempus institutiones conceptæ sunt, valent: veluti qua ex parte scripsit me heredem Petrus, ex eadē mihi heres sit. Neq. solum in testatoris personā, sed & in aliam fit captatoria institutio: vt si Petrus scripserit Paulum heredē, mihi heres sit. Hæc Constantinus, cui accepto ferimus hoc qualecumq. est boni, quod ex hac interpretatione venit. Cui simile quiddam memini me à præceptore meo Mariano Socino Patauij audisse. In eandem sentētiam caput 68. De heredi insti. cuius causa superiora omnia scripsimus, interpretandū est. Eius verba sunt hæc: Pa-" pinianus lib. sexto Responsorū. Captatorias institutio-" nes non eas Senatus improbauit, quæ mutuis affectio-" nibus iudicia prouocauerunt, sed quarum conditio con" fertur ad secretū alienæ voluntatis. Hoc est, si quis alterum purè instituat, & ille siue sciat, siue ignoret, eum à quo est institutus, pure etiam instituat: neùtra est captatoria, namq. ipsi affectione mutua vsi sunt in vltimo eor. iudicio, & voluntate. Sed si sub ea conditione,

Constan. libro 5. ca. 8. τῆς προχείρου.

l. captatorias. de her. inst.

quæ ex alterius teſtamento pendet: hoc enim ſecretum alienæ voluntatis appellat: a vti illa eſt,qua ex parte me ille heredem inſtituet; &c.hæ Senatuſcõſulto reprobatæ ſunt. Quo capite nõ illud definitum eſt,vt Accurſiani exiſtimant, Capratorias inſtituriones eſſe, quæ ira fiunt, illum inſtituo ſi Titius voluerir,ſed non eſſe captatorias eas inſtitutiones, quæ purè fiant, licet alter alterum nulla eius teſtamenti mentione facta inſtituiſſet.Nã & Theodoſij, & Valentiani Nouella, cuius apud Alciatum [b] mentio fit, vir & vxor ſe inuicem heredes alter alterum reliquerar: & non eſſe captatorium teſtamentum dicitur, quoniam ſimilis, inquit, fuit ambor. affectus,& ſimplex religio teſtamenta condentiũ.Et licet ſecretum alienæ voluntatis quodcũque alienũ arbitrium dici poſſit, tamen Papiniano ſatis viſum eſt rationem afferre, qua pura inſtitutio à captatoria differret.Nam quod Accurſiani dicunt, voluntates ex alieno arbirrio pendere non poſſe,idem ego affirmo.Itẽ illud, hanc fortaſſe non leuem captatoriæ ſcriprura improbandæ cauſam. nego tamẽ eas omnes inſtitutiones captatorias eſſe, quæ ex alieno arbitrio pendeant. Caius lib. primo De teſtamentis ad edictum Prætoris Vrbani. [c] Illa inſtitutio, Quos Titius voluerit, ideo vitioſa eſt quod alieno arbitrio permiſſa eſt. nam ſatis cõſtanter veteres decreuerunt, Teſtamentor. iura ipſa per ſe firma eſſe oportere,nõ ex alieno arbitrio pendere.Hæc ſi captatoria inſtitutio eſſet, Senatus potius cõſultũ retuliſſet,quàm veterum opinionẽ.Neque tacitè fieri poſſet, vt cum Sempronius heres inſtituirur, ſi Titius in Capitolium aſcenderir, eſt enim id in ſecreta Titij voluntate poſitum. [d] Fieret enim Senatuſconſulto fraus, vel etiam contra eius verba eſſet, ſi verum eſt Senatum eas inſtitutiones improbaſſe.quæ alieno arbitrio committuntur.Idem in legatis reſponſum eſt, non quod illud legatum captatorium ſit,Si Mæuius voluerit, Titio decem do:ſed quòd in alienam voluntatem conferri legatum non poteſt. eQuamquam alio loco contrarium dici videatur, in Florentino præſertim libro. 31. libro Digeſtor. Vlpianus libro 9. ad Sabinum: [f] In arbitrium alterius conferri legatum,veluti conditio poteſt. Quid enim

a l.3.C.de codicil.

b d.cap.31.

c l.illa de here.inſti.

d l.ſi quis Sẽpronium.eo. ti.

e l.nonnum quam.de cõdi. & demõ.

f l.j.de leg.ſecundo.

enim intereſt; ſi Titius in Capitolium aſcenderit, mihi legetur, an ſi voluerit? Et libro 30. idem ait: [a] Legatũ in alıena voluntate poni poteſt, in heredis non poteſt. Sed exiſtimo Vlpianum de legatarij voluntate intelligere. Illud proculdubiò verum eſt, ex Innocentij Pont. Max. decreto eiuſmodi inſtitutiones valere. Verba eius ſunt hæc. Qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitionem committit, non videtur diſcedere inteſtatus. Quo reſcripto, an captatoriæ inſtitutiones confirmentur, in dubium reuocari poteſt. Vt illud quoq. conſequens eſt conſtitutione vndecima De teſtament. milit. [c] Non oblatum militi, vt non poſſit in alienam voluntatem teſtamentum ſuum conferre. Quæ nos aliis explicanda relinquimus.

a l. Senatus. §. legatum. de leg. j.

b c. cum tibi de teſta.

c l. captatorias C. de teſt. mil.

Multa Digeſtorum loca reſtituta, in quibus Græca aliquot verba deerant. aut mendoſe in Noricis libris ſcripta ſunt. XVI.

NOtas Florentinar. Pandectar. (ſic enim appellat) in commune ſe proferre Haloander profitetur: quòd & illuſtrius ad nomen, & cautius ad fidem exiſtimabat id dicere, quàm id quod fecit, Bolognini deſcriptionem ex Politianis libris acceptam proferre ſe dicere. Quamobrem nolim quemquam mirari, ſi tam multis locis aliud Florentiæ eſſe dicam, quàm in Norica editione ſit. Nam neq. Politianus diligẽtiſſimus ſemper fuit, neq. quæ ille ſibi ſoli deſcribebat notis quibuſdam, quales quiſq. ſuas frequentes habet, Ludo. Bologniuus homo neq. natura acutus, neq. inſtitutione eruditus ſatis & Græcar. litterar. expers, deſcripſit, vt oportuit. Ego vero, quamquam ingenij mei mediocritatem agnoſcam, & ceterar. rer. non multam cognitionẽ, diligentia tamẽ tanta vſus ſum, & adiutoribus his, vt illa nõ multum deſiderarem. Sed ex his quæ hoc capite ſcripturus ſum de Græcis verbis aut omiſſis, aut mendoſis, & alio capite de negationibus, quantum noſtri labores profecerint, iudicium fieri cupimus. Caput 3. De legibus, ita Ha- l. 3. de legib.

loander edidit: Iura constitui oportet, vt dicit Theophrastus, in his quæ ἐκ παραλόγου ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt. hoc est, quæ ex inopinato frequenter accidunt. Cum aliud Budæus se in ipsis Florentinis Pandectis vidisse testetur, nempe id quod erat: Iura constitui oportet, vt dixit Theophrastus: in his quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, non quæ ἐκ παραλόγου. quæ illi sententiæ contradicit. Ridiculum autem est, quod alij scribebant antomina, aut automata aut θάμινα. [a] Errorque hic totus Bolognini est, quippe qui non recte emendationem Politiani percepit. Cap. 37. de iudiciis, [b] sic Haloander edidit: Callistratus libro 5. Cognitionum. Si de vi & possessione quæratur, prius cognoscendum de vi, quàm de proprietate rei, Diuus Hadrianus τῷ κοινῷ συγκλησίων rescripsit. Florentiæ tamen est τῷ κοινῷ τῶν Θεσσαλῶν Græcè rescripsit. Quod rescriptum Marcianus quoq. referre videtur cap. 5. ad L. Iuliam de vi publi-
" ca. [c] Si de vi, inquit, & possessione, vel dominio quæ-
" ratur, ante cognoscendum de vi, quàm de proprieta-
" te rei, Diuus Pius τῷ κοινῷ τῶν Θεσσαλῶν Græcè rescri-
" psit. Sed & decreuit, vt prius de vi quæratur, quàm de
" iure dominij, siue possessionis. Sed an idem rescriptum
" sit, nō facile dixerim, cū altero loco Diuus Hadrianus, altero Diuus Pius auctor dicatur. fuit autem hic illius adoptiuus filius. Cap. 16. de seruitu. prædi. vrba. [d] in Norico: Interdum dici potest, eum quoq. qui tollit ædificium, vel deprimit, luminibus officere: si fortè κατ' ἀνάκλασιν lumen in eas ædes deuoluatur. quam lectionem Alciatus libro 2. παρέργων probat. Florentiæ tamen est: Si forte κατὰ ἀντανάκλασιν, vel pressura
" quadam lumen in eas ædes deuoluatur. hoc est, per re-
" fractionem luminis. Cap. 1. de exerci. actio. [e] Noricus:
" Quædam enim naues onerariæ, quædam, vt ipsi dicunt, ἐπιβάδες. Quod Alciatus quoq. probat lib. 1. παρέργων. Nebrissensis, emphractæ, Cotta, amphractæ: Budæus, embatæ, aut epibatæ, scribunt. Florentiæ, ἐπιβατηγοὶ
" scriptum est, hoc est vectorum ductrices, ἀπὸ τοῦ ἄγειν
" τοὺς ἐπιβάτας. vt cap 53. de legatis libro 3. [f] Quid mirum
" (cum ξύλον hoc & naues ξυληγάς appellant, quæ hæc
" ἀπὸ τῶν ὑλῶν deducunt? τῶν ἐπιβατῶν mentio fit cap. vlt.

Nautæ,

[a] Alc. lib. 1. prætermiss.

[b] l. si de vi. de iud.

[c] l. qui cœtu. §. si de vi. ad l. Iul. de vi.

[d] l. si arborē. §. interdum. de ser. pr. vr.

[e] l. i. §. sed & si vt certis. de exer. act.

[f] l. ligni. §. lignorum. de leg. 3.

Nautæ,caupones.stabularij.& quid si quis, quos volgo ναυτεπιβάτας dicunt? & huic tenebitur: sed huius factum præstat, cum sit & nauta. Sic enim Florentiæ est,& apud Alciatum lib.3.Dispunct. quamuis idem libro 1.παρέργων Noricam editionem,quam perpetuo ferè illis libris est secutus probat.est autem hęc quos vulgo μεσοναύτας,Græci ναυτεπιβάτας dicunt.Cap.5.de institoria actione.[a] Idem ait, si libitinarius, quem Græci πλευστὴν vocant seruum pollinctorē habuerit, isq; mortuum spoliauerit:dandam in eum quasi institoriā actionem.Sic Haloander Albucium secutus,apud Alciatum libro 2.Prætermi.Sed in margine adscripsit ταφέα quod Budæus dixerat scribendum.Ego vero Florentiæ reperi:Si libitinarius, quem Græcè νεκροθάπτας vocant, seruum pollinctorem habuerit.Sed νεκροθάπτας scribēdum est. dicitur autem ἀπὸ τοῦ θάπτειν τοὺς νεκρούς. hoc est à cadaueribus sepeliendis, quos Budæus νεκροφόρους appellat. Cap. 26. depositi. b Habere me à vobis auri pondo plus minus decem,& discos duos,saccum signatum, ex quibus debetis mihi decem. quos apud Titium deposuistis item κυροτροφείων. decem. item ex ratione patris vestri decem, & quod excurrit.Alexander Alexandrius, cistophori decem:quod neq; Budæus probat.neq; quicquam aliud substituit. Alciatus recte libro 1. Dispunct. Item quod trophimati decē: hoc est quod in nutriciis expendi.Nutricia,inquit Vlpianus c. 1. de extraor.cogni. [c] eo vsq;producemus,quoad infantes vberibus aluntur.Quę Budæus τρόφια appellat.sub titulo de offi.P.P.Idem Budæus optime verba illa, Quod excurrit, interpretatur. Nam & Męcianus in libro de asse sic ait:Ingeniosissime autem cum ad denarium ratio conficeretur, excurrētis æris nota inuenta est,quæ sedecies multiplicata id efficeret. Capite 53. de legatis. [d] Græcum verbum deest in omnibus quos vidi libris. Sed Florentiæ ita legitur. Si animal legatum occiderit, puto teneri, non vt carnem „ præstet.vel cetera λείψανα. sed vt præstet pretium quāti „ esset,si viueret. Sunt autem λείψανα, reliquiæ: sic etiam „ Constantinus sacras illas diuor. reliquias appellat, lib. „ 3.titu.3. προχείρων. Quod enim constitutione 3. de sacro. ecc.dicitur.Nemo martyres distrahat:nemo mercetur,

l.vl.nau.cau.

a l.cuicunq;. §. idem ait. de inst.act.

b l.Publia.§. Titius. depo.

c l.j.§.ad nutricia.de ext. cog.

d l. quid ergo.§.si heres. de leg.j.

l.3.C. de sacro.eccle.

ſic ille vertit μηδεὶς λείψανα ἁγίων παρασκήτω. Sed in Digeſtis λείψανα intelligemus carnem, corium, & cornua: vt cap. 50. de legatis libro ſecundo.[a] Mortuo boue, qui legatus eſt, neque corium, neque caro debetur. & 14. de cond. furt.[b] Boue ſubrepto, & occiſo, condictio & bouis, & corij, & carnis domino competit: ſcilicet, ſi & coriũ, & caro contrectata fuerint, cornua quoq; condicentur. Cap. quoque 68. de legatis libro tertio.[c] aliud Græcum verbum deeſt, maximè neceſſarium. Verba eius hæc Florentiæ ſunt. Vlpianus libro 22. ad Sabinum. Si cui lana legetur, id legatum videtur, quod tinctum non eſt, ſed αὐτόφυες. ſiue autem facta eſt, ſiue infecta, lanæ appellatione continentur. αὐτόφυες appellat, quod ita per ſe natum ſit, nulla arte fucatum, cuiuſmodi Vergilius finxit,

Nec varios diſcet mentiri lana colores:
Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.
Sponte ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos.

Nihil autem aliud αὐτόφυες eſt, quàm quod ille per Spõte ſua expreſſit. Sub eodem titulo alter locus eſt, in quo Græcis litteris pro Latinis acceptis, errandi cauſam Nebriſſenſi noſtro, & Haloandro veteres librarij dederũt. Eſt enim Florentiæ hoc pacto:[d] Cui Corinthia vaſa legata eſſent, & βάσεις quoq; eorum vaſor. collocãdorum cauſa paratas deberi, Trebatius reſpondit. Labeo autem id non probat, ſi eas βάσεις teſtator numero vaſorum habuit. Proculus vero recte ait ſi æneæ quidem ſint, nõ autem Corinthiæ, non deberi. Librarij baces deſcripſerunt, vnde factum abaces à Nebriſſenſi. qui in eo quoq; errat, quod exiſtimat æneas legato accedere. cum cõtra Proculus cenſuerit, Baſes Beroaldus & Alciatus recte hic legendum putarunt, vt ſub titulo de verbor. ſigni.[e] Pomponius libro decimo Epiſtulur. Statuæ adfixæ baſibus ſtructilibus, aut tabulæ relegatæ catenis, aut erga parietem adfixæ, aut ſi ſimiliter cohærent lychni non ſunt ædium. Sic enim & hæc emendanda ſunt. Caput 87. ad L. Falc.[f] in Norico: Dixi τῶν ἀκρων hanc quæſtionem eſſe, qui tractatùs apud dialecticos τοῦ ψευδομένου dicatur. Etenim quicquid conſtituerimus verum

[a] l. mortuo. de leg. ij.
[b] l. ſi ſeruus. §. boue. de cond. furt.
[c] l. ſi cui lana. in princ. de leg. 3.
[d] l. heres meus. § cui. de leg. 3.
[e] l. ſtatuæ. de verb. ſig.
[f] l. qui quadringenta. ad L. Falc.

rum esse, falsum reperietur. Alciatus libro primo παρέργων, ἐκ τῶν ἀπόρων, qui tractatus apud dialecticos dicitur ἀσύστατος. sic enim inquit plerique legunt, tametsi aliis τοῦ ψευδομένου magis placeat. Pseudomenum mentientem appellat Cicero libro secundo De diuin. cuius etiam mentio fit in Academicis. Florentiæ multò melius. Dixi τοῦ ἀπόρου hanc quæstionem esse, qui tractatus apud dialecticos τοῦ ψευδομένου dicitur. τὰ ἄπορα vero, perplexa dicuntur. quale illud est Caput 16. De condi. insti. a Si Titius heres erit, Seius heres esto. Si Seius heres erit, Titius heres esto. A. Gellius libro nono. Exponit igitur tentamenti, inquit, gratia controuersiam parum consistentem; quod genus Græci ἄπορον vocant, Latinè autem id non minus commodè inexplicabile dici potest. aliis locis eiusmodi argumenta ἀντιστρέφοντα appellat. Et quoniam de dialecticis mentio facta est, illa etiam emendanda sunt, quæ de sophismate sub titulis de verbor. signific. & de diuersis regulis iuris dicuntur. Natura cauillationis, quam Græci σωρίτην appellauerunt, hæc est, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea quæ euidenter falsa sunt, producatur, Sic Florentiæ. Valla libro sexto σκῶμμα legit, Alciatus libro quarto De verbor. signific. σόφισμα alij διαβολήν, aut γοητείαν De sorite autem, quem acerualem Cicero appellat, multa Aristoteles, & ceteri tradunt. Eorum cauillatio notior est, cum paulatim augendo, aut minuendo aduersarios fallebant. Vt si quis dicat, plures collegium facere: rogabit sorites an ne septem, quod si ille affirmet, vnum deminuet, deinde item vnum, quo ad eò perducat, quo alter principio venturus non erat. Eodem pacto augendo; si dicat oues duas gregem non facere, aut modicam summam esse duorum aureorum: tum ille minutissimum nummum addet, sæpius, quoad illum fallat. Ille etiam locus ex dialecticis, aut rhetoribus sumptus mendosus est, Cap. vlt. ad S.C. Trebel. Deest enim Græcum verbum, quod in aliis locis ab Haloandro & Alciato eleganter declaratum est, Sic vero est Florentiæ: Polycrates fideicommissum petierat, & obtinuerat apud Aurelium Proculum Pro-

a l. si Titium. de cód. inst.

l. natura. de verb. sig. l. ea est. de diuer. reg.

l. vlt. ad S. C. Treb.

l. si duo. §. idē Iul. de iureiu.

consulem Achaiæ, Appellatione facta, cum solus Phœbus egisset μονομερῶς, victus est vt cap. 13. de iureiurando. & quasi μονομερὴς condictio ei dari debet, aduersus furis heredem. Quod interpretantur illi, sine exceptione, aut replicatione, [a] quasi peremptoriè dicas. id enim capiti vltimo aptius est. Caput 1. de aqua, & aquæ pluuiæ. [b] Haloander Alciatum secutus libro secundo Prætermi. sic edidit: Sulcos tamē[c] aquarios qui Gręcè ὑδραύλακας appellantur, si quis faciat, aquæ pluuiæ arcendæ eum teneri. Sed idem Alciat. libro secundo [c] παρέργ. elices mauult scribi. Et certe Florentiæ sic est: Sulcos tamen aquarios, qui ἔλικες appellantur, si quis faciat, aquæ pluuiæ actione eum teneri ait. Et sextus Pompeius ait: Elices sulci aquarij, per quos aqua collecta educitur è lyris. Cap. 4. vi bonor. raptor. [d] Haloander turbam autem appellatā Labeo ait, ex genere tumultus, idq; verbum ex Græco tractum τύρβη. Hoc videtur Alcia. in lib. de verb. sign. probasse. [e] Sed Florentiæ est ἀπὸ τοῦ θορυβεῖν, hoc est à tumultuando, Budæus volebat hæc addere, τύρβη γὰρ παρὰ τοῦ θορύβου εἴρηται, hoc est, turba enim à tumultu ducitur. Cap. 3. de incen. ruina, nau. [f] Qui eiecta naue quid rapuit, hoc edicto tenetur. Eiecta, hoc est quod Græci aiunt, ἐξοκειλαμένης. Sic Haloander, Budæum & Alciatum secutus: quanquam ille ἐκκλυζομένης, vel ἐξοκειλάσης, hic prius προσβλῆτα, post ἐκβολὴ, tandem ἐξοκειλαμένη restituat [g] Florentiæ tamen est ἐξέβρασθη, quod ἀπὸ τοῦ ἐκβράζειν dictum est Cap. 5. de iniuriis, Haloander Altiatum secutus libro secundo Prætermi. edidit: Eadem pœna ex senatusconsulto tenetur is, qui ἐπίθετον, aliudúe quid, siue scripturam, in notam aliquor. produxerit. quod iterum Alciatus probat libr. 1. παρέργ. Sed in Ethrusco libro est: Eadem pœna ex S. C. tenetur etiam is, qui ἐπιγράμματα, aliudúe quid sine scriptura, in notam aliquor. produxerit. Cap. 1. de effracto, & expila. Haloander, Budæum & Alciatum secutus edidit: Expilatores, qui sunt atrociores fures, hoc est λωποδύται, in opus publicum, vel perpetuum, vel temporarium dari solent. Budæus tamen substituebat: hoc est enim συλαγωγοὶ, vel συλητὰι. quamuis dicat Demosthenem λωποδύτας appellare. Alciatus libro secundo Præ-

a Alc. lib. 4. e. ij. dispun. lib. j. cap. 7. parer.

b l. j. §. Labeo de aqu. & aq. plu. arcen.

c c. 24.

d l. prætor. ait. in prin. vi bon. rap.

e libr. 4. de ver. sig. l. de testatio. in fi. eo. tit.

f l. iij. §. qui. eiect. de inc. ru. nau.

g Alc. lib. 2. præterm. & C. de nauib. non excus. li. xj. l. lex Cor. §. vlt. de iniu.

cap. 8.

l. j. de effra.

do Præterm. τοιχώρυχοι aut λωποδύται. Sed libro primo
παρέργ. Noricam editionem probat:& quod nollem fe-
cisset,addit: Dictionem Græcam eo modo reponendã,
& antiqui pleriq; codices, & Ethruscæ Pandectæ nobis
indicarunt.Neq; enim est vllum eo loco verbum Græ- “
cum in illis Pandectis,sed hoc pacto ea scripta sunt:Ex- “
pilatores,qui sunt atrociores fures,hoc enim est expila- “
tores,in opus publicum,vel perpetuum,vel temporariũ
dari solent. Quam germanam esse lectionem apparet,
ex Alexandri constitu.12.de cau.ex quibus infa.ali.irro. l.si testi.C.de cau. ex qui. infa.
Si te expilasse hereditatem sententia Præsidis constitit,
non ex eo quod non & alia tibi pœna irrogata est,furis
improbioris infamiam euitasti. & lib.4.Instit.sub tit.vi
bon.ra. hi qui rapiunt, improbi fures appellantur.Cap. l.mortis.§.e-
9.de pœnis,Florentiæ est:Erit & illa pœna, ne quis ne- “ rit.de pœnis.
gotiis publicis interueniat. hic enim priuatis quidem “
interesse poterit, publicis prohibebitur: vt solent,qui- “
bus sententia præcipitur δημοσίων ἀπέχεσθαι.Significant “
autem Græca verba,publicis abstinere: quæ in Norico “
libro desunt.Budæus ἀπὸ τῶν δημοσίων ἀπέχειν. alij, μὴ δη- “
μοσιεύεσθαι scribunt.Cetera aliàs persequemur.

Multis locis in negationibus erratum, in vulgo editis libris:quor.fides ex Florentinis libris constat.
XVII.

EST,& non,cuncti monosyllaba nota frequentant:
His demptis,nihil est,hominũ quod sermo volutet:
Non malè à poëta nescio quo dictum est. namq; vt po-
stea ait,

Omnia in his,& ab his sunt omnia,siue negoti,
Siue oti quicquam est,seu turbæ,siue quietis.

In nostris presertim libris id vsu euenire cognoscimus,
in quibus & illa mire conueniunt,

Si consentitur,mora nulla interuenit,est,est:
Si controuersa est,dissentio subiciet non.

Quod toties factũ esse, dedecori est.Quam obrẽ extre-
mo hoc capite aliquot loca enumerare decreui maxima

audacia à librariis & interpretibus in contrariam sententiam cõuersa. Quale illud est, quod Bartolo, omniũ nostror. interpretũ post Iustinianum optimo, debemus. Qui cum ex facto dubitaretur, an hoc pactum valeret, vt ne liceat debitori hypothecam vendere, quibusdam affirmantibus Cap. 7. de distra. pigno.[a] dici nullam esse conuentionem, aliis nullam esse venditionẽ, & vtriusq; lectionis libror. testimonia proferrentur, testatur se Pisas, vbi tũc Florentinæ Pãdectæ erant, misisse, repertũq; id quod optauerat, nullam esse venditionem. Quod ne facile obliuisci possemus, permultis locis testatum reliquit.[b] Controuersiam Bartolo, ait Forocorneliensis Alexander, fuisse cum Baldo.[b] Et quidem Baldus, licet controuersiæ mentionem non faciat, tamen cõtrariam Bartolo sententiam defendit.[d] Bartolus vero Francisci Accursij filij mentionem facit,[e] quem non existimo aduersariũ fuisse. Angelus quoq; Perusinus in Bartoli sententiam libenter it, ob Pisanas Pandectas.[f] Qua diligẽtia si maiores nostri vsi fuissent, non toties ab leuissimo quoq; librario eluderemur. Sed maxima culpa penes Accursium residet, qui quæ nõ probat, negatione addita, aut ablata emẽdat. Cuius illa sunt frequentia, vel lege adfirmatiuè, vel lege negatiuè, vel lege interrogatiuè: quem ceteri imitantur. Nos igitur aliquorum locor. Ethruscam lectionem hoc loco indicabimus: vt qui se tam faciles in quamcumq; partem probandam conuertunt, huic vni sententiæ se addicant, ne Bartoli prędiudicium contemnere videantur. In Norico libro editorum omnium optimo, Caput 20. De iudiciis[g] ita scriptum est: Omnem obligationem pro contractu habendam, existimãdum est: vt vbicunq; aliquis obligetur, & con trahi videatur, quãuis ex causa crediti debeatur. In Florentino vero, & aliis, Quamuis non ex crediti causa debeatur. & Caput 6. De inoff. testa.[h] Haloander edidit, vt alij: Posthumus inofficiosum testamentum potest dicere, eor. quibus suus heres vel legitimus potuisset fieri, si in vtero mortis eor. tempore non fuisset. Sed „ est Florentiæ: Si in vtero fuerit mortis eorũ tempore. Quod ita existimo accipiẽdum, vt si posthumus in vtero fuerit mortis eor. tempore, inofficiosum testamentum

a l. si creditor. §. vlt. de dis. pig.

b Bart. l. nemo. de pac. l. filiusfa. §. diui. de le. inf. l. si ita. §. ea. de ver. obl. l. ea C. de condi. ob caus.

c Alex. l. si filiofa. §. si vir. sol. matr.

d Bal. d §. vl. d. l. ea.

e Bar. in d. l. ea.

f Ang. l. qui Romæ. §. coheredes. de ver. obl. vbi Ias. in prin.

g l. omnem de iud.

h l. posthumus. de inof. test.

tum possit dicere. Et hoc, & superiori loco in margine Norici libri est nostra emendatio adscripta. Caput vero II. a Florentiæ sic est; vt in multis libris: Modestinus libro tertio Responsor. Etiam si querella inofficiosi testamenti obtinuerit, non ideo tamen donationes, quas viuus ei perfecisse proponitur, infirmari, neq; in dotem dator. partem vindicari posse respondi. Quod ita, ni fallor, intelligendum est, vt si contra eam, cui res à viuo illius patre, qui postea in querella obtinuit, in dotẽ datæ sunt, agatur, quasi omnia perditura sit, quæ ab illo accepit, Modestini respõso se tueri possit. Haloander vero edidit: Etiam si querela inofficiosi testamenti non obtinuit: eorum opinionem secutus, qui existimabant dotem filiæ datã, quæ postea querelam mouit: Sed, vt dixi, ei data dos est, aduersus quã mota fuit querella. Caput quoq; vltimum de vsufructu ear. rer. quæ vsu consumuntur, pessimè acceptum est. Cum enim Florentiæ esset hoc pacto: Marcianus libro 7. instit. Cum pecunia erat relicta Titio ita, vt post mortem legatarij ad Mæuium rediret: quamquam adscriptum sit, vt vsum eius Titius haberet, proprietatem tamen ei legatam. & vsus mentionem factam, quia erat restituenda ab eo pecunia post mortem eius, Diui Seuerus & Antonius rescripserunt. Haloander edidit, quanquam non adscriptum sit, & vsum eius Titius haberet, propriè tamen ei legatum esse vsumfructum. in margine adscripsit: aliàs, proprietatem ei legatam esse vsus mẽtione facta. paulo melius, etiam si negationem abstuleris, quam multi non habent. Caput 6. communia prædior. [b] Florentiæ legitur: Si tamen alteræ vnius propriæ sint ædes, alteræ communes: neutris seruitutem vel adquirere, vel imponere me posse, Pomponius libro octauo ex Sabino scripsit. in Norico vero, imponere non posse. quod veritus Haloander est, ne in Accursiana tela incideret: quib. facile ab eodem Accursio, & aliis interpretib. liberamur. [c] Caput 17. quemadmodum seru. amitt. [d] Labeo ait, si is qui haustum habet, per tempus quo seruitus amittitur, ierit ad fontem, ne aquã hauserit: iter quoq; eum amisisse, Sic Florentiæ. at in Norico, Non ierit ad fontem, quod nullius

a l. etiam. c. ti.

l. vlt. de vsufr. ear. rer.

b l. si quis duas. §. item. si duo.

c l. stipulationes non diuid. 4. op. Bar.

d l. Labeo quemadmo. ser. am.

„dubitationis esset. Cap. I. de aleatoribus: Et est relatum
l.i.de aleat. „apud Pomponium, solummodo pœnalem actionẽ de„negatam: quod non puto verum. Prætor enim simplici„ter ait. Si quid subtractum erit iudicium non dabo. Sic Florentiæ. Haloander, quod puto verum, edidit, aduersus omnium interpretum multis in locis senten-
l. si quis nec. §. res. de reb. cre. „tiam. Cap. 4. de rebus creditis, Florentiæ est: Res pigno„ri data, pecunia soluta condici potest, & fructus ex in„iusta causa percepti condicendi sunt. Nam & si colonus post lustrum completum fructus perceperit, condici eos constat. in Norico, etiam fructus ex iusta causa per-
l. vlt. §. si fideiussor. de iureiu. „cepti. Sed tamen in margine, ex iniusta, vt in multis „est, adscripsit. Cap. vlti. de iureiurando: Si fideiussor iu„rauerit, se dare non oportere, exceptione iurisiurandi tutus est. Atquin, si quasi omnino idem non fideiussisset, iurauit, non debet hoc iusiurandum reo promittendi prodesse. Haloander, se dare oportere. Cui contradicũt, „quæ sequuntur illic verba. Et illud, quod in calce il„lius capitis dicitur: Eadem ratio est, & si fideiussoris „defensor iurauerit, reo enim datur exceptio. alij scribunt, reus promittendi tutus est. Cap. II. quod ex noni
a l. tamẽ. de S. C. Macedon. capitis calce pendet, de S.C. Macedoniano,[a] negatio „ablata ab Haloandro est. Cum enim cap. 9. in fine dica„tur: Quanquam autem soluendo non repetunt, capite „II. necessariò dicendum est: tamẽ si non opposita exce„ptione condemnati sunt, vtentur Senatusconsulti exce„ptione, non vt in Norico est, Tamen & si opposita. Cap.
b l. cũ duob. §. idem resp. socius. pro socio. „52. pro socio.[b] Potest tamen pro socio agere ad hoc, vt „cõsequatur quod sua intererat. Finge enim, malle eum „magis suum consequi, quàm dominium insulæ. Oratio „enim Diui Marci idcirco quatuor mensibus finit cer„tas vsuras, quia post quatuor dominium dedit. Sic Florentiæ. In Norico solo: Finge enim hoc malle eũ suum non consequi. quod absurde dicitur. Cap. 40. de contra.
c l. qui fundum. in fine prin. de con. emp. „emp.[c] Sed si ita pactum esset, vt emptor in diebus pro„ximis fundum metiatur, & de modo agri renuntiet, & „si in diebus triginta renuntiasset, minorẽ modum agri „esse: quamuis multis pòst annis, posse eum, quo minor is modus agri fuisset, repetere. Sic Florentiæ. Haloander vero solus edidit, &, si in diebus triginta non renuntiasset,

ſet. Cap.vlt. de reſcin. vend. Ethruſcus liber, vt multi, " habet. Reſpondit, ſi conueniſſet, vt non prius pecunia " ſolueretur quàm fideiuſſor venditi cauſa daretur, nec id " factum eſſet, cum per emptorem non ſtaret, quo minus " fieret: non poſſe poſteriorem legis partem exerceri. " Noricus, cum per emptorem ſtaret. Cap. 21. de actio. " emp. [a] Quamuis ſuprà diximus, cum in corpore con- " ſentiamus, de qualitate autem diſſentiamus, emptio- " nem eſſe: tamen venditor teneri debet, quanti intereſt " non eſſe deceptum. & ſi venditor quoq; neſciet, veluti ſi mẽſas quaſi citreas emat, quæ non ſunt. Noricus habet, vt ceteri, emptionem non eſſe. Cap. 6. de ædilitio edi- " cto. [b] Spadonem morboſum nõn eſſe, neq; vitioſum, ve- " rius mihi videtur, ſed ſanum eſſe: ſicuti illum qui vnum " teſticulum habet, qui etiam generare poteſt. Sic Florentiæ, & in aliis libris. Sed in Norico, qui etiam generare non poſſit. Quod ſi de eo qui vnum teſticulum habet, intelligitur, falſum: ſi de ſpadone, aduerſus iuriſconſulti verba eſt. Neq. enim verum eſt, eum ſpadonem vocari, qui vno teſticulo caret, quod Accurſius cenſuit. neq; generare nõ poſſe, quod Haloander credidit. Cap. 2. de eo qui pro tutore. Celſus libro viceſimo quinto " Digeſtorum. Si is qui pro tutore negotia gerebat, cum " tutor non eſſet, rem pupilli vendidit, nec ea vſucapta eſt: " petet eam pupillus, quanquã ei cautum eſt. Sic Florentiæ, in Norico vero ſolo, cum tutor eſſet. Cap. 14. de iniuſto rupto. [c] Paulus libro ſingulari de adſignatione li- " bertorũ. Si ita facta ſit exheredatio: ſi filius natus, na- " táue ſit, exheres eſto: vtriſq; natis non rumpitur teſtamentum. Noricus tantum habet, rumpitur. Cap. 84. de legatis. [d] Non enim impugnatur iudicium ab eo qui " iuſtis rationibus noluit negotiis hereditariis implicari. " Haloander, voluit, librarior. fortaſſe errore. Caput. 6. De optione, vel elec. leg. [e] Pomponius libro ſexto. ad Sabinum. Mancipiorum electio legata eſt, ne venditio " quandoque eligente legatario interpelletur: decerne- " re debet Prætor, niſi intra tempus ab ipſo præfinitum " elegiſſet, actionem legator. ei non competere. in Norico ſolo, non eligente legatario interpellatur. Cap. 7. De ſuppellectili legata, [f] Florentinus liber habet, vt alij.

l. vlt. in fine. de reſcin. ven.

a l. ſi ſterilis. §. quamuis. de act. emp.

b l. Pomponius in fi. de ædi. ed.

l. ij. de eo qui pro tut.

c l. ſi ita. de iniu. rup.

d l. filio pater. de leg.

e l. mãcipiorum. de opt. leg.

f l. Labeo. §. id. Tubero. de ſup. le.

„Equidem non arbitror quemquam dicere quod non „ſentiret, vt maxime nomine vſus ſit, quo id appellari ſolet. Noricus, non ſolet. cap. 23. De condi. & demo.[a] Iulianus libro 55. Digeſtorum. Iure ciuili receptum eſt, » quotiens per eum cuius intereſt conditionem impleri, » fit quo minus impleatur, vt perinde habeatur, ac ſi im» pleta conditio fuiſſet. In Norico, conditionem non im» pleri. Sed in margine adſcriptum eſt, aliàs deeſt negatio. alij, non impleri, &, non fuiſſet. Caput 70.[b] Papinianus libro 18. Quæſtionum. Cum tale legatum 1
"eſſet relictum, Titiæ, ſi à liberis non diſceſſerit, nega"uerunt eam recte cauere : quia vel mortuis liberis le"gati conditio poſſit exiſtere. Sed diſplicuit ſententia: "non enim voto matris opponi tam ominoſa non inter"ponendæ cautionis interpretatio debuit. Sic Floren"tiæ. Sed in Norico, tam ominoſa interponendæ, "&c. alij, tam oneroſa non interponendæ. Eſt autem hæc iuriſconſulti ſententia: non placere propterea, quod filij ante matrem, mortem obire poſſent, eam cauere non debere, cui ei ominoſum ſit huius rei men- 2
tionem facere. Apellabant autem omen veteres, cum caſu quicquam dictum, aut factum eſſet, quod rei euentum portendere poſſet. Sic Turnus apud Vergilium.

Ne quæſo, ne me lachrymis, néue omine tanto
Proſequere, in duri certamina Martis euntem.

Erit itaque malum matri omen, hæc interpretatio non „interponendæ cautionis Mucianæ. Caput 78.[c] Floren„tiæ eſt. Nec enim parem dicemus eum cui ita datum ſit, ſi monumentum fecerit : & eum, cui datum eſt vt mo- 30
numentum faciat. Quod agnoſcere videtur Accurſius. Noricus liber habet, vt multi, monumentum non faciat. idem tamen recte habet, Non pro conditionalib. in quo Accur. variatum eſſe ait. cap. 14. De legatis præſtandis.[d] Nec enim occaſio emancipati præteriti debet inſtitutum lucro adficere, cum præteritus iure ſuo non "vtatur. Sic multi, & Florentiæ. in Norico vero, iure ſuo "vtatur. Ca. 1. De collat. maximum mendum eſt in Norico tantum li. Sic enim dicitur: Si cum duob. conferre deberet alteri contulerit, alteri nõ: vel cum cauet, vel cum diuidit

[a] l. iure ciuili. de con. & dem.

[b] l. cum tale. in prin. eod. ait.

[c] l. eas cauſas. eo. tit.

[d] l. nonnunquã. de leg. præſ.

diuidit videndum est, vtrum sextātis tantum ei adferatur emolumētum, an vero triens totus detrahi debeat? & puto, siquidem per contumaciā caueat, totius trientis ei denegandas actiones. Dicendum enim, vt in Flo-" rentino libro est: Vtrum sextantis tantum ei auferatur" emolumētum, an vero trientis totius detrahi debeat: &" puto, siquidē per contumaciā non caueat, totius trien-" tis ei denegādas actiones. ca. 2. De bonorum possessio-" ne secundum tabulas, Vlpianus lib. 41. ad edictum. Ae-" quissimum ordinem Prætor secutus est. voluit enim pri" mo ad liberos bonorum possessionem contras tabulas" pertinere, mox si inde non sit occupata, iudicium defun" cti sequendum. Sic Florentiæ. Sed in Norico, & aliis, Si inde sit occupata. cap. 3. in fine. De assignandis libertis," Florētiæ dicitur: Si quis duobus adsignauerit libertum " & alter in ciuitate esse sine liberis desierit, alter non. & " cap. 4. Pomponius libro 4. Senatusconsultor. Vel viuus noluerit ad se hereditatem liberti pertinere (sic enim scribendum est, non voluerit, vt aliqui edidere) cap. 5. " dicit Vlpianus lib. 14. ad Sabinum: Vtrum portio eius" qui in ciuitate esse desiit, vel repudiauit, in familiā re-" deat: an vero ei potius adcrescat, in cuius persona durat " adsignatio? & Iulianus lib. 75. scripsit, adsignationem " in huius solius persona locum habere, & solum admit-" tendum: quod est verum. Quod si nō sine liberis deces-" serit, an cum viuo admittantur? & putat adhuc solum admittendum. Haloander cap. quartum, quod ad sententiam attinet, non male edidit hoc pacto: Nec viuus hereditatem ad se liberti pertinere voluerit. Sed cap. 5. male vt multi illud: Quod si sine libertis decesserit &c. Capitis 1. vnde cogn. emendandum est exordium hoc " pacto: Vlpianus libro vicesimo sexto ad edictum. Hæc " bonorum possessio nudam habet Prætoris indulgen-" tiam. neq. ex iure ciuili originem habet. Nam eos inui-" tat ad bonor. possessionem, qui iure ciuili ad successio-" nem admitti non possunt, pro nudā, nondum, Haloan-" der & alij edidere. cap. 18. De manumi. vindic. [a] Apud " collegam suum Prætor manumittere non potest (filius " quoq. volūtate patris apud patrē manumittere nō po-" test) fili⁹ quoq. volūtate patris apud patrē manumittere "

l. 2. de bon. pos. sec. tab.

l. 3. in fine. cū seq. de adsc. lib.

l. 1. vnde cog.

a l. apud filiū. de man. vin.

poterit. Sic Florentiæ scriptum est,& ita error scriptoris emendatus:namq. id illis notis significatur. Quamobrem nonnulli habent.aPrætor manumittere potest: alij, in quibus Haloander, apud patrem manumittere non poterit. Sed vt vides,priori loco manumittere non potest,scribendum est:posteriori, manumittere poterit. Ca.19. qui, & à quibus. b Modestinus lib. 1. Regularum: Nulla competit libertas data ab eo, qui postea seruus ipse pronunciatus est.Haloander, & alij primum verbum omiserunt Ca.23: De adquirendo rer. domi. c Generaliter dicendum est, quod ex re sua. hoc est eius cui bona fide quis seruit, ei adquirere non potest, sibi eum adquisiturum.Quod autem non ex re eius sibi adquirere non potest, ei adquisiturũ cui bona fide seruit. Haloander, & alij: Quod autem ex re eius sibi adquirere non potest. Accursius ait:alij potest, alij non potest. Cap. 10. De sepulchro violato. d Papinianus libro 8. Quæstionum. Quæsitum est, an ad heredem necessarium, cum se bonis non miscuisset, actio sepulchri violati pertineret?Dixi recte eum ea actione experiri, quæ in bonum & æquum concepta est. nec tamen si egerit, hereditarios creditores timebit: cum & si per hereditatem optigit hæc actio, nihil tamen ex defuncti capitur voluntate,neq.id capiatur quod in rei persecutione,sed in sola vindicta sit constitutum. Hoc totum caput duas ob causas descripsimus, tum vt Haloandri solius erratum emendaremus,qui cum se bonis immiscuisset,edidit:tum etiam vt conferatur cum ea parte capitis vicesimi De adqui. vel omit. hered. e quam antea retulimus,cum de Græco illo.aut Iudaico dicendi modo scriberemus: f Cap. 13. De lege Cornelia de falsis g Ordine decurionum decem annis aduocatum motum· qui falsum instrumentum cognoscente Præside recitauit.post finem temporis dignitatem respondi reciperare. Quoniam in Corneliam falso recitato,non facto, non incidit.Haloander,vt vulgo,non facto incidit. Ca.6. De castrensi peculio. h Vlpianus lib. 32. ad Sabinum. Si militi filio familias vxor seruum manumittendi causa donauerit, an suum libertum fecerit, videamus: quia peculiares & seruos & libertos potuit habere. & magis

a Accur. l.j. de offi.cos.

b l. competit. qui & à quib.

c l.qui bona §. generaliter.

d l.quæsitũ. de sep.vio.

e l.pro herede. in fin. de adq.her.

f cap.s.

g l falsi. de l. Cor.de fal.

h l. si militi. de cas.pe.

gis

gis eſt, vt hoc caſtrenſi peculio non adnumeretur: quia vxor ei non propter militiam nota eſſet. Sic Florentiæ, & in aliis. Sed in Norico ſcriptum eſt, Quia vxor ei propter militiam nota eſt. Cap. 178. De verbor. ſign. [a] Vlpianus lib.48. ad Sabinum (ſic enim ſcribendum eſt non vt apud Alciatum, lib.48. ad S.C.) Pecuniæ verbum non ſolum numeratam pecuniam complectitur, verum omnem omnino pecuniam. hoc eſt omnia corpora. Nam corpora quoq. pecuniæ appellatione contineri, nemo eſt qui ambigat. Halo. edidit, nemo eſt qui adprobet. Alciatus, qui ignoret. Huiuſmodi ſunt alia nonnulla, quor. aliqua non ſatis integra & incorrupta Florentiæ ſunt. Neq. enim optimi illi, vetuſtiſſimiq. libri, à quibus omnes hi quibus hodie vtimur, manarunt. omnibus mendis carent. Sed tamen tam multa librarior. & tempor. peccato in ceteris mendoſa reperiuntur, vt præclare de iure ciuili mereatur, qui ſacroſanctos illos theſauros patefecerit, & eor. opes omnib. voluerit eſſe communes.

a l. pecuniæ. de verg. ſig.

ANTO

ANTONII AVGVSTINI AD MODESTINVM SIVE DE EXCVSATIONIB. LIBER *Singularis.*



Erennius Modestinus, iurisconsultus non contemnendæ auctoritatis, sic enim à Gordiano Imp. appellatur a, Excusationum libros sex Græcè conscripsit. è quibus multa multis locis Iustinianus refert. [b] Sed lib.20. & 27. pandectar. quib. De tutelis tractatur. bona eor. librор. pars descripta esse videtur. Superiorum tamen temporum ignoratione factum est, vt quæ Græcè Modestinus clarè & eleganter scripserit, repudiauerint nostri: & Bulgari, [c] siue cuius alius barbaram interpretationem secuti sint. Postea verò quam barbariem exuere, Budæi, Alciati, Haloandri ope iurisprudentia cœpit: & alia aliorum iurecōsultor. capita, & Modestini 2 nonnulla ex Florentinis libris in omnes sunt restituta. nuper vero etiā illa quæ sub titulo de Excusationib. desiderabantur, Heruagius Basiliensis solus scripsit, at ea quæ li.26. Digestor. Modestini sunt, [d] in vulgarib. libris desunt. quæ spero Lælianis libris editis omnes habituros. Sed quoniam non ita quidē multi sunt, qui quantū lucis Modestini verbis Græca scriptura adferat, propter reuiuiscentē nunc, neq. multis notā eam linguā cognoscere possint: operæpretiū esse putaui Pernote, hac quoque parte iuris studiosos iuuare. Itaq. hoc libello habebis ea, quę ille cōsultissimus vir de tutelis scripsit, totidē ferè, aut non multo plurib. verbis interpretata: quibus addo sentētiæ declarationē ex aliis partib. iuris ciuilis, tum etiā Accursianor. errores insigniores significo. Quę si cuiquā iuuenili quodā feruore arrogantius à me scripta esse videbuntur, tibi quidē certe, qua tu eruditione & prudentia es, probaturū me mei animi cādidi & simplicis libertatē opinor, in quam me & præceptores nostri, & Florentini libri, & multor. annor. studia vindicarunt. Sed Modestinū ipsum Latine loquentē audiamus.

Modest

a l. ad exhibendum. C. ad exhi.

b l. vl. de cōst. pri.l.tutores. loca. l. scire oportet ad munic. l. nator. de ver. sign.

c Accur. l.testamento. de men. test. l. vlt.fin.reg.

d l.j.de conf. tut.l. scire oportet, & seq. de tut. & cur. da. l. 2. qui pe.tuto.

Modestinus lib. sexto Excusationum, Vt ne de his quidem tutoribus qui cõfirmari possunt omittamus, de his etiam breuiter considerandum est. l. j. de conf. tut.

Hæc verba Tribonianus sub titulo de confirmando tutore vel curatore scripsit. quæ ideo à Modestino scripta fuerant, quod dum de excusatione tutorum aliis libris tractasset, hoc ipsum de confirmandis tutorib. omittendum non erat. Deinde ait,

Sunt quidam, qui recte dantur testamento tutores: hoc est, & à quib. oportet, & quib. oportet. & quo oportet modo, & vbi oportet.

Idem Modestinus alio loco ait: [a] Contra leges dari tutores, qui non dati sint ab his à quib. oportuit. neq. hi sint quos oportuit dari, neq. his dentur quib. dari oportuit, neq. quomodo dati debuerunt, dati sunt. Hermogenianus quoq. lib. 2. Iuris epitomar. [b] Si quæratur, inquit, an ex inquisitione recte datus sit tutor, quattuor hæc consideranda sunt: an hic dederit, qui dare potuit: & ille acceperit, cui fuerat dãdus: & is datur, cuius dandi facultas erat, & pro tribunali decretũ interpositum. Horum autẽ membrorũ exempla infrà scripta sunt, A quib. cum pater, nõ mater tutores dat. quib. cũ his, qui in potestate sunt: modus is est, vt personæ tutor, non reb. detur: locus testamentum, aut codicilli confirmati.

a l. scire oportet §. qui nõ. insti. de excusa.

b l. naturale. de conf.

Nã pater (inquit) filiis, vel nepotib. quos habet in potestate, recte dat tutorẽ, in testamẽto tamen. Si vero ea persona sit, quæ dare non potest, mater putà vel patron⁹, vel extraneus quiuis: aut ei cui datur, dari nõ poßit, vt à patre filio, vel filiæ, qui non sint in potestate: aut si scriptum sit, Rogo, te vt illas res cures, aut codicillis non cõfirmatis tutor aut curator datus sit, constitutiones permiserunt, quod deest. Cõsulari potestate suppleri, & tutores secundum testatoris voluntatẽ datos cõfirmari.

Hæc verba apertiora sunt, quàm vt vllam interpretationẽ desiderent: barbarus tamen interpres ea nimia re-

ligione obſcurauerat. Ea vera ratione tutor illis verbis, rogo te vt illas res cures, non recte datur: quoniam certæ rei vel cauſæ tutor dari non poteſt, quippe qui perſonæ, non rei datur. [a] Conſularem autem poteſtatem confirmaturum tutorem ſcribit, propter veterem morem: qui lib. 1. Inſtitutionum ab Iuſtiniano relatus eſt. [b] Nam Attiliano & Titiano tutore ſublato, Conſules tutores ex inquiſitione dare cæperunt.

a l. certar. & ſeqq. de teſt. tut. §. ad certum. inſt. qui teſt. tut. da. poſ.
b §. ſed ex his. de Atti. tut.

Et ſiquidẽ pater erat, quid dedit plerumque ſolet nõ inquirere Præſes, ſed ſimpliciter cõfirmare. Si vero alius, diligenter inquirit, an idoneus ſit.

Plerumque, inquit, nam ſi naturali filio, cui nihil relictum eſt, tutor detur, non ſine inquiſitione confirmatur: [c] aut ſi quid ex his, quæ Tryphoninus notat, [d] locum habeat. hoc autem verbum vulgò deſideratur.

c l. natura li. de conf. tut.
d l. in confirmando. eo.

Præterea ſcire oportet, curatorem teſtamento ne à patre quidem recte dari, ſed datum confirmari à Præſide ſolere.

Idẽ Iuſtinian⁹ ſcibit li. 1. Inſtitutionũ: [e] Curator (inquit) teſtaméto nõ datur, ſed datus cõfirmatur decreto Prætoria, vel Præſidis. & Cõſtantinus li. 5. tit. 11. Epitomarũ. Sub titulo De tutorib. & curatorib. datis caput 21. in hanc ſententiam ſcriptum eſt.

e inſti. de cura. in prin.

Idem lib. primo Excuſationum. Scire oportet magiſtratus, non oportere curas minorum mulierib. committi. Si mater ea conditione ſcripſerit filios heredes ſi liberati fuerint patria poteſtate, liberatis his, & ob id heredib. ipſe pater curator creari, etiamſi velit nõ poteſt, ne alia via quod teſtatrix fieri noluit, fiat. & hoc ita à D. Seuero conſtitutũ eſt. Sed & ſi quis à parentib. prohibeatur tutor eſſe, creandus nõ eſt. quod ſi fuerit creatus, neque ſe excuſauerit, prohibendus eſt exiſtimatione quidem ſalua tutelam gerere.

l. ſcire oportet. de tuto. & curat.

Explicauit nobis hunc locum inepte antea ſcriptũ, doctor noſter Alciatus lib. 2. [f] Parergon: cui addendum

f cap. 19.

videtur

videtur quod Vlpianus ſcribit lib.35.ad edictum: a Qui ob ſegnitiam vel ruſticitatem, inertiam ſimplicitatem, vel ineptiam remotus ſit, in hac cauſa eſt, vt integra exiſtimatione tutela vel cura abeat. Vtroq; autem loco « existimationis periculum eſt, quoniam tutela remoti « notabantur. b

a l. 3. in fine de ſup. tut.

b l. j. de his qui not.

Qui in legatione ſunt, non ſunt à magiſtratibus tutores aut curatores creandi, nam dum legatione funguntur, ad eos periculum nō pertinet. Si prouincialem hominē legatum magiſtratus Romæ dederit tutorem, liberabitur.

Exiſtimo ego ſuperiori membro, de eo qui Romæ, aut alio in loco eſt legatus, ne à prouinciale magiſtratu tutor detur, ſcribi poſteriori, ne à Romano. Sed Accurſiani barbarum interpretem ſecuti præfectorium hominem, non prouincialem: & Romanum Principem, non magiſtratum ſcribunt. Sunt autem prouinciales, qui in prouincia domicilium habent, vt Vlpianus definit, c non qui ex prouincia oriundi ſunt: hoc eſt, non qui in alio tantum loco domicilium habēt. Neq; enim Alciati noſtri interpretationem probo, vt oriundi ſoli illis ab iuriſconſultis appellentur, quorum maiores illic orti ſunt. d Hac ſignificatione ſub titulis De officio Proconſulis & Præſidis, prouinciales accipiuntur e pro his qui in prouincia nati altíve ſunt, aut domicilium habent. Sed & ciues Romani, qui in prouinciis negotiarentur, eo nomine à Cicerone in eleganti illa de prouincia regenda ad Q. Fratrem epiſtula, aut libro potius, dicuntur. Sed hoc loco à Modeſtino hi qui cum ex prouinciis eſſent, Romam legati veniſſent, prouinciales appellantur. Paulus quoq; libr.28.ad edictum ait: f Qui non compelluntur Romæ iudicium accipere, nec iurare compellendi ſunt, vt legati prouinciales. De eiſdem intelligenda ſunt, quæ ſub titulo de iudiciis, g de legatis ſcribuntur: & ſub titulo De legationib. & vt hic ἐπαρχιακὸν ἄνθρωπον, ſic Vlpianus lib. 60. ad edictum: h Quid ſi homo. inquit, prouincialis ſeruum inſtitorem vendendarum mercium gratia Romæ habeat? eadem ſignificatione apud C. Plinium minorem libr. 2. & 9. vt

c l. prouinciales. de ver. ſi.

d ar. l. 3. C. de nat. lib. l. diui. dig. de tu. & cur. da. l. iuris peritos. de excuſ. l. ſi quis officiū. de ritu. nup. l. aſsūptio. ad muni. l. relegator. §. interdicere de inte. & rel.

e l. obſeruare. l. ſi in aliā. l. meminiſſe. de of. procō. l. obſeruādū. de of. Preſi.

f l. tutor. in fi. de iureiu.

g l. 2. l. ſi quis. in legatio. de iudi.

h l. heres abſens. §. apud Labeonem eodem.

opinor, Epiſtular. reperire idem verbum licet. Illud igitur tenendum eſt, hoc loco de eo qui legationis cauſa Romam venerit, agi. De Romano vero magiſtratu, non de principe ſcripſiſſe Modeſtinum, miror quemquam dubitaſſe: cum τὸν ἄρχοντα hoc ipſo capite magiſtratum ſæpius appellent, & capite 13. [a] ad extremum, de Excuſationib. Aliis autem locis ſolet bonus ille interpres Præſidem appellare. [b] Sed & principem vertit 15. capite. [c] Magis mirandum eſt, Prætorem Haloandrum in quadam Hadriani conſtitutione [d] vertiſſe. nam Alciatus, [e] qui eadem conſtitutione de Athenienſi magiſtratu agi exiſtimat, nomen ipſum eſt ſecutus, quo nec Cicero abſtinuit. ſic enim ſcribit: Semper verum fuit, morietur Epicurus cum duo & ſeptuaginta annos vixerit Atchonte Pytharato. Ego vero & in illis Hadriani litteris, & apud Modeſtinum ſemper de magiſtratib. tractatum eſſe cenſeo. Deinde Modeſtinus ſcribit,

a l. ſcire oportet. in fi. de excuſ.
b e. l. §. qui autem. & l. j. eod.
c l. ip. idoné. §. ciuitatis.
d l. pars litterar. de iudi.
e Alc. lib. 4. c. 6. diſpun.

Inter cet eras cauſas magiſtratũ oportet creãdorum mores animaduertere. neq; enim tã facultates, aut dignitas, apta ſunt ad fidem eis habendam, quàm vitæ inſtitutũ decens, & mores probi.

Pro vitæ inſtituto alij electionem, aut voluntatem ſcribunt. Sed hæc eſt iuriſconſulti ſententia, vt an recte vitam inſtituerit, inquiratur. Qua de re Theophilus & Conſtantinus Græci conſulti prudenter ſcribunt, [f] inquirendum eſſe, vt modeſti ſint, non egentes non orbi, non vagi, ſed locupletes: & qui norint pueros educare, & eas ſedes ament. Denique ait,

f Theophi. inſtit. de ſatiſd. tut. in pri. & §. ſed ex his. de Atti. tub. Cõſt. lib. 5. tit. xj. prochiri.

Semper autem hoc maxime magiſtratus obſeruens, ne creẽt eos qui ſe ingerunt vt creentur, aut ob id pecuniam dãt: quos pœnæ quoque obnoxios eſſe conſtitum eſt. 3

Has adfectatas tutelas appellare ſolemus, [g] quæ in numerum earum, propter quas tutor excuſatur, non veniunt. [h] Sed hæc Accurſiani docte vt multa.

g §. itẽ tria. inſti. de excuſ.
h C. qui nu. tute. l. & qui non ſunt. de tur. cur. da.

Illud interpretis errore commiſſum eſt, vt proximum caput nemo intelligeret. Eſt autem id Florentiæ ſcriptum hoc pacto.

Idem

Idem libro 5. Excusationum, καὶ οἱ μὴ βουλευταὶ " βουλευτῶν παισὶ χειροτονοῦνται ἐπίτροποι, ὥσπερ καὶ βουλευταὶ " τοῖς μὴ ἐκβουλευτῶν. "
"

Quæ ita arbitror verti debere.

Qui non sunt decuriones, decurionum liberis tutores creantur: quemadmodum decuriones quoque non decurionum liberis.

Antea non decuriones, sed senatores, aut consiliarios scripserunt. cum dubitandum non sit, decuriones βουλευτάς esse. Sic enim Iustinianus, cum duas constitutiones de eadem re Græcè & Latinè scripsisset, altera decuriones, altera βουλευτάς appellat. a Et Plinius ad Traianum de bule & buleutis Bithyniæ scribit, cui Traianus de decurionib. rescribit. Haloander quoque quoties in Iustiniani Nouellis in eiusmodi verbum incidit, incidit autem sæpe, b toties decuriones, aut curiales vertit, è contrario Theophilus lib. 1. & 3. Institutionum. c Senatores vero à Modestino συγκλητικοὶ dicuntur cap. 15. de Excusationib. d & senatus σύγκλητος cap. 1. quo loco de eorum excusatione scribemus. Eo autem nomine à Theophilo, Constantino, Haloandro, & Plutarcho sæpe appellantur. Non tamen inficior curiam & senatorum & decurionum fuisse. Cum enim decuriones, vt Pomponius ait, e ex eo dicti sint quòd initio cum coloniæ deducerentur, decima pars colonor. consilij publici gratia cõscribi solita sit: & nihil decuriones in coloniis, aut municipiis à senatorib. Romanis differrent: f mirandũ non est, si in simili re similib. nominib. vterentur. sed & eadem ratione sunt ex Græcis, qui βουλευτάς senatores appellent, τὴν βουλὴν senatum: tamen hoc à iureconsultis, & à Iustiniano vsurpatur. Atque ita arbitror hoc capite de decurionib. tractari, quos municipales senatores appellare possis. 15. De excusationib. g de Senatoribus Romanis,

a l. ij. §. cetera. C. de vet. iu. en.
b Nou. 38. 49. 87. ci. cli. aut. vt ordi. præse.
c Theoph. inst. de nup. §. vlti. & §. quib. de her. quæ ab inte.
d l. spadonẽ in princ. de excusa. l. prima. eod.
e l. pupillus. §. decuriones. de verb. sign.
f d. Nouella 38.
g d. l. spadonem. in prin.

SVb titulo vero qui petant tutores, caput secundum in hanc sententiam scriptum est.

Idem libro primo Excusationum: Si minores non habeant legitimos defensores, si quidem tuto-

l. ij. qui pet. tut.

rib. egeãt ob impuberẽ ætatẽ, possunt cognatione, aut adfinitate propinqui parentib. eorũ masculis, aut feminis petere, vt eis tutores constituantur.

Minores hoc loco etiam impuberes appellantur, paulo pòst puberes quidem solum, sed 25. annis minores, quib. curator datur. Postea ait,

Possunt id quoque parentum amici, & ipsorũ puerorum educatores. Sed alij libera voluntate petunt, alij id facere coguntur, mater puta, & liberti. Namq; illa nisi legitimos liberis defensores petat, damno, hi pœna plectuntur.

Quod damnum, quæve pœna hæc sit, expressum est.

Etenim (inquit) mater expellitur à legitima filij hęreditate, tamquam indigna ex eius bonis legitimam portionem consequi, cui tutorem quęrere neglexerit. Neq; solum si non petat, sed & si quem petat, defunctoriè petat, vt pote eum qui se potest excusare, vel eo postea aut excusato, aut reiecto non petat, vel dedita opera malos petat.

Quod nos defunctoriè scripsimus, Modestinus ὁσίας χάριν scribit: quod Barbarus, pietatis gratia, fuerat interpretatus: vnde prauitatis in Norico lib. est, ineptissime vtrumque. Nos Budæum, non malum huius rei auctorem habemus,[a] & quod præstat, Vlpianum, cuius libro tertio ad Sabinum verba sunt hæc.[b] Non solum autem quę non petiit, coërcetur: sed & quę defunctoriè petiit, vt rescripto declaratur, vel priuilegio munitum, vel oneratum trib. puta tutelis, sed ita demum si data opera hoc fecit. Eius rescripti verba paulò post à Modestino referũtur, quæ etiam apud Vlpianũ reperimus.[c] Imperatores quoq; Seuerus & Antoninus Pompeiano rescripserunt:[d] Si tres tutelas, vel curas eodẽ tẽpore non defunctoriè susceptas administras, onere quartæ tutelæ sed curatoris pupillor. seu adulescentiũ, non grauaberis. Rectè enim Budęus interpretatur tutorem petitum, aut tutelã, vt petẽdi munere defungerẽtur. Marcianus Pręuaricator

a Bud. l. excẽpto. §. empto rẽ. de actio. empt.

b l. ij. §. non solum. ad S. C. Tertyl.

c e. l. ij. §. si mater.

d l. vnic. C. qui nu. tut.

uaricatorē, inquit, [a] eū esse ostendimus. qui colludit cū reo, & translatitiè munere accusandi defungitur. sic enim scribēdum est in aliis quoq; Digestorū locis,[b] non trāslatiuè vt ille existimat. in quo verbo trāslatitio sumpta est ab edictis Prætorū translatitiis. in quib. nullam curam adhibebāt. Hoc perfusoriè dicitur. [c] & lusoriè, [d] & dicis causa. [e] Hoc quidē extremum alio loco de Lælij nostri sententia explicauimus, [f] quod optimè vim Græci sermonis exprimit. Non minus erratum est in simili dicēdi genere. cap. 13. de Excusationib. [g] in ἀφοσιώσεως χάριν, de quo illic agemus. Hic itaq. dicitur, matrem legitima filij hæreditate cariturам, si tutorem ei non petierit, aut leuiter petitione functa sit. Deinde ait,

Liberti vero apud Præsidem ob hanc causam accusati, grauiter puniuntur, si id negligentia aut vitio omisisse videantur.

Malitiam alij pro vitio scribunt. Sed Cicero lib. 3. de Finib. & 4. Tusculanar. quæstionum ait κακίαν vitium, non malitiam significare.

Quæ de matre scripta sunt, Seueri Epistula cōstant, cuius verba infrà scripsimus: Diuus Seuerus Cusipio Rufino. Omnem me rationē adhibere subueniendis pupillis, cum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus volo. Et ideo quę mater vel non petierit tutores idoneos filijs suis, vel priorib. excusatis, reiectis ve, non cōfestim aliorum nomina dederit, ius nō habeat vindicandorum sibi bonorum intestatorum filiorum.

Hoc rescriptum Latinè scriptum est, cuius bona pars ab Vlpiano refertur, [h] vt antea scripsimus. Quod vero hic additur, in multis libris, sed & apud Paulum libr. 7. ita responsum est. Florentiæ non est, sumptúmque esse videtur ex alia huius capitis parte, quæ etiam Latine scripta est. Deinde Modestinus scribit.

Sane si quis aut creditor, aut legatari⁹ sit, aut qui aliā habeat necessariā cum pupillo contentionem,

a l. j. §. præuaricatorē. ad S.C. Turpi.
b l. j. de iure patr. l. si patroni. §. sed nec. ad S.C. Treb.
c l. aut qui aliter. in pr. quod vi aut clam. l. qui libertatis §. sed & si quis. de euic.
d l. si seruus. plurium. de leg. primo.
e l. j. in fi. de S.C. Syla. l. 4. commo.
f libro. ij. c. ij. emen.
g l. scire oportet. §. sufficit. de excu. tut.
h l. ij. §. si mater. ad S.C. Ter.

non ipse petet ei tutorẽ, sed eos rogabit qui peteri possunt, vt petant, aut si ipsi petitionẽ tardabunt, adito tũ Præside, rem totam explicabit, vt constituto legitimo tutore, lis cum pupillo habeatur.

Ineptè antea fœnerator pro creditore scriptum est, quoniam vterque à Græcis δανειστής appelletur.[a] Contentionem vero σύστασιν Modestinus vocat, quod verbum expressum esse videtur Antonini constitutione,[b] cuius verba sunt hæc. Imp. Antoninus A. Chrysanthæ. Admone adulescentem, aduersus quem vis cõsistere, vt curatores sibi dari postulet, cum quibus secundũ iuris formulam consistas: qui si in petendis his cessabit, potes tu competentem iudicem adire, vt in dandis curatorib. officio suo fungatur. In eadem significatione alij quoque eodem verbo vsi sunt.[c]

a Noue.460. 32. aut. vt de feu. seu fun. & auth. nullũ.cre.agri. b l. j. C. qui petant tuto.

c l.vix certis. de iud.l.grege.§.& in superficiariis. de pig. l. si bonæ fidei. de her. peti. l.j. C. de actio.em.

Et hæc quidem de tutoribus. Curatores vero ipsi sibi minores petent.

Hæc verba ad huius capitis initium referenda sunt, quo dicitur, si minores defensorib. indigeant, & postea de tutorib. pupillis petendis tractatum est, nunc de curatoribus adulescentium dicendum. qua in re miror Accursium labi. Deinde.

Petent (inquit) si adsunt, per se, sin autem quis absit, per procuratorem. Sed an alius petere curatorem possit, quæritur? & optimus Vlpianus ita scribit, quasi necesse sit ipsum sibi petere, neque alius posit.

Hoc est, quod illa Antonini constitutione, cuius verba modo retulimus, dicebatur. Nam quod à Modestino dictum erat, vt qui litem inchoare cum pupillo vellet, cum his qui petere possent, ageret vt peterẽt: id Antoninus cum ipso adulescẽte vt tractetur, iubet. Honos vero Vlpiano à Modestino habetur. aliquot enim locis κράτιστος, hoc est optimus, aut præstantissimus appellatur,[d] & cũ Paulo & Scæuola iuriscõsultorũ princeps.[e] Sed nusquam recte scriptũ est: sunt enim qui nobilem, sunt qui nobilissimum, & qui egregium scribant, pro optimo

d l.ij. in fine. & l. diximus. de excus. e l. scire oportet. §. aliud.eo.

optimo: & verticem, aut veterem pro principe, aut coryphæo. Alexander Imperator Domitium Vlpianum Præfectum Prętorio, parentemq; vocat.[a] Iustinianus disertissimum,[b] & summi ingenij virum,[c] Diocletianus prudentissimum.[d] Et sanè nihil non Vlpiano deferendum est: nihil enim dici potest eius interpretationib. edicti aut elegātius, aut prudētius. Cuius studiosus Modestinus fuit.[e] quamobrem mirandum non est, si eius auctoritatem magnam esse putat. Postea Latine ait,

a l. ex Diui. C. loca.
b l. vlt. C. de inst. & subst.
c l. vn. §. ne autem. C. de cadu. tol.
d l. Diuo Marco. C. de quæstio.
e l. si quis vxori. §. si quis asinū. de fur.

" *Et apud Paulum libro 9. Respōsorum ita relatum est: Curatorem ignorante, nec mandante pupilla, non recte ei à tutore petitum videri, periculumq; eor. quæ curator non iure datus gessit, non sine ratione eum qui petit, cogendum agnoscere.* "

Idem Latine.

" *Et alia parte eiusdem libri ita respondit: Si matris iudicium princeps secutus, curatores filiæ eius dedit, periculum administrationis eor. eam respicere debere.* "

Hæc arbitror à Triboniano addita fuisse. neque enim credendum est, Modestinum, dum græce scriberet, latinè quædam scripsisse. Quæ postea dicuntur, ab Haloandro non recte in aliud caput separantur, vt ex Modestini libro 3. Excusationum sumpta. Sed Florentiæ coniuncta sunt. Quor. sententia hæc est:

Qui quomodocumque per excusationem tutela liberati sunt, non habent necesse tutorem pupillis petere, vt Seueri & Antonini constitutione continetur.

Hæc sunt, quæ libro 26. Digestorum referuntur.

NVnc ad initium Modestini librorum reuertamur, quod est libro 27. sub titulo de Excusationib. in hanc fere sententiam: l. j de excus.

MODESTINVS *lib. 1. Excusationum. Herennius Modestinus Ignatio Dextro. Vtilissimum, vt mihi videtur, opus cōfeci, quod inscripsi*

De tutelæ & curæ excuſatione, idq; ad te miſi. in quo quantum potui, aperte eum tractatũ explicaui, docent Græcè noſtra iura: quę quàm difficulter vertantur, non ignoro.

Liberius hæc vertenda eſſe duximus, vt eas tenebras vitaremus, in quib. Accurſiani, interpretis vitio, verſantur. Sed illud male factum eſt, quod ignorare videntur, Græce hæc Modeſtinum ſcripſiſſe, qua lingua nõ facile tractari ius ciuile poterat. Sunt enim verba quædam à noſtris vſurpata, quæ ne Latini quidem homines ſatis nouerant: vt dominium, legatarius, mandatarius, donatarius, ſuus heres, & eiuſmodi artis vocabula. quibus Græci nonnunquam vtuntur pro ſuis. His plenæ ſunt Iuſtiniani conſtitutiones, Theophili, & Conſtantini, aliorumq; Græcorum libri. Nam vt Latini conſulti hypotheca, chirographo, emphyteuſi, ſitonia, heremodicio, atq; aliis Græcis nominib. vtuntur, ſic Græci κουράτορα, & κουρατορεύειν dicunt, ἐξκουσατίονα, πάτρωνα, ληγάτον, &
ſexcenta ſimilia. Hoc eſt, quod Modeſtinus ait difficul- 2
tatem ei feciſſe. Deinde ſcribit:

Dumq; ea explico, addo ſicubi opus eſt, ipſa legum verba, vt is qui dicendi & legendi vſum habent, hoc deſiderantibus, perfectum auxilium præſtare poßimus.

Ipſa legum verba, Leges à Modeſtino relatas nullas ſcio, ſed conſtitutiones Græcas atq; latinas, item ex Vlpia. ac Pauli libris quædam. Quamobrem arbitror hu-
iuſmodi leges appellare vt nonnunquam ab Iuſtiniano 3
atq; aliis appellantur. a

a l. 2. §. tanta. C. de vet. iu. en. l. hac edictali. C. de ſecun. nu. l. 2. C. de ſent. ex per.

Principio igitur dicendum eſt, quos creari non oporteat. Libertinis pupillis magiſtratus ingenuos tutores aut curatores nõ dent, præterquam ſi maxima inopia ſit eo loci libertorum. Iubet enim Diui Marci oratio, vt libertinis, qui in eodem oppido ſint liberti dentur.

Libertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. b eſt au-

b l. libertini. de ſtat. hom. inſt. de liber. in pri.

est autẽ hoc nomen eius conditionis hominũ vt ingenuor. liberti illi ipsi homines sũt, sed ad patronos refertur hæc appellatio Estq; inter hæc similis differẽtia illi, quæ inter filium & filiũfam. est, item patrem matrẽ, & patremfamil. matrẽq; familias. nam cum familiam patri aut matri addimus, eum eámue significamus, qui sui iuris est, [a] cũ simpliciter patrẽ dicimus, aut matrem, ad filios id verbum referimus. Sic filium dicentes, non conditionẽ eius ostendimus qui in alterius potestate sit, vt cum filiumfam. dicimus, sed alicuius filium esse significamus. Quamobrem nõ recte Politian. ἀπελευθέροις pro ἀπελευθερικοῖς quod Florent. est, bis scripsit: vnde error ad Heruagianos libros manauit. Postea ait,

Sed si detur ingenuus, D. Seuerus minorib. consulens rescripsit, obnoxium fore tutelæ, nisi intra constitutum tempus allegauerit excusationem.

Huius rescripti verba in constitutionũ Codice [b] referuntur hæc. Impp. Seuerus & Antoninus AA. Crispino. Excusationis quidẽ tuæ, si ingenuus libertino tutor datus es, certa causa est. Sed cũ te præses prouinciæ audiẽdũ non putauerit propter præscriptionem, quasi tardius adires, nec à decreto prouocaueris, intelligis parendum esse sententię. Ex qua constitutione agnoscere licet, Accursianorũ opiniones de rationib. reddendis, & excusatione non accipiẽda, ob ineptã interpretationem Græcor. verbor. creatas esse. Si enim sibi constare voluisset interpres, δικαιολογίαν excusationem aut allegationem appellasset, vt Cap. 4. & 13. [c] ἐμπροθέσμως quoq; non iuste vertisset, sed constituto tempore, vt eodem tertio decimo capite crebrò. pro quo eleganter Seuerus præscriptione vsus est. Denique ait,

Non licet sponso sponsæ curatorem esse, vt Senatus censuit, creatus autem hic, remouendus est.
Quæ verba nullam habent difficultatem.

CAput alterum ita vertimus:

Idem libro secundo excusationum. A tutela & cura excusantur, qui septuaginta annos excesserunt.

a l. pronuntiatio. §. familiæ. de verb. sign.

b l. 3. C. de excus. tut.

c l. diximus. l. scire oportet. §. aliud. suprà eod. l. 2. de excus.

a l. item maior. insti. eo.

b l. vni. C. qui ætate se excus.

Idem Iustinianus scribit lib. 1. Institutionum.[a] Maior, inquit, septuaginta annis, à tutela & cura se potest excusare. & Impp. Seuerus & Antoninus Seuero rescripserunt:[b] Pater tuus si maior est annis 70. ad tutelã vel curam deuocatus, excusare se solẽniter potest. Quib. locis cum excusationis verbum viderim, nolui ἀφίενται liberãtur, aut soluuntur vertere: sed excusantur, vt vetus interpres. Quamquam is sæpe remittendi verbum huic substituit, & ἄφεσιν remissionem appellat, quam nos libenter vacationem appellamus.

Excessisse autem eos oportet tum, cum creantur, aut cum hereditas adita est, aut cum conditio testamento scripto impleta est, non intra excusationis tempora eam ætatem implere, quę probatur aut natalis diei scriptura, aut aliis legitimis probationib.

Aditam hereditatem etiam à necessario herede, intelligendum est: quod immiscere se, malunt nostri dicere. Deinde ait,

Liberorum quoq; multitudo à tutela & cura excusant. Omnes tamen liberos legitimos esse oportet, & si in potestate non sint, atq; tum viuere, cum patres eorum tutores dantur. Nam qui antea mortui sunt, non numerantur inter liberos: neq. etiam nocent, qui postea moriuntur. quod D. Seueri constitutione cauetur: quæ quamuis de eo tutore loqui videatur, qui testamento datus est, tamen aptari ad quemcumque alium potest.

c l. j. C. qui nume. lib. se excu.

d in pri. inst. de exc. tut.

Non hæc illa constitutio est, quæ sub titulo, Qui numero liberor. se excusant, extat.[c] Ea enim solum dicitur, eum qui ad tutelam vel curam vocatur, si Romæ tres liberos, aut in Italia quattuor, in prouincia quinque habeat, excusari. quod etiam Iustinianus in Institutionib. scribit.[d]

Qui in vtero est, & si in multis iuris partib. æquiparatur iam natis, tamen neque in hac quæ-

stione

stione, neq. in ceteris ciuilib. munerib. prodest patri, quod etiā Diui Seueri constitutione cauetur.

Est hoc satis cognitum, eum qui nasci speratur, pro superstite esse, cum de ipsius iure quæritur: aliis non prodesse. a

a l. quod dicim⁹. de ver. sig. l. qui in vtero. de statu ho.

Non solum autem filij, & filiæ vacationem tutelæ adferūt, sed & nepotes, & neptes ex filiis maribus. Iuuant vero hi, cum eor. pater mortuus est, & ipsi eius locum supplent auo: qui licet plures sint ex vno filio, pro vno numerantur. Colligere licet hæc ex constitutionib. quib. de liberis tractatur. Neq. enim facile constitutionem reperies, quæ de filiis, non de liberis scripta sit. Liberorum autem appellatio ad nepotes extenditur.

Liberi à Græcis τέκνα καὶ παῖδες appellantur, filij υἱοί: quod Modestinum obseruare animaduerti. Errauit autem noster interpres sub titulo De verbor. significatione. [b] cum eadem hæc verba in natis locum habere putauit. cum hoc loco recte scripsisset liberos. Sed & hic locum de filiorum multitudine scribit, [c] liberorum scribendum erat. sed paulò post, item 14. capite [d] recte τοὺς παῖδας liberos appellat, quod etiam Theophilus secutus est. [e] Itaq. cum ex hoc loco ille sub titulo de verbor. significatione sumptus sit, vtroq. loco liberor. appellationem ad nepotes extendi intelligendum est. Restituit eum locum Alciatus noster: [f] sed cum his Græcis Modestini verbis careret, non cognouit hinc esse sumptum, quod & & verba & inscriptio ostendunt.

b l. nator. de verb. sing.
c l. ij. §. j. in pri. du excu.
d l. libertum. eod.
e Theop. in insti. eo. in prin.
f Alcia. lib. 4. ca. x. dispun. & d. l. nator.

Sed numerum liberorum constitutionibus decretum iam tum esse oportet, cum creatur, non etiam si post creationem nati sunt antè quàm causas excusationis allegauerit. Nam qui postea nati sunt, nihil iuuant, vt Seueri & Antonini constitutione scriptum est.

Hæc verba vulgo manca circumferuntur, quamob rem Accursius, eiusq. discipuli mirandum in modun inutilia scribunt: nostra interpretatio nullam habet dif ficultatem: vt ne his quidem, qui Græce norint, Mode. stini verba. Deinde ait,

Præterea qui tres tutelas aut tres curas ha bent, aut tria onera mixtarum tutelarum cum curis, & hæ non sint ætate minorum finitæ, habēt excusationem, si ad quartam tutelam, aut curam vocentur.

Mixtarum (inquit) tutelarum, hoc est tutelas duas, curam vnam, aut duas curas tutelam vnam. quamuis si quis ad verba adhęresceret, quod vetus interpres facit, sed onera existimaret. Sed illud Modestino, Vlpiano, Seuero, & Iustiniano probari videtur. Quod vero ait, si ad quartam, in Florentino libro scriptum fuerat εἰστε-γαρτὴν, sine vllis accentus notis, vt omnia quæ scripta sunt Græcè: item syllabæ omnes & verba coniuncta sunt. Sed recens emendator notis verba separauit ita εἰς τε γάρτὴν, quod in Politiani libro, & eo exemplo quod ad Alciatum nostrum missum est, vnde Heruagius habuit, scriptum vidimus. Recte autem ab Heruagio scriptum est εἰς τετάρτην, quod vnius litteræ mutatione fieri in Florentini libri antiqua scriptura potuit: id tamen antiquum interpretem fefellit. Sed hæc sanè optima emendatio est, cui conuenire videtur, quod capite tertio Modestinus scribit, dixisse se tres tutelas habentes ad quartā non esse vocandos. Sed & Seueri constitutio, cuius hic mentio fit, ita scripta est. a Si tres tutelas, vel curas eodem tempore non defunctoriè susceptas administras. onere quartæ tutelæ seu curationis pupillor. seu adulescentium non grauaberis. Additur id quod à Modestino quoq. relatum est: Finito autem officio pubertate pupillor. vel ætate adulescentium, aliæ substitui possunt, licet nondum ratio tutelæ, siue curæ administratæ reddita sit. Rationis à Modestino mentio facta non est: sed cum ætate minorum, adulescentium scilicet, aut pupillorum finiri tutelam, aut curam dicat, id satis esse videbitur. Quod vero Seuerus non defunctoriè

l.3. in prin. de excus.
a l. vn. C. qui nu. tut. se excus.

ctoriè ait, Iustinianus apertius, minus tamen eleganter: [a] item tria onera, inquit, tutelæ non affectatæ præstant vacationem, quamdiu administrantur. vt tamen plurium pupillorum tutela, vel cura eorundem bonor. veluti fratrum pro vna computentur. Sed hac de re Vlpiani verba adferentur. Ad modestinum redeamus.

a §. itē tria. inst.eo.

Sed & si quis (inquit) non minoris, sed furiosi curator sit, huius quoque curæ ratio habenda est, vt in numero curarum computetur. Quæ ita se habere, Seueri & Antonini constitutio docet.

Ea quidem pars, qua de furiosi cura dicitur, hodie non extat: cetera scripsimus. Quod vero minoris hic curam, non impuberis, vt vulgo nimis ineptè, ne dicam imperitè, circumfertur, intelligere debeamus, Græcum verbum ἀφήλικος facit: quo Modestinus 25. annis minores appellat, non impuberes, vt multis locis barbarus interpres putat: quod Accursianos omnes vehementer torquet. Nam bonus ille interpres Cap. 1. τῶν ἀφηλίκων προνοούμενος, impuberum curam habens, & octauo, στρατιώτῃ ἀφήλικος κουράτωρ δοθήσεται, militi impuberi curator dabitur, vertit. & Cap. 10. ἐὰν ἀπελεύθερος δοθῇ ἀφῆλιξ ὑπὸ πάτρονος ἐπίτροπος, Si libertus impubes dabitur à patrono curator, sic enim scripsit: cum minor, & tutor fuisset scribendum. Sed & in eodem verbo postea bis errat. Quos errores vt nostri tueantur, quantas (dij boni) tragœdias excitant? Idem addunt hoc loco prodigi curam, cuius à Modestino mentio non fit. Postea ait,

l.j. de excus. l.sed & milites.§.iam autem.l. nō solum.§. si libertus.

Et optimus Vlpianus de tribus tutelis sic ait,

Vlpiani Latina verba in aliud caput reiecta sunt, in hunc modum:

l.3.eod.

" *VLpianus libro singulari De officio Prætoris*
" *tutelaris: Tria onera tutelarum dant excu-*
" *sationem. tria autem onera sic sunt accipienda,*
" *vt nō numerus pupillorum plures tutelas faciat,*
" *sed patrimoniorum separatio. Et ideo qui tribus*
" *fratribus tutor datus est, qui indiuisum patrimo-*

nium haberent, vel quibuſdam tutor, quibuſdam curator, vnam tutelam ſuſcepiſſe creditur.

a inſt.eo.§.item tria.

Paulò antè Iuſtiniani verba retulimus, [a] quæ cum Vlpiano facerent.

QVarto capite dicitur.

Modeſtinus libro ſecũdo Excuſationum: Diximus tres tutelas habentes, ad quartam non eſſe vocãdos. Quæſitum igitur eſt, ſi quis duas tutelas habeat, & tertia oneratus appellauerit pẽdẽteq. adhuc iudicio appellationis quarta tutela oneretur, an in allegatione excuſationum quartæ, mentionem tertiæ faciet? aut eam omnino omittet?

l. diximus. eo.

Ambiguum eſt, de tertia, an de quarta omittenda loquatur. Sed mihi videtur de tertia loqui, vt ſi ea omiſſa, quæ litigioſa (vt ita dicã) eſt, quartam accipere compellatur. Quod his, quæ ſequuntur, conuenire videtur.

Et inuenio (inquit) à Diuis Seuero & Antonino conſtitutum eſſe, non oportere ad quartam tutelam creari eum qui à tertia prouocauerit. Sed dum pendet, allegationum tertiæ iudicium exſpectare cuius finis finẽ quartæ excuſationib. faciet. Recta ſanè (inquit) ratione. Nam ſi quis eam quę quarta eſt, quaſi tertiam ſuſceperit, & iniuſta appellatio de tertia appareat, quattuor onerib. contra leges onerabitur.

Non multam habent hæc verba difficultatẽ. Iubent principes, ſi ei qui de tertiæ tutelæ datione appellauerat, alia deferatur, eam dum lis eſt ſuſcipere non debere. Nam ſi ſuſceperit, & aduerſus tutorem iudicatũ ſit, quattuor onera inuitus habebit. Præſtat igitur ſententiam expectare: quæ ſi ſecundum tutorem lata ſit; à quarta non excuſabitur: ſi aduerſus eum, cum tres habeat, admittenda excuſatio eſt. Barbarus interpres nimia religione effecit, vt varie hęc verba ſcribantur. Nos noſtrum onus eſſe non putamus, minutatim ſingula

hor.

hor. hominum peccata persequi: sed satis est capita error. indicare, & Modestini interpretationi seruire. Illud omittendum non est, quod diximus, si quis eam quæ quarta est, quasi tertiam susceperit: Modestinum quæ ordine quarta est, quasi vt tertiam dicere & recte. Nam cum trib. onerib. subici possit, dum tertia in incerto est, si quartam tutelam suscipiet, eã quæ ordine quarta est, ita suscipit, vt quæ vi ipsa tertia sit. Sic ca. sexto ait: [a] Si duas tutelas habenti, item duæ deferantur: quæ ordine tertia est, auxilio ei erit ad quartæ excusationem. & Vlpianus scribit, [b] eum qui à fideiussore petit, vt ipsa à reo petere. Qua de re eleganter Alciatus noster lib. 2. [c] Dispunctionum, & primo libro [d] παρέργων, & sub titulo De verborũ significatione Ca. 164. Est autem Heruagianus liber emendandus hoc loco, vt ἀδίκου τῆς ἐπὶ τῇ τρίτῃ ἐκκλήτου ἀποφαντέσης scribatur, non ἐκκλήτῳ. Deinde ait,

Si pater tria tutelarum, aut curarum onera habeat, eius filius non grauabitur. ita enim constitutum est à Diuis Seuero & Antonino. Hoc idem contrà quoq. est, vt oporteat filij tutelas vacationem patri dare, & vtriq. communes, hoc est, vnã filij, & duas patris, aut contrà. Quæ ita se habẽt, cum vni domui, non diuersis onus defertur. Et hoc optimus Vlpianus scribit.

Verba Vlpiani Latina sunt in aliud caput reiecta, vt illa tertij capitis. Sunt autem hæc,

VLpianus libro singulari De officio Prætoris tutelaris. Tria onera in domo vna esse sufficit. Proinde si pater alicuius, vel filius, vel frater, qui est in eiusdem potestate, tria onera sustineat, quæ ad periculum patris sui spectent: quia voluntate eius administrant, omnib. excusatio à tutela competit, sed si non patris voluntate administrent, non prodesse, sæpè rescriptum est.

SExtvm vero caput Græcè in hunc fermè modum scriptum est.

a si duas. in princ.
b l. aduersus. de receptis.
c cap. 18. cc. 9.
d Alc. l. nomen filiar. in fin. de ver. sign.

l. tria onera. 2. de excus.

l. si duas.

Modeſtinus libro ſecundo Excuſationum : Si duas tutelas habẽs, alteris duabus oneretur, quæ tertia erit ordine, iuuabit eum ad quartæ excuſationem : licet Imperator ſit qui quartam detulit: aut etiã tertiam, ſcilicet ſi antè quã ſciretur quid is vellet, anteuertit alius in creatione tutoris.

Multo aliter alij ſcribunt. Sed hæc ni fallor, eſt Modeſtini ſententia. Cum duas habenti duæ tutelæ deferuntur, animaduerti oportere vtra pius delata ſit, vt ea ſuſcepta excuſetur ab alia : licet ea quæ poſtea delata eſt, à principe fuerit delata : aut etiam illam priorem princeps detulerit. Sed hoc ignorans tutor, aliam quæ poſt illam principalem (vt ita loquamur) delata ſit, ſuſcepit. Ita fiet, vt quæ deferendi ordine inſpecto quarta erat, propterea quod ſuſcepta eſt, tertiæ à principe ante delatæ præferatur. Deinde ſcribit,

Si vero ordo nõ appareat, ſed eadẽ die diuerſis tabulis duę creationes factæ proponãtur: nõ creatus, ſed creans eliget, quam ſubire eum oporteat.

Quas ego tabulas appellaui, Modeſtinus chartas appellat. ſed latinor. vſum ſecutus ſum. Nam de teſtamẽti tabulis multa ſcripta ſunt ſub titulis De bonor. poſſeſſione contra tabulas, & ſecundũ tabulas: & ſi tabulæ teſtamenti non extabũt, legis quoq. 12. Tabular. appellatio hinc manauit. Namq. ferunt veteres ceratis quibuſdam tabulis vſos, in quib. ſtilo litteras figerent. Vlpian. cap. 1. De bonor. poſſeſſione ſecũdum tabulas: Tabulas, inquit, teſtamenti accipere debemus, omnẽ materiæ figurã. Siue igitur tabulæ ſint ligneæ, ſiue cuiuſcũq. alterius materiæ, ſiue chartæ, ſiue membranæ ſint, vel ſi è corio* alicuius animalis, tabulæ recte dicentur. M. Cicero in Antonian. prima: Aſſentiri etiam nos Ser. Sulpitio C.V. voluit, ne qua tabula poſt Idus Martias vllius decreti Cæſaris, aut beneficij figeretur. Hinc tabellæ ſuffragior. tabellarij, qui litteras ferebant, tabelliones quoq. poſtea, ſcribæ olim dicti. Sed licet hic veterũ vſus ſit, antiquus interpres in diuerſis chartis ſcripſit, aut

l. i. de bon. poſ. ſec. tab in pri.

* ſi corio, Mon.

vt aliqui

vt aliqui ſcribere ſolent, cartis. Ferendum id quidem erat, cum Modeſtini ſententia intelligeretur, ecce autem librarij notis barbaror. tempor. vſi, pro cartis cãtis ſcripſerunt: vnde factum eſt, vt in Dini, Raynerij, Baldi, Harenæ, Alberici, & Neapolitani Nicol. libris, creatis ſcriberetur: quod multis modis interpretantur aut creatis, id eſt creationib. aut creatis titulis, vel tutorib. patre & filio ab eodem iudice: aut creatis, id eſt dantib ſiue creãtib. Quæ ego. vt alia plura quàm vellem, indigna eſſe exiſtimo quæ legantur: ſed libuit hoc exempli cauſa referre, vt videant iuris ſtudioſi, quantum mendoſi lib. noceant bonis præſertim viris, cuiuſmodi hi Accurſiani interpretes, quor. nomina ſcripſi, fuerunt. Quib. ego cum plurimum deferam, non poſſum non dolere, eiuſmodi ingenia bonis litteris & inſtitutionib. caruiſſe. ſed ad Modeſtinum reuertendum eſt.

Grãmatici ſophiſtæ, rethores, medici, qui περιοδευταὶ (h. e. circunforanei) vocãtur, vt à reliquis munerib. ſic à tutela & cura Vacationem habent.

Rhetores à Græcis & oratores appellantur, & qui dicendi ludum habent. Latinos lubentius preceptores appellare eo nomine videas.[a] iidem à Grecis ſophiſtæ appellati eſſe videntur. quod ea conſtitutione, quæ ſub titulo De ſtudiis liberalib. vrbis Romę. & Conſtãtinopolitanæ non belle ab Accurſio interpretata extat, cognoſcere licet. Nam illic diſciplinar. omnium præceptorib. quib. licebat in Capitolio docere, ita ſcribitur. Habeant igitur auditorium ſpecialiter noſtrũ in his primũ, quos Romanę eloquẽtię doctrina commendat, oratores tres numero, Grammatici decem. In his etiam qui facundia grecanitatis pollere noſcuntur, quinq; numero ſint ſophiſtę, & Grammatici æquè decẽ. Addit poſtea, philoſophum vnũ, iuriſperitos duos. quã conſtitutione rhetorũ mentio non fit. Sed Latinos oratores appellat non ſatis proprie, eos qui oratoriam artẽ docerent, Grecos ſophiſtàs. Sic etiã apud Modeſtinũ cum dicatur rhetorũ numerus Antonini conſtitutione in ſingulis ciuitatib. cõſtitutus, in minimis & mediis ciuitatib. ſophiſtar. numerus, in maximis rhetor. conſtituitur. Sed & Iuſtinian. ſo-

[a] l. Aquilius. de donati.

l. vnic. C. de ſtud. lib. vr. Ro. lib. 11.

a §.item Roma. inst. eo.

b l.vnic.C.de profes.qui in vr.Const.lib. 12.

c l.maxima. C. de excus. mun.lib.x.

d l. j. de extraor.cogn.

l.vlti.in fi.de mun.& hon.

l. si duas.§. philosophi. de excus.

e l.ij.& l.vlt. C. de prof.& me.lib.x.

phistar.lib.1.Institut.non meminit,sed rhetorum:[a] quo loco Theop.huius constitutionis facit mentionem.Alia constitutione de professorib. vrbis Constantinopolit.[b] dicitur Grammaticos tam Græcos quã Latinos, sophistas,& iurisperitos, cum ad 20.annos docendi peruenerint,his qui sunt ex vicaria dignitate connumerari.quo loco rhetores aut non appellantur: aut sophistæ,vt existimo, appellantur.Est & alia cõstitutio sub titu.de Excusationib.munerum:[c] qua dicitur,circa rhetores atque Grammaticos eruditionis vtriusq; (hoc est vtriusq; linguæ,vt ego interpretor) vetusto more durante.& in Digestis sub tit.De extraordinariis cognitionib. Vlpianus scribit: [d] Liberalia studia accipimus,quæ Græci ἐλεύθερια appellãt, rhetores continebuntur,grammatici geometræ: sed crebrius oratores hi appellati videntur. Arcadius Charisius capite extremo De munerib.& honorib.Magistris, qui ciuilium munerum vacationẽ habẽt, item grãmaticis, & oratorib.& medicis, & philosophis, ne hospitem reciperẽt,à principib.fuisse immunitatem indultam, & D.Vespasianus & D. Hadrianus rescripserunt.Paulus quoq;hoc ipso capite,quo de agimus,apud Modestinum ait:Philosophi oratores,grammatici, qui publice iuuenib.prosunt, excusantur à tutelis.sunt etiã duæ constitutiones sub titulo de professorib. & medicis, e quæ oratoris nomen pro rhetore vsurpant. Hæc itaq; mea opinio est, sophistas rhetores, oratores apud Modestinum,& ceteros iureconsultos atq;Imperatores, eos significare,qui artem dicendi traderent.Non ignoro,Tullianis temporib.oratores solos causarum patronos esse appellatos, rhetores dicendi magistros.Sophistas vero Cicero in Academicis quęstionib.eos appellatos ait,qui ostentationis aut quæstus gratia philosopharentur.In Oratore tamen,Isocratem & Gorgiam Leontinum,ac ceteros qui vmbratile & placidum dicẽdi genus essent secuti neq; vnquam ad causas orandas accessissent, sophistas appellat.Illos priores, quod toti in sapientia ostentanda versarentur,vexantem Socratem inducit sæpe Plato. Ab eisdem sophismata fallaces conclusiunculæ dictę sunt:quod facit,vt sophistę dialectici esse existimentur.Sed neq; de philosophis,neq; de diale-

ctici

cticis sophistar. nomen hic intelligendum arbitror, sed vt dixi rhetores significat. & licet Modestinus vtroque verbo sit vsus, nõ diuersam hominum professionem significauit. Medicos vero, quos ego circunforaneos appellaui, barbarus interpres circuitores: eius artis magistros non fuisse opinor. vt ceteros, sed qui medicinam facerent. Namq; ita Vlpianus scribit:[a] Medicorum quoque eadem causa est, quę professorum, nisi quòd iustior: cum hi salutis hominum, illi studiorum curam agant, quod multis Constitutionib. quæ sub titulo De professorib. & medicis scriptæ sunt, confirmari potest. Circũforanei vero nomine vsi sumus, Tulliũ imitati in Cluẽtiana. Pharmacopola, inquit, circunforaneus, qui properaret, cui fora multa restarent. Haloander περίοδοι pro περιοδευταὶ scripsit. Sed minime mirum est, cum Ludouici Bononiensis, cuius libris vsus est. nescio qua negligentia, hæc Modestini capita descripta è Politiani libro, vt cetera, non sunt. ad Modestinum redeo:

a l. j. in pri. de extraord. cog.

Sed est (inquit) constitutus rhetorum numerus qui in vnaquaque ciuitate immunitatẽ habeat, diuisióque quædam ciuitatũ lege facta est. Quod ex epistula Antonini Pij apparet, quæ communi quidem Asiæ scripta est, sed vniuerso terrar. orbi conuenit. Ex ea hoc caput infra scriptum est.

Communi Asię dixi, vt Cicero Verrina quarta, commune Siciliæ: & tertia cõmune Meliadũ. sic interpretari apud Calistratum,[b] Diuus Hadrian. τῷ κοινῷ τῶν θεσσαλῶν Gręcè rescripsit. sic enim scribendũ est, vt est apud Marcianũ,[c] quod nos aliquando scripsimus:[d] quamuis variare in Imperatoris nomine videantur. Itẽ quod Vlpianus scribit, [e] de qua re extat rescriptum diui Pij πρὸς τὸ κοινὸν τῶν θρακῶν, quæ etiam verba nunquam edita sunt cap. 1. De appellationibus. Sed & c. 25. [f] sub eo titulo ita initio scriptum est: Paulus libro vicensimo responsorum, αὐτοκράτωρ ἀλέξανδρος τῷ κοινῷ τῶν ἐν βιθυνίᾳ ἑλλήνων quod caput Haloander Hermogeniano lib. 2. Epitomaton iuris non recte adscripsit. Commune itaq; Asiæ significat illam Asianorum vniuersitatem, quæ ab vno

b l. si de vi. de iudi.
c l. qui cœtu. §. si de vi. ad l. Iul. de vi. pub.
d lib. 4. cap. 15. emen.
e l. j. de appel.
f l. Imperator. eod.

a authen. vt iud. sine qu. su.§. quanta.

„Proconsule regebatur,cuius Nouella 8.[a]mentio fit:no „tertiam terrarum partem. Sed Antonini Pij verba vi „deamus,quæ Græce in hanc sententiam scripta sunt.

„ *Minores ciuitates quinque medicos, sophista tres, Grammaticos totidem immunes habere possunt. Maiores septem medicos, quaternos duab. illis disciplinis præpositos. Maximæ vero medicos „decem, rhetores quinque, Grammaticos totidem.*

„ Si sophistas rhetores intelligas, nihil difficultatis in his verbis erit. Deinde ait,

Supra hunc numerum ne maximæ quidem ciuitates immunitatem præstare possunt. Et maximo numero vti oportet metropoles prouinciarũ, altero eas quę forum causarum habent, tertio reliquas: quem numerum neque curiæ decreto excedere licet, neque qua alia captione quæsita minorem tamen constituere licet: quoniam id si fiat, ciuilia munera iuuantur.

b l. C. de metro. Beryto.lib. xj.

c c. cleros. 21.dist.

d l. obseruare §. ingressum. de off. Proco.

Metropoles prouinciæ matres Theodosius appellat, [b]quod etymologia ipsa indicat: neq; à mensura eius nominis origo est, vt Pontificij putant,[c] sed ἀπὸ τῆς μητρὸς in quo iure Isidorus noster ab Alciato derisus est lib. 2. Dispunctionum. sic apud Vlpianum [d] intelligendum est, Proconsul necessitatem impositam per mare Asiam applicare, καὶ τῶν μητροπόλεων ἔφεσον primam attingere. Decretum curiæ interpretatus sum, quod Antoninus "psephisma bules, & postea dogma appellat: antiquus "interpres, sententiam & dogma senatus. Psephimate "vsus Cicero est oratione pro L. Flacco, sed nos maluimus nostros imitari. Neq; dubitamus, decurionum curiam esse hanc, non senatorum, vt Baldus significare videtur. Mouet me, quod antea dictum est, ne maximas quidem ciuitates posse eum numerũ excedere: & postea dicetur, reprobari medicum posse à Republica, quamuis semel probatus sit. Sed & Vlpianus lib. tertio opinionum scribit: [e] Medicorum intra numerum præfinitum

e l. j. de decretis ab ord.fac.

tum constituendor. arbitrium non Præsidi prouinciæ commissum est. sed ordini, & possessorib. cuiusque ciuitatis. Item constitutione prima de decretis decurionum scriptum est: Exceptis qui liberalium studiorum antistites sunt, & qui medēdi cura fungūtur, decreto decurionum immunitas nemini tribui potest. Emendanda alia constitutio est sub titulo De professorib. & medicis, vt in hunc modum scribatur, vt in Albornotiana nostra bibliotheca scriptum fuisse video: [a] Nec intra numerum pręstitutum ordine inuito medicos immunitatem habere sæpe constitutum est, cum oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui. in Norico vero mēdose scriptum est, inuitos medicos. Id enim ipsum illic dicitur, quod hoc loco ab Antonino additur.

l. j. C. de decre. decu. lib. x.

a l. nec intra. C. de prof. & med. lib. x.

Atqui (inquit) non aliter hi ea immunitate fruētur, nisi decreto curiæ numero constituto adscribantur, & operam quisque suam nauet non male.

Qua etiam de re sub eodē titulo constituitur, [b] grammaticos seu oratores decreto ordinis probatos, si non se vtiles studentib. præbeant, denuò ab eodem ordine reprobari posse, incognitum non est. Ex quib. apparet, decurionum ordini, quam etiam curiam appellāt, vnde curiales dicti sunt, hos intra numerum constituere, esse permissum. Quod si hunc senatum appellare velis, non repugno, dum aliarum ciuitatum senatum intelligas, quàm Romanum, quod paulo antè scriptum à nobis accuratè est. [c] Deinde Modestus scribit.

b l. ij. co.

c l. & qui nō sunt. de tuto. & cur. da.

Philosophos quoq. à tutelis vacare Paulus scribit his verbis. Philosophi oratores, Grammatici, qui publice iuuenib. prosunt, excusātur à tutelis. nam & Vlpianus libro quarto de officio Proconsulis ita scribit. Sed & reprobari medicum posse à Republica, quamuis semel probatus sit, Imperator noster cum patre Lælio Basso rescripsit.

Pauli verba, & cætera omnia Florentiæ Latine scrip-

pta sunt,& librarij errore ita separata,vt ab Vlpiani nomine,quod miniatis litteris scriptũ est,aliud caput exordiri videatur,Quamobrem cum in omnib.libris inscriptiones singulor.capitum vulgo omitterentur: factum est,vt separatum capitis initium esse credatur illud,Sed & reprobari, &c. Huc accessit, quod cum secundum & quartum caput ita finem facere vidissent, vt alteri iuriconsulto locus fieret:ab errore illo librarij discessum est,& illa, Vlpianus li.4.de officio Procos. ita scribit,cũ priorib. verbis coniũxerunt. Quod nos quidem probamus,sed nõ simili ratione, vt cetera neq; in aliud caput separentur, neque Vlpiani esse existimentur: sed vt nostra opinio est,Triboniani & sociorum,sumpta ex Modestino lib. xj. Pandectar.[a] ita enim alio loco relatum est: Reprobari posse medicũ à Republica, quamuis semel probatus sit, Diuus Magnus Antoninus cum patre rescripsit.ita enim in Florentino scriptum est.Quę verba declarant, qui fuerint hi quorũ rescriptum refertur, L. Seuerus Pater & M. Antoninus Magnus Caracalla Filius. qui dum simul aut per se imperium Romanum tenuerũt,iurisconsulti ferè omnes,è quor. libris Pandectæ constant, vixerunt. Hi sunt, qui toties appellantur Seuerus & Antoninus, aut Imperator noster cum patre: vt hoc ipso loco, quo de agimus. Sed hæc posterius accuratius scribemus. Nunc ad Græca Modestini verba redeamus.

a l.vt gradatim.de mun. & hon.

De philosophis vero eadem D. Pij constitutione dicitur. Philosophorum numerus constitutus non est:rari enim sunt qui philosophãtur. Et quidem existimo eos qui diuitiis abundant, libenter præstaturos auxilium patriæ. Quod si studiose cõtendant de re familiari, iam inde ostendent facile se non esse philosophos.

Eadem sentẽtia est apud Papinianũ lib.I. Respõsor.[b] Philosophis,inquit, qui se frequẽtes atq; vtiles per eãdẽ studiorum sectam contendentibus præbent, tutelas, item munera sordida corporalia remitti placuit:non ea quæ

b l. in honorib. §. philosophi. de vaca. & excus. mun.

quæ ſumptib.expediuntur.etenim vere philoſophantes pecuniam cõtemnunt,cuius retinendæ cupidine fictam adſeuerationẽ detegũt. Vlpianus quoq; li.8. de omnib. tribunalib. ſcribit.[a] An & philoſophi profeſſor. numero ſint?& non putem.non quia non religioſa res eſt,ſed quia hoc primũ profiteri eos oportet, mercenariã operam ſpernere. Addit de iuriſperitis, quòd verã philoſophiam ſectari videantur.[b] Proinde ne iuris quidem ciuilis(inquit)profeſſorib.ius dicẽt. Eſt quidẽ res ſanctiſſima ciuilis ſapientia,ſed quæ pretio nummario non ſit æſtimanda,nec dehoneſtanda.Sed de philoſophis extant duæ conſtitutiones, quarum verba digna eſſe exiſtimo quæ ſæpe legantur.Sed autem alterius hæc:[c] Reddatur vnuſquiſque patriæ ſuæ, qui habitũ philoſophi indebite & inſolenter vſurpare cognoſcitur : exceptis his qui à probatiſſimis adprobati,ab hac debent colluuione ſecerni. Turpe enim eſt, vt patriæ functiones ferre non poſſit,qui etiam fortunæ vim ſe ferre profitetur. Altera ita ſcripta eſt ad eiuſmodi quendam philóſophũ:[d] Profeſſio & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant. nam cum philoſophum te eſſe proponas, vinceris auaritia & rapacitate:& onera,quæ patrimonio tuo iunguntur,ſolus recuſare conaris. quod fruſtra te facere, ceterorum exemplo poteris edoceri. Ex his apparet, ita explicandam eſſe Modeſtini ſententiam, vt a me factum eſt; non vt antiquus interpres ſcripſerat.

a l. j. §. an & philoſophi. de extr. cog.

b l.j.in fi.pri. de iuſ.& iur.

c l.reddatur. C. de profeſ. & me. lib. x.

d l. profeſſio C. de mune. patri.li.x.

Eſt etiam inter Commodi conſtitutiones incertum caput quoddã ex Antonini Pij epiſtula, quo conſtat philoſophos tutelarum habere immunitatem,cuius verba ſunt hæc,

Hoc quidẽ Florentiæ ſcriptũ eſt. Sed neſcio Politiani,an eius qui è Politiani libro accepit, peccato, munerum immunitatẽ Heruagius ſcripſerit.Florentinę ſcripturæ teſtis eſt veteris interpretatio, quæ in omnib. libris ſcribitur.Quod ſi quis dedita opera immutauit, ſecutus fortaſſe eſt, ꝙ epiſtulæ verbis de tutela nihil eſſet expreſſum.Sed cum generatim ab omnib. prouincialibus, atq; aliis munerib.immunes eſſe dicãtur: in his tutela numerãda eſt. Sed Modeſtini verba adſcribamus.

ἐν ᾧ δηλοῦται καὶ φιλοσόφους ἀλειτουργησίαν ἔχειν ἀπὸ ἐπιτροπῶν. Ad epiſtulæ verba venio, cuius hæc ſententia eſt.

„ *Omnib. autem his pariter Diuus pater meus „ſtatim atque principatum adeptus eſt, ſuos hono„res & immunitates confirmauit.*

Hæc verba Antonini Pij eſſe arbitror, eumq; parentẽ ſuum Hadrianũ appellare. nam hoc à Modeſtino dictũ eſt hãc eſſe partẽ eius epiſtulæ. & Hadriani reſcriptum, quo ab hoſtib. recipiendis grãmaticis oratores, medici, philoſophi immunes fiũt, cap. extremo De munerib. & honorib. refertur. ea vero immunitas hic inter ceteras enumeratur. Neq; vero Commodi hæc verba cenſenda ſunt, vt patrem ſuum Antoninum Pium appellet. fuit enim is Commodi auus, Marci Antonini & L. Veri pater, Marci Commodus filius. Sed inter Commodi conſtitutiones illud caput epiſtulæ Diui Pij extabat.

l. vlt. in fi. de mune. & hon.

„ *Philoſophos, rhetores, grammaticos, medicos, „immunes eſſe ſcribens præfecturis, gymnaſiorum, „ædilitijs curis, ſacerdotiis, hoſpitum receptione, „frumenti atque olei emptionib.*

„ Mẽdoſa hæc circũferũtur ob interpretis, vt arbitror imperitiam. & cum hic locus maxime neceſſarius ſit, vt quib. munerib. vacẽt profeſſores, ſciamus, minime licet id ex Accurſianis libris intelligere. Nos itaq; feliciores fuimus, cũ Modeſtini ſentẽtiã cognoſcere potuimus. A quo principio de præfecturis gymnaſior. dicitur: quæ gymnaſiarchia appellat. Erãt gymnaſia ſpitia quædam ampla, quib. Græci ſe aut palæſtra, aut ceteris corporis exercitationib. exercebãt: in his etiã philoſophi verſati ſunt. vnde nomẽ id literariæ res ſibi vindicaſſe videtur. his locis præfecti gymnaſiarchi dicti ſunt. Cicero in Verrina de ſignis: Demoliendũ curauit Demetrius gymnaſiarchus, quòd is ei loco pręerat. Hac itaq. pręfectura gymnaſior. vacant profeſſores. Itẽ agoranomiis, quas ædilitias curas interpretatus ſum, eos ſecutus qui forũ rerũ venaliũ ædilib. ſubiciunt. a Papinianus tamen aſtymonicos appellare videtur, quòd curã vrbis viarũ & ædificiorum gererent, librumq; ſingularẽ ea de re Græce conſcri-

a Theoph. §. proponebãt. de iure nat.

cōſcripſit, ex quo ſumptū eſt caput tertiū de via publica.[a] quod Florētiæ ſingulare eſt ſub titulo De via publica,& ſi quid in ea factū eſſe dicatur.nā cetera latine ſcripta sūt,ſub titulo De via publica & itinere publico reficiendo.Ob id munus Paulus ait,[b] lectos emptos ædilē, cū in via publica poſiti eſſent,cōcidiſſe. Sed venditioni rerū præfuiſſe eos ædilitio edicto,quod li.21. Pandectarum refertur conſtare poteſt. Item Vlpiani teſtimonio, qui li. 23. ad edictū ſcribit,[c] ædilē mēſuras iniquas fregiſſe,quæ cōductæ fuerāt:quæſitumq.eſſe ait,vtri periſſēt.Illud quoq.ad ædiles pertinebat,vt plebiſcita in Cereris ſeruarent,ꝙ ei magiſtratui inſtituēdo cauſā dediſſe Pōponius ſcribit.[d] Nos itaq; apud Modeſtinū illā fori ædiliciā curā intelligemus, niſi quid aliud doctiorib. videatur. Sacerdotij munus oneroſum eſſe exiſtimabatur, quamobrē Papinianus reſpōdit.[e] In honorib.delatis neq; maior annis ſeptuaginta, neque pater numero quinq.liberor.excuſatur.Sed in Aſia ſacerdotiū prouinciæ ſuſcipere non coguntur numero liberorū quinque ſubnixi.quod OPT.MAX.q.princeps noſter Seuerus Auguſtus dēcreuit, ac poſtea in ceteris prouinciis ſeruandū eſſe conſtituit.& Hermogenianus lib.I.iuris epitomar. ſcribit,[f] ſpōte prouincię ſacerdotiū iterare nemo prohibetur. atq; ita arbitror cōſtitu.8.de munerib. patrimonior.[g] ſcribendū eſſe.Nec protoſtaſiæ vel ſacerdotij,vel decaprociæ munera corporalia ſunt,ſed tantū patrimonij eſſe non ambigitur.& ſi ſacerdotiæ vulgò ſcribatur. Oneris pars adgnoſcitur ea conſtitutione, itē alia quæ ſub titulo de periculo ſucceſſorū parētis ita ſcripta eſt: Si de proprio ſuo patrimonio muneris editionē tuo nomine pater tuꝰ repromiſit,ideoq; etiā ſacerdotē te creari impetrauit:onus erogationis cōmune omniū heredū eius eſſe,Præſes prouinciæ non ignorabit. Muneris editio à patre promiſſa gladiatorū,aut ſpectaculorum fuit, vt ea quæ à Cōſuli. ex Nouella Iuſtiniani 105.[h] faciēda erat.Quod Accurſiū fefellit in notis ad Marcellū,[i] & illa cōſtitutione. ſic certaminis editio,[k] & ludorū[l] aliis locis iuris. Sacerdotij tamē mentio eſt etiā apud Modeſtinum lib 2.de pœnis:[m] Si in municipio,inquit,contra hanc legē (de Iulia vero de ambitu verba facit) magi-

a l. ædiles de via pub.

b l. lectos de peri.& com. rei ven.

c l.itē quęrit. §.ſi quis mēſuras.loca.

d l.ij. §. itēq. vt eſſent. de ori. iur. vbi Zaſius.

e l. in honorib.de vac.& & excu. mu.

f l.ſponte.de mune.& honor.

g l. nec protoſtaſiæ. C. de mun. patro. lib. x. l. vn. C.de per. ſuc. par. li.x.

h auth. de conſu. l. 3. C. eo lib.12.

i l.P.Mæuius. in prin. de cōd. & dem.

k l. vn. C. de expenſis ludor.libr.xj.

l l.ſi vt certo. §. interdum. commo. vbi Bud.

m l.vn. de L. Iulia de ambitu.

ſtratum, aut ſacerdotium quis petierit, per ſenatuſconſultũ centum aureis cum infamia punitur. & apud Paulum li. 13. ad edictũ: [a] Sacerdotio, inquit, obueniente videbimus, an cogatur arbiter ſententiam dicere. id enim non tantũ honori perſonarũ, ſed & maieſtati Dei indulgetur, cuius ſacris vacare ſacerdotes oportet. Hæc atq; alia extant non Chriſtianor. ſacerdotũ veſtigia, de quib. etiã paulò pòſt ſcripturus ſum. Vnum addam, quod non alio loco ſcriptũ legi, de his ſacerdotib. Theophilum li. 1. Inſtitutionũ ſcribere, [b] curã tẽplorũ fuiſſe, & ne ſacerdotes 40. annis minores fierẽt. Neq; enim Chriſtianorũ hoc eſt, qui aut 35. ex Nouella 123. [c] aut vt apud Gratianum [d] multi ſcribunt, 30. annis maiores fieri ſacerdotes poterant. Clementis vero Pontificis Maximi pręſcripto [e] quinque & viginti annos nati: malorũ Pontificum libidine atq; auaritia quacumq; ætate, quęcũq. ſacerdotia obtineri poſſunt. De hoſpitib. quid Hadrianus conſtituerit, [f] ſcripſimus. Idem Paulus ſcribit li. 1. ſentẽtiarum: [g] Angariorũ præſtatio, & recipiendi hoſpitis neceſſitas, & militi & liberaliũ artiũ profeſſoribus inter cetera remiſſa ſunt. Angaria autem ſunt, equorũ pręſtationes ad curſum publicum. [h] Id vero hoſpitũ recipiendor. munus Modeſtinus & Cicero epiſtathmiã appellãt, vt à Budæo doctè animaduerſũ eſt. [i] Sequitur ſitonia & clæonia. quib. verbis alij non abſtinuerunt. Arcadius Chariſius lib. ſingulari de munerib. ciuilib. [k] Cura quoq; (inquit) emendi frumenti, olei. nam harum ſpecierum curatores, quos σιτώνας & ἐλαιώνας appellant, creari moris eſt. Vlpianus lib. 3. Opinionum: [l] Sextum, inquit, decimũ ætatis annum agentem ad munus ſitoniæ vocari non oportet. Hermogenianus quoque [m] in perſonalib. munerib. numerat annonæ ac ſimiliũ curam, prædiorumq; publicorũ, & frumẽti cõparandi, arcas frumentarias, annonæ, diuiſionem, & ſimilia. & Papirius Iuſtus refert [n] diuorum fratrum conſtitutionem, qua ſitonas indemnes eſſe oportere diceretur. Quamobrem recipiendum quoq. eſt, vt lib. 10. Codicis ſcribatur: Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere ſitoniæ. quod Haloandro placuit. licet doctiſſimi viri Alciatus & Pyrrhus ſitocomiam præferant his omnib.

locis

a l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio. de recep.

b Theop. §. proponebãt. de iure. nat.

c aut. de ſan. ep. §. clericos.

d diſtin. 78.

e clem. vlt. de æta. & qual.

f l. vlt. in fi. de mun. & hon.

g l. ab his. de vac. & exc. mu.

h Pyrrhus l. j. C. quemad. ciu. mun. ind. libr. x. Bud. l. eos. ad l. Cor. de fal.

i Bud. l. vlt. de mun. & hon.

k d. l. vlt. §. primo.

l l. ij. de vac. & exc. mun.

m l. j. de mu. & hon.

n l. vlt. de adm. rer. ad ciu. per.

locis, quos retulimus. Budæus omnib sitoniam, qui hac de re Alexandri constitutionem intelligit sub titulo De compensationib. [a] qua de frumentis & olei publici pecunia mentio fit. Est itaque hoc munus, vt in publicis necessitatib. quo tempore Romæ annonæ præfectos constituebant, [b] emendo frumento sitonæ creentur, oleo eleonæ: quo munere vacant hi liberalium artium professores. Deinde Modestin. scribit, vel Antonin. potius Pius,

Eosdem neque iudicare, neque in legationem ire, neque in militiam conscribi inuitos.

Inuitos, inquit, non vt barbarus verterat, nolentes: ex quo factum est, vt multi volentes scribant, quod ita interpretantur, etsi velint, non possint. Sed illud melius est, ne inuiti id munus suscipere cogantur. Legationis & iudicandi munus ab Arcadio eodem illo libro, personale esse dicitur. Ad extremum,

Nullum denique prouinciale, aliúdve munus subire cogendos.

ὑπηρεσίαν ἐθνικήν, prouinciale munus vertimus: ne si gentile ministerium dixissem, non satis quid dicerem, intelligeretur. Cetera Modestini verba sunt, quod eleganter Florentiæ notatum est,

Hoc amplius (inquit) scire illud quoq; oportet, eum hanc immunitatem habere, qui in sua patria docet, aut curat. Nam Comanenses sophistæ, aut alii si Neocæsareę doceant, aut curent, non habent apud Comanenses immunitatem. & hoc ita à Diuis Seuero & Antoni. constitutum est.

In Polemoniaco Ponto hæ duæ vrbes fuerũt, Comana & Neocæsarea, sed hęc metropolis eius prouinciæ. vt ex Iustiniani Nouella 28. [c] didici. qua Polemonia cũ Helenoponto coniũxit. Comana autem Nou 31. ex Ponto in secundam Armeniam transfert. Comanensiũ mentio fit 9 constitu. De iniuriis. [e] & 10. de agricolis & cẽsitis. [f] Neocæsariensis conuentus multa apud Põtifices mẽtio.

a l. 3. C. de compens. Bud. d. l. vlt. de mon. b l. ij. §. sanè præfectus annonæ. de ori. iur.

c Nouel. de moderatore Heleno põti. d Nouel. de descriptio. 4. Præsidũ Armeniæ. e l. si quidẽ. C. de iniur f l. cum antea. C. de agric. & censi. lib. xj.

Cum itaq; vicinæ hæ vrbes eſſent, dubitatum aliquando fuerat, an qui in altera natus eſſet, in altera profiteretur, vacationem munerum in patria haberet. & Seueri & Antonini conſtitutione reſponſum eſt, non habere. Eſt autem hic verbum σοφιστεύειν, quod hoc loco non male omiſiſſe viſus eſt vetus interpres, paulò pòſt male philoſophari vertit. Nos cum de ſophiſtis quid ſentiamus, antea dixerimus, ſententiam Modeſtini expreſſiſſe viſi ſumus. Deinde ait,

Sanè valde doctos, & ſupra numerũ, & alienã patriã incolẽtes, immunes eſſe Paulus ſcribit. & refert ita Diuũm Pium Antoninum fieri iuſsiſſe.

Hoc enim præſtantib. ingenio viris dandũ eſt, quod & ſcientia proſunt, & exemplo animos addunt adoleſcentib. ad optimum vitæ genus capeſſendum.

Sophiſtam, qui Romæ docet, ſiue gratis, ſiue ob mercedem, doceat, vacationem habere, à Diuis Seuero & Antonino eſt cõſtitutum, perinde quaſi in patria profiteatur.

a l. eos. de vac. & excu. mu.

Sic etiam Paulus lib. I. Reſponſorum [a] ſcripſit: Eos qui Romæ profitentur, proinde in patria ſua excuſari munerib. oportere, ac ſi in patria ſua profiterentur. Et dubitandum non eſt, ex hoc Modeſtini loco ſophiſtas non eſſe philoſophos. eos enim ſolos mercede abſtinere voluit, vt ſuprà ſcriptum eſt. Idem ait,

Quorum ſanctioni illam poteſt quis rationem adferre, quod cum communis ſit, & exiſtimetur patria Regia vrbs, æquum eſt eum qui in ſua patria ſe vtilem præbeat, hac immunitate frui.

b auth. de nuptiis. §. mitiores.

Pro ratione inepte alij ſermonem ſcribunt, τοῦ λόγου ſignificationib. decepti. Similis error auferendus eſt à Nouella conſti. 22. [b] in Noricis quoque libris. Nam illa parte locupletior eſt Baſilienſis liber Norico, ſi ad Græca verba reſpexeris. In omnib. itaq; libris ſcriptum eſt: Mitiores itaq; nuptiarũ ſolutiones tanquam in generali quadã ratione ſub bona gratia factis diſiunctionib. ſciendum eſt tales eſſe quodãmodo. Scribendũ autẽ eſt: Mitiores

Mitiores itaq. nuptiarum solutiones, quæ generali sermone BONAGRATIA solutæ dicuntur, eiusmodi propemodum esse sciendũ est. Et nõ multo pòst: [a] Substantiam illã meritò secundũ nostras leges æstimantes esse, quæ pura debitis videatur, ratio quoq. ex ipsis causis pro cautione procedat. Quæ verba mirandum non est Accursianos nõ intelligere. separanda enim aliter sunt, quàm ab eis factũ est, & post verbum VIDEATVR, scribendum, Quæ de his causis dicta sunt, è cõtrario quoq. procedant, & si mulier, &c. Sed illic rationẽ pro sermone, hic sermonem pro ratione. idẽ vt arbitror interpres vertit. Ad ipsam Modestini rationẽ reuertamur, quam libro singulari de manumissionib. repetit. [b] Roma (inquit) communis nostra patria est. Huius sententiæ elegantem rationem præceptor noster attulit[c] ex Vlpiano libro 22. ad edictũ, [d] In orbe Romano qui sunt, ex constitutione Imperatoris Antonini ciues Romani effecti sunt: est igitur communis omnium patria, cũ omnes ciues sint. quod aliquando Accursius dixerat. [e] sed fefellit eum mẽdosus liber, cum pro in orbe Romano, in vrbe scriptum fuerit. quod mendũ sustulit Alciatus noster ex Tusco libro. qua scriptura & Vlpiani & Modestini sententia cognoscitur. Veramq. esse præceptoris mei opinionem Nouella 78. [f] cognosci potest, cuius apud Accursium mentio fit, sed neutro loco intellecta esse videtur. Dicitur ea, Iustinianum velle ius aureorũ annulorum omnib. præstare, ad exemplum Antonini Pij, qui omnib. his qui sub imperio Romano erãt, ciuitatẽ Romanam cõcessit. item Constantini & Theodosii minoris, qui ius liberorum omnibus dederunt. Consecuti autem peregrini sunt ius matrimonij, & hereditatem, testimoniorum quoq. & patriæ potestatis, similiumq. rerum quæ inter ciues Romanos tantum ex iure Quiritium fiebant: de quib. aliàs plurib. Nunc quod instat:

Legum præceptores in prouincia docentes vacationem non habent, Romæ docentes habent.

Hoc non male antiquus interpres verterat, si nõ præsidatum, sed prouinciam ἐπαρχίαν appellasset. Scriptum autem non recte est Basileæ, ob condiscipuli cuiusdam

a §. sic itaq. in fin.

b l. Roma. ad muni.

c Alcia. lib. ij. ca. 21. Dispun.

d l. in orbe. de sta. hom.

e Accur. l. item in potestate. de his qui sui. & inst. de nup. §. j.

f auth. vt liberti de cetero. in fine.

mei erratum, qui cum Græca Modestini verba ex Politiani libro describeret, aliquot verba omisit. sine quib. contraria huic sententia fit: nempe eos præceptores in prouinciis docentes vacationem habere. Deinde Latinis scriptum est à Triboniano, vt opinor.

Vlpianus lib. singulari de officio Prætoris tutelaris ita scribit: Athletæ habent à tutela excusationem, sed qui sacris certaminib. coronati sunt.

Bud. l. athletas. de his qui not. Alc. & Pyr. C. de athletis. lib. x. Lælius. de militiis ex casu.

Dicuntur tam multa docte atq. eleganter de athletis à G. Budæo, And. Alciato, & Pyrrho, & nuper à non minus eleganti ac docto viro Lælio Taurello in eo libello quem ad me misit De militiis ex casu: vt nihil habeam quod scribam, preter eorum diligentiæ laudationem. Ad eos igitur lectores allego.

Illud videamus potius, quod sequitur in Florentinis ipsis libris obliteratum, quod Heruagius significauit, cuius sententiam non probo, vt ἔθνους ἐθναρχία scriptum fuerit: neque vt vetus interpres legisse visus est, ἔθνων ἐπαρχία: sed magis placet, si quis est coniecturis locus, vt ἔθνων ἱερωσύνη scriptum fuerit, cum exempla sint hæc Asiarchia, Bithyniarchia, Cappadochia, quæ sacerdotia fuisse postea ostendam. Sic itaq. hunc locum vertendum putabam:

Prouinciæ sacerdotium, vt Asirchia, Bythyniarchia, Cappadocarchia, prębet à tutelis immunitatem, dum ei muneri quis præest.

Scriptura quidem Pandectarũ hæc est, vt verbũ ἔθνους apparere videatur, ĩ quoq. agnoscitur, & post aliquot litoras Y: post eam tamẽ litteram, nullũ litterar. vegistiũ. si recte memini, vidimus. quod faciet, vt non satis certi hac in re simus. Sed dubitationem nostrã, atq. opinionẽ omnib. esse notam volumus. Illud sine dubio est, prouinciarum præfecturas illas videri, sed vt dixi, esse sacerdotia. De sacerdotio Asiæ Papiniani [a] verba antea retulimus. hoc esse arbitror, quod hic Asiarchia appellatur. Imperator quoq. Cõstantinus in nobili illa constitutione ad Gregorium ita scribit: [b] Senatores, seu Præfectos, vel quos in ciuitatib. duumuiralitas, vel sacerdotij, id

a l. in honorib. de vaca. & excu. mu.

b l. j. C. de natu. libe.

tij, id est Phœnicarchiæ vel Syriarchiæ ornamenta cōdecorant, placet maculam subire infamiæ, si ex ancilla vel ancillę filia, liberta libertæ filia, scenica scænicæ filia, tabernaria tabernariæ filia, vel humili vel abiecta persona, vel lenonis aut harenarij filia, vel quæ mercimoniis publicè præfuerit, susceptos filios in numero legitimorum habere voluerint. Præfectos autē scripsimus, vt vulgò: non Perfectissimos, vt Haloander: Marciani Nouellam de matrimoniis senatorū secuti, quam Iustinianus ait [a] esse illius interpretationem. hanc nos post Codicem Theodosianum reperimus. & ex ea cognouimus sumptam esse 7. consti. sub titulo De incestis in Iustiniani codice. [b] illic cum Constantini constitutio referatur, ita scribitur: Nam cum sanciret, ne Senatori, Præfectis, Duumuiro, Flamini municipali, sacerdoti prouinciæ habere liceret vxorem ancillā ancillę filiam, libertam libertæ filiam, ciuem Romanā vel Latinā factam, adiecit etiam, humilē abiectamq. personā, quo loco pro Phœnicarchia, & Syriarchia, sacerdotiū prouinciæ positū est, quod nos maxime iuuat. Sed & Nouella Iustiniani 89. [c] qua Cōstantiniana constitutio abrogatur. Phœnicarcharum & Syriarcharum, & magistratuū municipalium, insignium & clarissimor. viror. illic fieri mentionem ait. Magistratus autē dixi, vt antiquus interpres, nō magistros militum, vt Haloander: quod sciā duumuiros magistratus esse, [d] & animaduerterim τοὺς στρατηγοὺς eos magistratus à Theophilo appellatos, quod infrà scribam. Leonis tamen constitutione, [e] Lyciarchiæ & Syriarchiæ munera in prima Syria Comiti Orientis, aut Rectori prouinciæ committuntur: à quib. munerib. curiales arceri iubentur. Quo loco ludorum mentio fit, quib. ille, vt opinor, sacerdos Lyciæ præerat, & sumptus fortasse dabat, quod nos antea diximus de eo sacerdote, cuius pater munus edere promiserat. [f] Arabarchiæ quoq. vectigalis alia constitutione mentio fit, [g] quam nescio an ad Arabiæ sacerdotem pertinere dicamus. Ex his tamen quæ suprà scripsimus, elici videtur, de Asiæ. Bithyniæ, Cappadociæ sacerdotio agi apud Modestinum: & si vno, vt scripsi, verbo mancus sit. Sed hæc alior. iudicio relinquamus. Illud non recte

a Nouell. 117. auth. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero legem.

b l. humilē. C. de incest.

c authen. e. quib. mo. nat. ef. sui. §. vlt.

d l. dies. §. si forte. de dāno infecto.

e l. vn. C. de of. Com. Orien. Alciat. lib. j. prætermi. verb. Lyciarcha & l. si quis in cōscribēdo. ver. dignitatis. C. de pactis.

f l. vn. C. de pericu. suc. paren.

g l. vsurpatiōnē. C. de vect. & com. Alc. li. j. prætermi. verbo, Arabarches.

Heruagius scripsit, ἕως ἐν ἄρχῃ sed vt Florentiæ, scribendum est ἕως ἂν ἄρχῃ Postea scriptum Latine est,

Tutela non est Reipublicæ munus, nec quod ad impensam pertinet, sed ciuile: nec prouinciale videtur, tutelam administrare.

Hæc mihi sententia obscura esse videtur, neque satis intelligo harum rer. differentiam: sed arbitror tutelam ciuile munus quod publicum Iustinianus appellat, [a] hoc est singulis ciuitatib. publice vtile, non totius Reipub. Romanæ munus: neq. sumptuosum est, vt patrimoniale dici possit: neq. etiam prouincia est, sed singularum, vt dixi, ciuitatum. & licet publicum ac ciuile munus esse dicamus, si quis tamen vacationem publicor. & ciuilium munerum impetrat, nisi nominatim tutelæ & curæ impetret, non excusatur, vt infrà Modestinus scribit [b]. Est autem hæc sententia non bellè in aliis libris scripta, præter Tuscum. Deinde Græcè in hanc sententiam scriptum est,

a insti. eod. in pri.

b l. spadonem. §. qui accipit. l. non tantũ. §. non omnia infra eod.

Magistratus municipales tutela & cura vacant. 2

Modestinus, οἱ στρατηγοὶ τῶν πόλεων. antiquus interpres, magistratus ciuitatum scribit. nos, municipales. namq. Vlpianus scribit libro secundo ad edictum [c], suæ cuiusq. ciuitatis ciues municipes dici: quod itaq. ille ciuitates, nos municipia recte appellauimus, & Latinor. morem secuti sumus. Sed de magistratu maior contentio est. Sunt enim qui στρατηγοὺς Prætores [d] sunt qui militum magistros, aut duces appellent. [e] Nos magi- 3 stratus, vt antiquus interpres. Sequimur autem Theophil. qui, lib. I. Institutionum, quod Iustinianus ait, [f] in prouinciis Præsides tutores ex inquisitione creare, aut magistratus iussu præsidum: is vertit, οἱ στρατηγοὶ κελεύσει τῶν ἀρχόντων. & postea quod refert [g] constitutionem, quæ non extat, scripsisse, qua non expectato Præsidum iussu defensores ciuitatum vnà cum religioso antistite, vel alias publicas personas, id est magistratus, vel iuridicum Alexandriæ tutores creare posse. Theophilus defensores ἐκδίκους, magistratus στρατηγοὺς appellat. Qui significare

c l. j. ad munici.

d Pluta. sepe. & Consta li. 6. ti. j. prochiri.

e Halo. Noue. 59. ad finem.

f §. sed hoc iure. de Att. tuto. in inst.

g §. vlt. eo.

care videtur, publicas has personas testes esse creationis quod mihi non probatur: sed existimo Defensori, Pontifici, magistratui, iuridico licuisse ex ea constit. ex inquisitione tutorem dare. Sed & idẽ Theoph.[a] cũ vellet interpretari, qui essent qui satisdationem exigere soleant, hos magistratus, & defensores ciuitatum enumerat. Sed quid apertius est, quàm quod antea retulimus, Constantini constitutione [b] Duum viror. mentionem fieri eosq; ab Iustiniano strategos esse appellatos?[c] nam Duum viros magistratus esse, docuit Alciatus noster libr. 3. Dispunctionum. Huc accedit, quod Capite 15. Modestinus scribit: [d] ἐὰν ὁ τῆς πόλεως ἄρχων· τουτέστιν ὁ στρατηγός &c. quod idem mihi esse videtur, ac si dixisset, magistratus municipalis, hoc est strategus. Est enim à nobis antea dictum, τὸν ἄρχοντα magistratum significare, [e] & municipia esse quascunque ciuitates,[f] quod verum esse apparere poterit ex Pauli verbis sub titulo De ritu nuptiar. g Dubitat is, num Senatusconsulto quo cautum est, ne tutor pupillam filio suo, vel sibi nuptum collocet, contineatur is, ad quem propter alterius personam periculum pertinet: veluti, inquit, si magistratus in tutelæ periculum incidit, vel fideiusserit quis pro tutore, vel curatore; quia nec in numerum trium tutelarũ hæc imputantur. Quæ verba cum Modestino,[h] vt nos volumus accepta, faciũt, vt is magistratus municipalis scilicet (neq; enim alij subsidaria conueniuntur)[i] hanc tutelam in tribus propter quas excusatio cõpetit, non computet. Est autem is locus barbarè cõuersus in hunc modum. Si ciuitatis princeps, id est magistratus, incidẽte ei creatione obnoxius fuerit periculo tutelę, hãc non cõnumerabit aliis tutelis, quemadmodũ nec fideiussores tutelę. Sed illa suo loco dicentur. Interea illud omittendum non est, hos municipales magistratus ex decurionib. fuisse. Qua de causa Vlpianus scribit lib. 36. ad edictum:[k] In ordinem subsidiaria actio non dabitur, sed in magistratus, nec in fideiussores magistratuũ, aut nominatores, nisi ordo in se periculum receperit. quo etiam casu soli pręsentes tenentur, nec si à magistratib. municipalib. tutor datus sit, videtur per ordinem electus. Ordinem autem decurionũ interpretor, vt cum de decre-

a Theoph. §. vlti. de satisda. tut.

b l. j. C. de nat. lib.

c d. No. 89. auth. quibus mod. nat. ef. sui. in fi.

d l. spadonẽ. §. si ciuitatis. de excu.

e l. scire oportet. de tu. & cu. da.

f l. j. ad muni.

g l. si quis tutor. in prin. de ritu nupt.

h d. §. si ciuitatis.

i l. j. §. j. de magistr. cõuen. §. vltim. inst. de satis. tut.

k d. l. j. in pri.

tis ab ordine faciendis dicitur. Idem libro quarto De officio Proconsulis scribit: a Constitutio, qua cautum est, prout quisque decurio creatus est, vt ita & magistratum adipiscatur: totiens, inquit, seruari debet, quotiens idoneos & sufficientes omnes contingit. Quod de municipalib. magistratibus dictum esse non dubito. Hos itaque intelligo omnibus constitutionib. sub titulis De magistratibus municipalib. De magistratibus conueniendis, & De periculo eor. qui pro magistratibus interuenerunt. & in Digestis item De magistratib. cōueniendis, atq. aliis locis sexcentis. & hoc excusari hoc loco Modestinus voluit. Neq me mouet, quod Vlpianus respondit, b propter magistratum, quem in municipio quis erat administraturus, tutelæ excusationem non habere. ita enim scriptum est: non, vt quidam apud Accursium, hæc (vt opinor) vetiti scribunt, excusationem habere: quos libro primo nostrar. Emendationum reprehendimus. Nam si de his qui in municipio sunt, intelligas, futurus magistratus non excusatur. Modestinus de eo loquitur, qui in magistratu est: si vero de eo qui Romæ est, magistratum in municipio administraturus, iusta causa est cur non excusetur: hic de tutela in municipio magistratui delata agitur. Cetera videamus.

a l. rescripto. de mun. & hono.

b l. propter. infrà eo.

Dant quoque à tutela vacationem capitales inimicitiæ inter eum qui creatus est, & pupillorum patrem, nisi postea datus tutor testamento sit. Quod si post scriptum testamentum inter eos hæc capitalis contētio orta sit, aut prior quidem testamento est, sed ea de causa tutoris testamento datus esse videatur, vt eo onere & negotijs vexetur, aliud erit dicendum, vt ex Imp. Seueri epistula constat.

Elegāter hi casus excepti sunt. Neq. enim satis est capitales inimicitias habentē excusari. Quid enim si postea reconciliatio secuta est, quæ testamento tutela data intercessisse creditur? Creditur autem, non etiam probatur, quid enim si vt negotium inimico faceret, implicari cum voluit negotiosa & molesta tutela? Excusant

itaq.

itaq.inimicitiæ ob capitalem accuſationem(ſic enim interpretor) ortæ, quæ aut teſtamento poſteriores ſunt, aut ſi antiquiores ſunt.dolum ſcribendo adhibitum ab inimico probetur.Iuſtinianus hac de re ita ſcribit:[a]Item ſi propter inimicitias aliquem teſtamento tutorẽ pater dederit,hoc ipſum præſtat ei excuſationem.& poſtea. [b] Inimicitiæ, qua quis cum patre pupillor. vel adultor. exercuit,ſi capitales fuerunt, nec reconciliatio interuenit,à tutela vel cura ſolent excuſare. Paulus quoq. libr. 2.Sententiar,ſcribit.Inimicitiæ capitales,quas quis cum patre pupillor.habuit à tutelis excuſant,ne paterno inimico pupilli committantur.Item Modeſtinus ait,

a §. item ſi propter. inſti.eo.

b §.inimicitiæ.eod.

Præterea à tutela liberatur,qui ſtatus controuerſiam pupillo mouit,dum ne id fictè,ſed bona fide faciat: quod Diui Marcus & Verus conſtituerunt.

Iuſtinianus idem cõtrà eſſe exiſtimat, [c] ſi ſtatus controuerſiã à pupillor. patre paſſus eſt tutor. Imperatores autem in omnib.libris præter Noricum & Baſilienſem, Marcus & Seuerus appellantur :quoniã id initio fuerat Florentiæ ſcriptũ:quod Politianus quoq.deſcripſit. Sed tamen prima ſyllaba in optimo illo libro expuncta eſt. Significantur enim M. Antoninus philoſophus.& L.Verus fratres, T. Antonini Pij filij, Hadriani nepotes : hi ſunt quos toties Diuos fratres audies appellari. Vlpia. lib.2.Fideicommiſſor,[d]Si in opere ciuitatis faciẽdo aliquid relictum ſit,vnumquemq heredẽ in ſolidum teneri,diuus Marcus & Lucius Verus Proculæ reſcripſerunt. Idem à Marciano, diuus Marcus & Lucius Imperatores appellantur [e].Poſt Pium eos fuiſſe, ſignificatur à Calliſtrato libr. 3.De cognitionib. [f] Cum enim reſcripti D. Pij mentionem feciſſet.Sed diuus Marcus (inquit)cum fratre ſuo pro ſua humanitate hanc rem temperauit.Iuſtinianũ vero nõ rectè Theophilus interpretatur, cum diceret. [g] Sed & propter paupertatem excuſationẽ tribui, tam Diui fratres quam per ſe diuus Marcus reſcripſit. ex quo etiam colligitur, Marcum vnum eſſe ex fratrib. Theophilus fratres Seuerum & Antoninum interpretatur: qui, vt alio loco ſcripſimus non fratres,

c §. item is qui.eo.

d l.fideicõmiſſa.in fin. de leg.3.

e l.diuus.de ritu nup.

f l. diuus Pius. ad L. Corne. de falſis.

g §. ſed & propter. de excuſ. in inſtit.

ſed pater & filius fuerunt. Sed & alia in re eodẽ loco errat: vt paulò poſt ſcribã. Hi de quibus agimus, frequentius Antoninus & Verus appellantur: quod tã frequens eſt, vt exemplis abſtinendum ſit: his paucis exceptis, in quib. in Noricis libris eſt erratum. Papirius Iuſtus libro I. De conſtitutionib. a Imperatores Antoninus & Verus Auguſti Iulio Vero reſcripſerunt. alio loco apud Scæuolam b ſemel apud eũdem Papirum c ter in his nominib. eſt erratum. Sed & aliis locis, vt his, Haloander pro Antonino & Vero, Antoninum & Seuerum, aut Verum, vel Seuerum & Antoninum ſcripſit, d item ſub titulo De fideicommiſſariis libertatib. 30. Cap.[e] ſimilem huic noſtro errorem fecit, dum ſcribit, Extat reſcriptum Diuor. Marci & Seueri, cum Florentiæ ſit Veri. Eſt quoque Florentiæ vt hoc loco erratum, 8. Cap. De legationib.[f] & 13. vel 15. potius De ſeruitutib. prædiorum vrbanor.[g] vtroque enim loco ſcriptum eſt, Imperatores Antoninus & Seuerus Auguſti reſcripſerunt. neque expuncta prima ſyllaba Seueri eſt. quin potius eadem ſyllaba ab imperito emendatore addita eſt 30. Cap. De rebus auctoritate iudicis poſſidendis.[h] illud neſcio an recte ſcriptum ſit primo capite De liberis exhibendis[i] D. Pius decreuit. & à Marco, & à Seuero reſcriptum eſt. Sed opinor recte, vt diuerſa reſcripta intelligamus, Marci, & Seueri. Neque enim Budęus audiendus eſt,[k] qui M. Antonini fratrem nõ ſolum Verum, ſed & Seuerum, & Commodum, & Antoninum appellari in iure putat. Nam Seuerum Antonini Magni patrem fuiſſe conſtat. Ita enim Vlpianus ſcribit libr. 33. ad Sabinum:[l] Cum hic ſtatus eſſet donationum inter virum & vxorem, quem antea retulimus, Imperator noſter Antoninus Auguſtus ante exceſſum Diui Seueri patris ſui, oratione in Senatu habita, auctor fuit in Senatu cenſendi, & cetera. Antoninus autem hic magnus cognomine dicitur, vt antea ſcripſimus. Marcianus libr. 2. Publicor. iudicior.[m] D. Seueri & Antonini Magni reſcriptum eſt, ne quis abſens puniatur. Imperium autem hic Seuerus tenuit & ſolus, & cum Antonino Magno filio: quamuis Haloander in Conſulum indice eos ſemper coniunxerit, quod vel multis Modeſtini capitib.[n] non recte factum

a l. vlt. ad S. C. Turp. l. 3. de lege Iulia. de annona.
b l. conſtitutionib. ad municip.
c l. vlt. eod.
d l. vltim. de adm. rer. ad ciu. per.
e l. cũ quaſi §. ſi alter. de fideicom. li.
f l. Paulus. de legatio.
g l. Impp. de ſer. præ. vrb.
h l. Imperatores. de pri. ere.
i l. j. in pri. de lib. exhi.
k Bud. l. ſi in aliam. de of. Pro. l. ſi adulterium. §. Imp. ad L. Iul. de adulr.
l l. cum hic ſtatus. in pri. de don. int. vi. & vx.
m l. j. de requirendis.
n l. 1. 2. 6. & 10. de excuſ.

ctum probari poteſt.Horũ mentio fit apud Vlpianum, Imperator, inquit,[a] Antoninus cum Diuo Seuero reſcripſit, ad libellum exceptoris.& alio loco,[b] & ita Imperator Antoninus cum Diuo Seuero ſcripſit. Scribit autem id Vlpianus, viuo Antonino, Seuero iã inter diuos relato.neq; enim aliis id pręnomen additur,vt Herodianus ſcribit. Frequentius tamen hi Seuerus & Antoninus appellantur, vt hoc ipſo tractatu de Excuſationib.multis capitib.[c] item Imperator noſter cum patre, hoc ipſo capite,quod ex 11.De muneribus[d] antea interpretati ſumus:& cap.9.beneficio Seueri & Imperatoris noſtri.Diximus enim antea,horum tempore omnes ferè iuriſconſultos fuiſſe.Ad Commõdum veniamus,qui Marci non frater ſed filius,fuit, qui cũ patre imperium tenuit, eiq; ſuperſtes ſolus.Papinianus lib. 36. Quæſtionum,[e] cum tria diuor. fratrum reſcripta retuliſſet addit: Imperator Marcus Antoninus,& Commodus filius reſcripſerunt,Si maritus, & cætera.Calliſtratus.lib.5.De cognitionib.[f] Officium tutorum curatorib. conſtitutis finem accepit:idque etiam diuus Marcus cum filio ſuo Commodo reſcripſit.Sub hoc ipſo etiam titulo Cap.15. mentio fit Marci & Commodi conſtitutionis: Paulus autem libros duos ſingulares ſcripſit ad orationẽ Diui Seueri,& ad orationem diui Marci,ex illo ſunt quędam ſub tit.De rebus eor.qui ſub tutela vel cura ſunt,[g] ſub quo eiuſdem orationis verba referuntur.[h] De eadem intelligendus eſt titulus 31. libri 2. Sententiarum eiuſdem. Altera M. Antonini & Commodi fuit, quam Vlpianus refert libro 3. ad l. Iuliam & Papiam.[i] Oratio, inquit Imperatorum Antonini & Commodi,quę quaſdam nuptias in perſonam ſenatorum inhibuit, de ſpõſalib. nihil locuta eſt. & 61. Caput de ritu nuptiar.[k] ita ſcriptum eſt: Paulus libr.ſingulari ad orationem Diui Antonini & Commodi.Si quis tutor quidem nõ ſit,periculũ tamen tutelę ad eum pertineat,an ſententia orationis contineatur? eadem oratio Diui Marci dicitur à Tryphonino 68. capite,[l] & à Paulo 16.[m] Quamobrem emendanda eſt 20.capitis[n] inſcriptio,ne Florentiæ quidem recte ſcripta, hæc enim eſt Paulus lib.ſingulari ad orationem Diui Seueri & Cõmodi. & Diui Marci ſcri-

a l.ſed addes. in fine. loc.
b l.ſi quis domum. in pri. eo.
c d.l.2. 4.8. 10. 13.25.de exce.
d l.vt gradatim. de mu. & hon.
e l.ſi adulteriũ. cum inceſtu. §. Imperator. de adul.
f l. a tutori. de adm. tu.
g l. 2.& 4.ſi fundus. de reb.eor.
h l.j.eo.
i l.oratio.de ſponſa.
k l.ſi quis.tutor.in pri. de ritu nupt.
l l.non ſolũ. §. ſed videamus.eo.
m l. oratione.eo.
n l.ſciẽdum.

bédum,aut Antonini, vt 61. Nostra itaq; his de reb.opinio est, vt ex eor. tempor. historicis, & iurisconsulto vsu accepi:non alium in nostris libris Commodum appellari,præter Marci filium: neq; Seuerũ, præter Antonini Magni patrem:neq; Verum,præter fratrem Marc & cũ Antoninus & Verus dicitur, hos fratres significari:cum Seuerus & Antoninus, patrem & filiũ. Antoninos multos fuisse constat: Titium Antoninũ Pium Hadriani filium, Marci patrem: M. Antoninũ philosophi eius filium,Commodi patrem: Antoninũ Seueri filium Magnum, quem Caracallam appellant, à quo Papinianus interfectus est.Huius quoq; filius vsurpatus Heliogabalus Antoninus appellatus est,prodigiosę turpitudinis: cui Alexãder,non malus Imperator, creditus quoq Antonini Magni filius, successit.Hæc sunt quæ non solum ab Accursianis ignorantur, sed elegantiores interpretes fugerunt.Apta autem huic loco esse duximus,librarij vetustissimi errore ducti, qui à Florentinis libri sublatus est, in Accursianis diu mansit: & quoniã Modestinus tam sæpè hor.Imperator. meminerit. Nunc ad nostras operas reuertamur.

„ *De rusticis, tenuibus, & illiteratis hominib*
„ *Paulus ita scribit: Mediocritas & rusticitas in-*
„ *terdum excusationem præbent, secundum epistu-*
„ *las Diuorum Hadriani & Antonini.*

Hæc Pauli verba latinè scripta sunt,& quæ postea dicentur ad 8.caput.Mediocritas autem à Paulo tenue patrimonium appellatur. sic Cap. 15.[a] ὁ μέτριος pauper appellatur.& constit.1.de desertorib. mediocris loci ingenuus, quod Accursium non fefellit. Modestinus ταπεινοὺς appellare videtur, quos viles & nullius pretij hõmines dicere possis:sed hoc loco pauperes significantur.Deinde Paulus ait,

a l.spadoné. §. est autẽ. e.

l.prima.C.de desetto. lib. xij.vbi Accu.

Eius qui se neget litteras scire,excusatio accipi non debet, si modo non sit expers negotiorum.

Contra Iustinianus dicere videtur. [b] Similiter eos, inquit,

b §.similiter insti.eo.

inquit,qui litteras nesciunt,esse excusandos Diuus Pius rescripsit:quamuis & imperiti litterarum possint ad administrationem negotioru͂ sufficere. Sed æquius est, vt secundum Pauli sente͂tiam rescriptum D. Pij intelligatur, vt negotior. expertes illiterati excusentur, non qui aliorum negotia, aut sua recte administrasse cognoscu͂tur. Additur hoc loco in Florentinis Pandectis Vlpiani sententia,quæ vulgò, vt debuit, in aliud caput separata est. Id autem erroris genus in illis libris aliquot locis reperimus. verba Vlpiani sunt hæc,

Vlpianus libro singulari excusationu͂. Paupertas sanè dat excusationem,si quis imparem se oneri iniuncto posit probare:idque Diuor. fratrum rescripto continetur. l. paupertas. de excu.

Eadem verba sunt in Institutionib. Iustiniani. [a] que͂ locum Theophilus non recte vertit. Existimat enim is illa verba (si quis imparem) ad ea quæ de aduersa valetudine postea dicuntur, pertinere, non ad paupertatem ex quo loco cognosci potest, quod nos in multis Digestor.locis animaduertimus libro 1.nostrar. Emendationum interpunctiones iam tunc errandi causam dedisse. a §. sed & propter. eo.

SEquitur octauum cap. quo de militum excusatione tractatur: in quo velim PERNOTE attendas: iurene an iniuria à vulgari Modestini interpretatione discesserim. Eiusmodi enim res tractantur, quæ à nostror. temporum vsu,& vulgari hominum eruditione alienæ sunt. Quæ nos timide aggredimur: aggredimur tamen propter eam maxime causam, quod hæc nolimus, vt Apollinis oracula, certa esse existimari, sed vt initium faciamus inuestigandæ veritati, quæ latere adhuc visa est, occultata barbaror. hominum veprib.obductis. Aditum itaq; aliis hoc libello patefacimus,& locum hunc expurgare cœpimus: & si non faciliore & commodiore via vsi sumus, aliis quidem certa longius promouendi, aut facilius, auctores fuimus. Hæc nos spes viget, vt de his,quæ minime nobis constant,rebus tractemus. Faciles enim existimamus nostris erratis lectores futuros, si quod ipsi no͂ proba͂t,his,quæ ipsis proba͂di auctores fui-

mus, pensauerint. & quod caput est, reprehensurum neminem existimo, quòd nullum laborem in studiosor. vtilitatem reçusauerim. Sed ad Modestinum veniendum est.

l. sed & milites. eo.

Modestinus libro tertio excusationum. Veterani, qui honestè militię tempus expleuerunt, vacationem habent à paganorum tutelis.

a l. vlt. C. de excus. vetera.

Maxima huius capitis pars ex Gordiani, constitutione declarari potest, cuius verba sunt hæc.[a] Imp Gordianus A. Celeri Veterano: Quod placuit veteranos tantummodo conueterani filiorum seu militum, & quidem vnam tutelam seu curam eodem tempore administrare compelli, eò pertinet, vt si aliis dati fuerint, intra sollemnia tempora causas excusationis ad competentē iudicem deferāt. ex quo apparet, à ceteris excusari veteranos: à commilitonis & conueterani filior. tutela vna nō excusari. honesta autē missione, aut causaria, vt vocant, (est enim honesta, vt Modestinus scribit) post expleta militiæ tempora, quæ viginti saltem annorum infrà dicuntur, qui missus est, veteranus existimatur. Hæc satis, superq; essēt hac de re scripta, nisi barbarus nobis interpres negotium fecisset, veteranos olim milites, paganos priuatos appellando: & non satis diligenter Græcis verbis lectis, in quo Politianus quoq. maximus antiquitatis amator hallucinatus est. Namq; sciendū est, in hui[9] capitis initio exesas esse aliquot litteras: quòd, si rectè memini, hęc auersa illis essent, quę in sacerdotiis desiderabamus, Hac tamen parte agnoscere potuimus οἱ παλαιστρατιῶται. antiquus interpres ἀλλὰ καὶ στρατιῶται, quod Heruagius secutus est, scriptum esse credidit. Politianus, quod esset, assequi non potuit (neq; enim id facile apparet) locum tantum, vt mancum, notauit. Nos cum omnes illas vetustatis molestias libenter tulissemus, sine vllo scrupulo id quod dixi, deprehendisse visi sumus. Pendet autem ex eo verbo totius capitis sententia, neque enim de aliis hic militib. agitur, quàm de veteranis. quos ita à Modestino appellatos nemo negauerit, nisi is sit ab omni linguæ vtriusque cognitione maxime alienus. Deinde ait,

Sed

Sed aduersus liberos eorum, qui in eisdem ordinibus militauerũt, aut quorumcumque veteranorum, intra annum post militiam exactam vacationem habent, post annum non habent.

Hæc etiam non satis integra Florentiæ sunt. Nam quod Heruagius Politianum secutus, καὶ πάντων τῶν παλαιςέρα πα τῶν edidit, nos videre non potuimus, sed solum N T ω N ante παλαι: & locus nobis angustior videbatur, quàm vt tot litteris, quot ille voluit, locus sit. itaque ἢ πάντων παλαιςέρα πάντων, scriptum fuisse putauimus. Hoc tamen pro certo affirmare non licet, vt superiora. Sed nostra cõiectura ex ceteris Modestini verbis, & Gordiani cõstitutione cepta est. Illud eius, qui ex Politiani libro descripsit, erratũ est, cuius in Basiliensi libro vestigiũ manet. Neque enim ἐντὸς μὲν ἐνιαυτοῦ ἔχουσιν ὑπὲρ δὲ ἐνιαυτὸν οὐκέτι, vt in Basileæ est, Alciati studiosus scripsit, sed ἐντὸς μὲν ἐνιαυτοῦ οὐκέτι. Florentiæ autem in optimo illo libro, & in Politiani est, ἐντὸς μὲν ἐνιαυτοῦ τοῦ ἀπὸ στρατεύσασθαι ἄφεσιν ἔχουσιν, μετὰ δὲ ἐνιαυτὸν οὐκέτι. Cur vero à tutela filiorum commilitonis, aut cõueterani post annum non excusetur, hanc addit rationem.

Fortior enim esse creditur eiusdem militiæ æqualitas, ipsor. veteranorum priuilegio.

Annum autem habere videntur etiam aduersus hos, vt ceteri, qui reipublicæ causa affuerunt.[a]

[a] l. non solũ. infrà co.

Sed hoc ita, inquit, si non alias causas habeant excusationis tutelæ, vt annorum numerum, aut quid simile, quod solet paganis aduersus omnes prodesse.

Nam veteranus, qui maior 70. annis sit, aut tres tutelas habeat, aut liberos tres Romæ, aut in prouincia quinque: etiam aduersus commilitonis filium excusatur exemplo paganorum.

Quæ de veteranorum filiis diximus, in ne-

potibus locum non habent, quippe qui nihilo à ceteris differre videntur.

Gordiani quoque constitutio de filiis scripta est: sed initiò huius capitis liberorum nomine Modestinus est vsus, non filior. vt alij credunt. Deinde ait.

Planè ignominia missi perinde habentur, ac si nunquam militassent. Quamobrem neq; ipsi habent priuilegium, neq. si eor. filiis veterani tutores dentur, tenebuntur inuiti.

Hæc multis modis ab Accursianis mendosa scribuntur. separatur enim eadē oratio in duas, quib. quid dicatur, non facile quisquā intelliget. At Græcis verbis nihil est clari⁹. Missionū, vt Macer li. 2. De re militari ait, aGenerales causæ sunt tres: honesta, causaria, ignominiosa. Honesta est quæ tēpore militiæ impleto datur. Causaria, cū quis vitio animi, vel corporis minus idoneus militiæ renūtiatur. Ignominiosa causa est, cū quis propter delictum sacramento soluitur. De honesta, huius capitis initium intelligendum est, cum dicitur Honestè militię tempus impleuerūt. Sed & causaria honesta est, vt Modestinus paulo pòst scribit. Vlpian. vero libro 6. ad edictum, [b] eas missiones ita definit, vt honesta sit, quæ emeritis stipendiis, vel antè ab Imp. indulgetur. Imperatorem autem nescio an veteri more exercitus ducem, qui fusis hostib. eo deinceps nomine à militib. appellaretur, apud Vlpianū intelligamus, vt apud Florentinum, [c] Pomponium, [d] & Iustinianum, [e] cum seruorum appellationem ex eo fluxisse dicunt, quòd imperatores captiuos seruarēt. Emerita autem stipendia, quæ Iustinianus impleta appellat, [f] vnde emeriti veterani dicti sunt. Merere autem stipendia, hi qui militant, dicuntur. [g] De aliis missionib. Vlpianus ait: Causaria est, quæ propter valetudinem laborib. militiæ solu t. ignominiosa, cum is qui mittit, addit, ignominiæ causa se mittere: quòd semper addere debeat, cur miles mittatur. De his in edicto Prætoris dicebatur. [h] infamia notatur, qui ab exercitu ignominię causa ab Imperatore eóue cui de ea re statuendi potestas, dimissus erit. quod illam quoque interpretatio

a l. milites. §. missionum. de re mili.

b l. 2. §. ignominiæ. de his qui notan.
c l. libertas. de statu ho.
d L. pupillus §. j. de ver. si.
e insti. de iure pers. §. serui. vbi Theo.
f C. de his qui non impletis stipendiis. sacra. so. sunt. lib. 10.
g l. miles. in prin. l. item miles. de re. iud.
h l. j. de his qui notan.

pretationem recipit. Itaq. ignominia missus veterani priuilegium non habet, vt à paganor. tutelis excusetur: neq. eius filius veteranus, vt deberet, si cõmilito, aut vt appellant, conueteranus esset, tutor creari potest. Ab hac sententia non longe Iacob. Harena apud Raynerium & Albericum abest. ceteri longissime.

Aliquando hi qui non explent totum militiæ tempus, vacationem habent à tutelis, vt hi qui expleuerunt. Nam qui viginti annos militauerit, similis illi est qui expleuerit militiam.

Diocletiani constitutione hoc idem scriptum est his verbis:[a] Veteranis, qui in legione vel vexillatione militantes, post vicesima stipendia honestam vel causariam missionem consecuti sunt, onerum & munerum personalium vacationem concessimus. quo loco vexillatio equitum est, legio peditum, quod à Vegetio lib. 2. de re militari traditur. Equitum, inquit, alæ nũc vexillationes vocantur, quia velis, hoc est flammeolis vtuntur. aliud genus est eorum qui legionarij vocantur, quòd legionib. iuncti sint. Pedites autem in legiones & auxilia partitur. De quib. omnib. intelligenda sunt, quæ Scotus, siue quisquis is est, de his qui sub magistris militum Orientis militabant percensuit. Itẽ constitutio 2. de hereditatib. decurionũ,[b] quę etiã in Theodosiano codice reperitur. atq. aliæ, quibus de vexillatione mẽtio fit.[c] Itaq. qui post viginti stipendia mittitur, eam vacationem habet: quod aliis quoque locis dicitur.[d] Sed videtur Modestinus hos non emeritis stipendiis dicere vacationem consequi, vt maior annor. numerus desideretur. qui nescio an aliquo loco definitus sit. Deinde scribit:

Qui vero intra id tempus missus est, non habet perpetuam tutelarum immunitatem, sed ab eis ad tempus habet, vt à ceteris ciuilib. munerib. vacationem. Etenim intra quinque annos militia missus, nullam sibi vindicabit immunitatem, post quinque vnius anni immunitatem habet, post octo biennij, triennij post duodecim, post sexdecim

quadrien

a l. veteranis. C. quando prou. non est nec. l. vlt. de his qui non imple. lib. 10.

b l. 2. C. de hereditа. decu. l. vn. de bonis militum. in C. Theo.

c l. prouincia lium. C. de eroga. mil. annon. li. 12.

d l. 2. C. de re mil. e. lib. l. j. C. de excu. vete.

quadriennij. Sed qui post viginti annos missus est, perpetuò vt dicamus vacabit.

Iure Accursiani mirantur, cur cum omnes milites reipub. causa abesse dicantur.[a] qui intra octo militiæ annos missus est, annum vacationis non habet, vt ceteri?[b] & qui postea ante duodecimum, annum tantum? & existimant, vltra eum annum hos addi, quod nescio quàm verum sit.

a l. milites. ex qui. cau. ma-io.

b l. non solum infrà. e.

Qui inter vigiles Romæ permilitauerit, vnius tantum anni vacationem habet, si honeste scilicet est missus, quod principia diximus, aut causaria (vt vocant) missione valetudinis causa: est enim etiam hæc honesta. sed qui ignominia missus est, vacationem non habet.

Septem vigilum cohortes, qui incendiis arcendis præessent, D. Augustũ constituisse Paulus scribit.[c] Permilitandi autem verbo vsi sumus, Vlpianum imitati, qui paulo post scribit. Si quis in cohortib. vrbanis permilitauit, licet ante viginti annos mittitur, tamẽ perpetuam habet à tutelis excusationem. Quod non de cohortib. præfecti vigilum intelligendum est, sed de Prætoriis. quar. cap. 9.[d] mentionem facit. quo etiam loco permilitandi verbo vtitur. Hæc autem adiectio PER perfectionem actus significat.[e] Deinde ait,

c l. j. & 3. de of. Pr. vig.

d l. si tribunus. hoc. tit.

e l. vrbana familia. §. pernoctare. de ver. sign.

Conueteranus autem esse creditur, non solum legionarius, sed & omnis, qui vbicumq. permilitauerit, si modo honeste hic quoq. missus sit. Nam legionarius eius liberis, qui inter vigiles permilitauerit, tutor esse potest.

Hæc ex Gordiani constitutione apertissima sunt.[f] Nam cum dixerimus, conueteraňi filiis veteranum tutorem dari, conueteranum inquit, non solum legionarium, hoc est qui in legionib. stipendia meruit, sed & si in vrbanis cohortib. militauerit, intelligere possumus. Scriptum autem Florentiæ est συνβετεραvὸς quod arbitror veterem interpretatum synuteranus. vnde origo ceteror. mendor. Sed & Heruagius, qui solus hæc Græce edi

f d. l. vlt. C. de excu. vet.

ce edidit, βετεραvòς scribit, idem hanc sententiam mendose edidit. Non inficior Modestinum, aut vt suspicor, & Tribonianum, obscurius hæc scripsisse. quàm opus esset, sed facile est, vt ille ait, opere in longo obrepere somnum. Male autem illi fecerunt, qui addiderunt hic multa de suo, vt illa sunt. Filior. tamen tutor creabitur: & alia, quæ Haloander non recte scripsit.

Iam vero militi minori veteranus curator dabitur, si pater eius mortuus sit scilicet, aut ipse emancipatus.

Impuberem inepte vetus interpres verterat, quod & militiæ & curatori non satis aptum erat. Ex quo illud quoq. manauit, vt impuberes militare posse credatur. in quo liceat mihi à Lælio Taurello nostro dissentire: vnius enim sententię dissensio nihil de amicitia, cõiunctioneq. nostra detraxerit. Pubertatẽ maiores nõ ætate. sed corporis habitu definierant. hoc in feminis inhonestũ visum est, in marib. ad Iustinianum est obseruatum. [a] is primus constituit marib. quatuordecim annos, vt feminis duodecim antea fuerũt. Plenam autẽ olim pubertatem appellabant id tempus, intra quod vel qui tardius pubescerent, puberes fierẽt: hoc est 18. annos. [b] intra quod tempus honestiores prætextati incedebant. [c] sumebantq. virilem togã iam puberes, & tyrones appellabantur. sic enim Plinius scribit lib. 8. Tanaquil, quæ eadẽ Caia Cæcilia dicitur, prima texuit rectã tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur, nouæq. nuptæ. quo tempore in foro aliorum causas agere poterãt, nam 17. anno minores pueritia prohiberi. Vlpianus ait. [d] Idem alio loco scripsit [e] constituisse Hadrianum, vt pueri vsq. ad 18. puellæ vsq. 14. annum alantur. Tyronum nomine Imperatores vtuntur [f] eadem significatione, pro his qui tum primũ ad causas accedebant. Quod Budæus elegãter tradit.[g] Hi etiã sunt, vt opinor, qui ad militiam adscribebantur. De quib. Vegetius libro primo ita scribit: Nunc qua ætate milites legi conueniat, exploremus. Et quidem, si antiqua consuetudo seruanda est, incipientem pubertatem ad delectum co-

a l. vlti. C. quando tutores, vel cur. esse desi. in prin. inst. quib. mod. tut. fin.
b l. adrogato. de ado. Theoph. §. minorẽ. eo. titu. Paulus lib. 3. senten. tit. de test.
c inst. de iniur. §. j. l. 3. in fine. de liber. exhib.
d l. j. §. pueritiam. de postu. §. vlti. inst. quib. ex cau. ma. non li.
e l. Mela. in prin. de alimen. vel cib. leg.
f l. prouidendũ. C. de postula. l. restituendæ. l. per hanc. de ad. uoca diu. iudicior.
g Bud. l. vlt. de sen. l. vlt. de æd. ed. l. sed & si. de iure fisci.

gendam nullus ignorat. Quod ab eo dictum esse, non quòd impuberes scriberentur, sed quòd grandiores natu, ex his verbis quæ sequuntur, apparet. Non enim, inquit, tantum celerius, sed etiam perfectius imbibuntur, quæ discuntur à pueris & postea: Melius enim est vt exercitatus iuuenis causetur ætatem nondum aduenisse pugnandi, quam doleat præterisse. quæ verba nonnihil etiam ad pubertatem addi significant. Hunc Vegetij locum non videram, cum ad Lælium meum ea epistula, quam cum Galli & Catonis doctissimis interpretationib. edidit, scripseram, existimare me. 17. anno minores neq. militare, neq. inermes militias habere potuisse. De illis enim militiis apud Scæuolam scriptum est.[a] Sempronio alumno meo illud & illud, & cum per ætatem licebit, militiam illam cum introitu comparari volo. Nostram quoq. opinionem C. Gracchi lex apud Plutarchum confirmat: quod alij animaduerterunt. Sed Lælius Iustiniani constitutionem [b] sequitur qua veteres leges fuisse dicitur, quib. pupillis tribunis militum testamentum facere permittebatur: quod indignum visum est Iustiniano. Ex hac constitutione non milites solum, sed & tribunos impuberes factos constat. Hoc ego factum esse negare non possum, sed Imperator. libidine factum aduersus militarem disciplinam affirmare audeo. Non quòd omnibus liceret eius ætatis non milites solum, sed tribunos esse: sed quòd soluerent aliquos legibus, vt erant ipsi nonnunquam dissoluti, quod imperio Romano finem dedit. Nec me mouet, quod Liuius lib. 27. scribit M. Cornelium Cethegum. P. Sempronium Tuditanum censores ærarios fecisse eos, qui initio secũdi belli Punici sexdecim annos nati fuerant, neq. militauerant. Id enim à Liuio scribitur hoc decem annos, quàm initium ei bello factum est, Q. Fabio Max. v. Q. Fuluio Flacco IV. consulib. meritò illi notati sunt qui cum 26. annis maiores essent, non militassent in tanta rerum perturbatione. Hæc sunt quæ mihi hac de re videantur: in quib vt in ceteris, falli possumus illud dubitandum ab Accursianis non erat. quamquam ipsos de alieno peccato appellamus, hic de impubere, an de minore ageretur, cum de curatore verba fiant. sed interpret-

a l. his verbis. §. alumno. de leg. 3.

b l. vlt. C. de testa. mil.

interpretis in ἀφήλικος nomine vertendo ignoratio. eos turbat, de qua Cap.2.diximus. Addendum autem huic Modestini sententiæ est, si minores ipsi curatorem velint, neq. enim inuitis datur. [a] Deinde scribit,

Quarum omnium rerum testes sunt principum constitutiones. Vlpianus vero ita scribit.

Vlpiani verba Latinis scripta sunt.

Sed ignominia missi, ab vrbicis planè tutelis excusabuntur: quia ingredi eis vrbem non licet.

Addunt Macer & Vlpianus, non posse eum, vbi Imperator est, esse. [b]

Planè (inquit Vlpianus) si quis in cohortib. vrbanis permilitauit, licet ante viginti annos mittitur, tamē perpetuā habet à tutelis excusationem.

Nescio an hæ sint, quas Prætorias cohortes deinde appellat. [c] Postea Modestinus Græcè ait,

Quæsitum est vtrum vnam semel tutelam veterani suscipiūt, an eodem tempore solam vnam, qua finita aliam rursus capiant? Sed vt in paganis finitæ non proderunt his qui eas habuerunt, neq. inter tres tutelas numerabuntur, sic in veteranis non prodest tutores fuisse.

Diximus ea Gordiani constitutione, [d] veteranos conueterani seu commilitonis filiorum vnam tantum tutelam seu curam administrare compelli. quæsitum est, an satis est, si postquàm militia redit, vnam veterani tutelam habuit: an ea finita possit ab aliis excusari: an vero id ita intelligendum est, vt numquam duas simul gerere compellatur? Et Gordiani constitutione, vt eodem tempore non compellatur, cautum est: quod etiam Modestinus probat, exemplo paganor. quib. tria onera tutelarum tum excusationem præbent, cum

a in prin. instit. de curat.

b l.2.§.miles. de his qui notā. l. milites. §. missio nū. de re milita.

c l. si tribunus. infrà hoc tit.

d l. vlti. C de excu. vet.

geruntur.nam Seueri & Antonini cõſtitutionem reti
a l. ij. ſuprà eod. vn. C. a num.tu.e.
limus, a qua ne ratio quidem tutelæ,quæ geſta eſt, red
denda excuſat. Itaq.ad plures non eodem tempore tu
telas veterani,aut militis filior.creari veteranus poteſ
ſed ſingulas ſolum gerere compellitur. Hæc quantam
difficultatem interpreti,ceteriq.fecerint,quibuſq.men
dis Modeſtinus & Accurſius immeritò fœdati ſint
pudet referre. Caput tantum omnium malorum ape
riam, idq. eſſe exiſtimo, quod cum Florentiæ ἀλλαστι
ſcriptũ ſit,nulla apoſtrophes nota,aut ſeparationis ver
borum, barbarus interpres ALITER vertit:quod ceter
ſequuntur. differentiam inter milites & paganos, qua
nulla eſt, conſtituentes. Haloander melius SICVTI
ſcripſit,cetera barbare. Quod poſtea ſequitur, vnius lit
teræ adiectione maxime mendoſum eſt. Sic enim ait.

Quod etiam eſt in curis conſtitutum, vt ex ſacra Seueri & Antonini conſtitutione conſtat.

Ipſi non CVRIS, ſed CVRIIS ſcribunt. illud apertum eſt,

Nihil intereſt, quam ob cauſam egeant commilitonis liberi tutore vel curatore, quod emencipati ſint, an quòd pater mortuus ſit.

Declarant autem hæc verba, ea quæ huius capitis initio exeſa eſſe dicebamus: & ad Gordiani conſtitutionem pertinent. illud magnam habet difficultatem, quod ſequitur:

Primipilares ex Imperatorum cõſtitutionibus à ceteris tutelis excuſantur, præter primipilaris filiorum tutelas. Hi vero primipilares eſſe cenſentur, qui primipilo functi ſunt. Quod ſi antè moriantur, quàm peregerint, horum liberis primilaris tutor non erit.

Quid primipilus ſit,eiuſq.centurio magna cõtrouerſia eſt.nã illud non dubito,quin primipilaris, aut vt alij dicunt

dicunt, primipilarius, is diceretur, qui centurio primipili fuisset. Hunc quidem principio primum centurionem, appellatum, Liuius libro septimo scribit. idem libro. 8. primipilum appellat, & centurionem, & tertiam peditum partem. Namque pedites in hastatos, principes (à quib. principia dicta sunt) [a] & triarios diuidit. Hos postremos trib. vexillis constare ait. Nam sub signis, inquit, quindecim ordines locabantur. ex quib. ordo vnusquisque tres partes habebat, earum vnam quamq. primum pilum vocabant, tribus ex vexillis constabat, vexillum 184. homines erant. Primum vexillum triarios ducebat, veteranum militem spectatæ virtutis: secundum rorarios, tertiũ accensos. Hæc Liuius. Vegetias verò ait: [b] Vetus consuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis promoueretur centurio primipili, qui non solum aquilæ præerat, verum etiam quatuor centurias, hoc est 400. milites in prima acie gubernabat. hic tanquam caput totius legionis merita consequebatur, & commoda. & alio loco: [c] Primipili centurio postquam in orbem omnes cohortes per diuersas administrauerit scholas, in prima cohorte ad hãc peruenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda cõsequitur, sicut Primicerius in officio Præfector. Prætorio ad honestum, quæstuosúmq. militiæ peruenit gradum. Ex cuius verbis intelligo, eum in prima cohorte fuisse vniuscuiusq. legionis, in qua idem ait [d] aquilam esse, & principum imagines. Nemo autem ignorat, in decem cohortes legionem diuidi. in numero vero militum & legionis & cohortium variatum est, & si Vegetius peditum sex milia & centum, equites 726 cõstituat, multo tamen minores Liuius refert. Huic centurioni annonã commissam Alciatus noster existimat, Græcum iureconsultum secutus. [e] Pyrrhus stipendia, qui tamen non male Vegetium his verbis vti alio loco refert: [f] Illud ab antiquis constitutum est, vt ex donatiuo, quod milites consequuntur, dimidia pars sequestraretur apud signa, & ibidem ipsis militib. seruaretur. & cum publica sustentarentur annona, ita augebatur eor. castrense peculiũ, milésq. quòd sciret sumptus suos apud signa depositos, de deserendo nihil cogitabat. Ille tamen scru-

a l. j. C. de vetera. lib. 12. l. vlt. §. si qua. & seq. C. de ero. mil. anno. e. lib.

b Veget. li. 2. cap. 5. de re militari.

c cap. 21.

d cap. 6.

e Alc. C. de primipilo. li. 12. vbi Pyrrhus.

f Pyr. lib. 3. de offic. militarib. Veget. li. ij. ca. 20.

pulus hic est, quod ibidem dicitur, eam rationem apu signiferos seruari. Annonam vero idem ait,[a] curæ pra fecto legionis fuisse vt arma, equi, vestes. Sed siue an nona, siue militum pecunia, aut publica, apud cēturic nem primipili seruabatur eius bona fisco Cæsaris ol noxia tenebantur, vt multis constitutionibus sub titul de primipilo & de cohortalib. princip. cornicularriis, a primipilariis, atq; aliis [b] scriptum est: Sic intelligendu est, quod Papinianus scribit, [c] Pater inter filios faculta tib. diuisis, filiam ex ratione primipili commodor. tr centos aureos accipere voluit. Primipilarium quoq; n vno in loco in Pandectis mentio fit.[d] Hi autem sunt, Modestinus scribit, qui primipilo functi sunt. sic etia Consulares appellantur, qui Consules Prætorij, qui Pr tores fuerunt.[e] in quo Accursius errare solet, fvt hic in terpres vetus, qui cum x. cap. recte vertisset, qui primi pilum expleuit, hic, qui exercet, scripsit. Primipilum au tem variis modis Accursiani & Pontificij interpretan tur, quæ non ita otiosi sumus, vel potius inepti, vt refe ramus.

NONVM Caput Latinis scriptum est his ver bis.

» *Vlpianus libro singulari de officio Prætoris tu*
» *telaris. Si tribunus in cohortib. Prætorijs permi*
» *litauerit, etiam collegar. filior. tutela excusabi*
» *tur, beneficio Diui Seueri & Imperatoris nostri*

Quænam hæ Prætoriæ cohortes sint, non facile di xerim. Vrbanas quidem esse existimo, de quibus ante Vlpiani verba retulimus, nisi fortè, quod à doctiss. vir accepi, placeat cohortes Prætorias eas intelligere, quæ Prætoribus suis non discedebant, cetero militari mune re immunes, vt Sex. Pompeius scribit.

DECIMVM Græcum caput huius sententia est.

Modestinus libr. tertio excusationum: Non so lũ primipilares, qui in caligatis militijs, aut alij permilitauerunt, sed qui quomodocumq; Reipub Romanæ causa affuerunt, postea quam fuerũt re-

uersi

a cap. 9.

b l. officiales. l. quisquis eméfis. in fin. C. de epis. & cler. l. j. C. de condic. ex lege. l. 4. C. in qui. cau. pig. l. j. C. de priui. fisci. l si nõ verũ. C. de donatio. in. vir. l. si tutores. C. de cõ. pen. l. vlt. C. de filiis off. mil.
c l. pater de adimen. leg.
d l. pater. §. Iulius. de leg. 3 l. vl. §. patrimonior. de mun. & hon.
e l. j. C. de digni. li. xij. l. j. C. de Coss. eo. l. j. l. vl. C. de decur. li. x.
f d. l. vlti. & d. l. j. de dig. l. si tribunus. de excu. l. nõ solũ. eo.

uersi,anni habent vacationem.

Caliga militare calciamentum,ex qua C.Cæsar Germanici filius,Caligulæ cognomen puer induit,vt Tacitus & Tranquillus scribunt.erat autem gregarij militis: sic enim viliores appellantur. [a] quamobrem caligati milites dicuntur, qui in armata militia officium militare non habent. [b] & hoc Iustinianus scribit Nouella 74. [c] quæ barbarè ita versa est, neque enim Græca extat:Sed neq.agricolas,aut milites armatos,quos lex caligatos appellat,hoc est viliores & obscuriores,perscrutamur, quib. ciuilium causar. ignorantia est.quod Accursius quoq.refert.Sed hæc ad primipilárem mihi non pertinere videntur,quem antea legionis principem esse dicebamus. Quamobrem vereor, ne in Palatinis quoque officiis primipilo locus esset, vt caligata militia hoc loco armatam significet.Nam armatam ad illarum differentiam dici, alio loco scripsimus. [d] hac tamen in re dubito. Illud certum est,non solum primipilares,sed & omnes qui quomodocumq. reip,causa absint, legati puta,aut prouinciar.præsides, aut milites, annum deinde ab omni tutela vacant. & cum Modestino Iustinianus facit lib.1. Institutionum,ita enim scrbiit: Item qui reipublicæ causa absunt, à tutela vel cura excusantur. Sed & si fuerint tutores vel curatores dati, deinde reipublicæ causa abesse cœperint, à tutela vel cura excusantur, quatenus reip. causa absunt, & interea curator loco eorum datur. qui si reuersi fuerint, recipiunt onus tutelæ. nam nec anni habent vacationem, vt Papinianus lib.5. Responsor.scripsit. nam hoc spatium habent ad nouas tutelas vocati. His Iustiniani verbis reliqua quæ Modestinus scribit,aperta sunt.Sic enim ait,

Annus tamen hic non tantum his qui consuetum militiæ tēpus impleuerunt,in reliquis publicis munerib.datur,sed & his qui quomodocūque reipublicæ causa abesse desierunt,& si minus temporis consumpserint constituto.

Est tamen hoc loco Florentinus liber vna littera, ni fallor, emendandus, Basiliensis pluribus: vt scribatur,

a l.vlt. C. de milita. vest. lib.12.
b l.ij. in pri. de his qui notan. l.à caligato. C. de nup.l.de militi. de cust. & exhi.reo.l. omne delictū.§. exploratores.de re mili.
c aut. quib. mo.na.ef. le. §.quisquis.
d in epistu. ad Lælium. de militiis. ar.l.j. C. nego. ne militent.lib.12.
e §.item qui reipub. insti. eo.

παυσαμένεις τῆς δημοσίας χρείας.

Ceterum quas tutelas antea gerebant, & o id reliquerunt, quòd reipublicę causa abibant, ea reuersi statim suscipiēt. neq; ei annus proderit qu ad futuras nouasque tutelas datur, non ad ea quas recipere debent.

... ex Iustiniani verbis manifesta sunt. Deinde ai

Atq; hic annus continuor. dierū accipiēdus est ex quo vel reuersus est, vel reuerti debuit rect via redeūdo non si circuitione vsus sit. Etiā hi qu testamento tutores dati sunt, iure excusabunt se gubernatione earū rer. quę in alia prouincia sun vt infra scripta Seueri constitutione manifestum est. Diui Seuerus & Antoninus Augusti, Valerio "Testamento tutor datus ante præfinitum diem a "dire debuisti, & postulare, vt ab administration „rerum quæ in alia prouincia erant, liberareris.

Hæc constitutio Latinè scripta est, qua præsidis pro uincię mentio non fit, vt vulgo creditur: neq; id Dinus aut Albericus habuerunt. Sed intelligere oportet iudi cem competentem, quod illis placet. Deinde ait,

Qui primipilo functus est, si cùm vnius pupill tutelam suscepisset, rursus ad militaria munera adsumptus sit, deponet onus tutelæ.

Florentiæ est καὶ ἑνὸς παιδίου expuncto primo verbo quod antiquus interpres non vidit: vnde & vnius filij aut filium, cæteri scribunt. Nos τὸ παιδίον pupillam vertimus neque enim interest. Est autem id Græcum verbum sub titul De verbor. significatione restituendum. a Sed hæc alio loco.

a l. illa verba. de verb. sign.

Similiter (inquit) in illius quoque tutoris locum quem postea adsessorem quis secum duxerit, curator dabitur, vt ait Diui Seueri constitutio. Quā qui recte ad omnia similia capita producet, curator

curatorem dari dicet in eorum locum, qui ad tempus vacationem habent.

Idem Iustinianus scribit: [a] loco tutorum qui non in perpetuum, sed ad tempus à tutela excusantur, solēt curatores dari. Adsessorem appellaui, quē Græcè συγκάθεδρον appellat, antiquus interpres collegam. Collegarum enim appellatione hi cōtinentur, qui sunt eiusdem potestatis: [b] hoc est dignitate pares. neque facile alium secum ducere dicetur, cum eandem potestatem habeat. Quamobrem adsessorem interpretatus sum: quo verbo minorem iudicem significamus. Hos in consiliis adhibere solebant, [c] & his causas delegare. quos nescio an aliquando pedaneos appellatos putemus, à quor. ordine nihil differre dicuntur. Nou. 60 [d] quamuis pedaneos datos, aut delegatos iudices significare existimē ad vnam atque alteram causam, adsessores perpetuò suis Præsidib. seruire quib. causæ partem cōmitti Iustinianus permittit, illis totam. [e] Sed vtcunque se res habeat, eius loco quem quis in prouinciam secum duxit, siue eum adsessorem, siue cōsiliarium, aut collegam appellemus, curator dandus est. non tutor. tutorem enim habēti tutor non datur. [f] Quod sequitur: non melius versum est.

Si minor liber⁹ à patrono tutor liberis suis dabitur, vel etiam alius, qui minor 25. annis sit, dum minor est, nō grauatur: interim tamē alius curator creabitur. Similiter si legitim⁹ tutor minor sit nā q; in huius quoq; locum interea curator dabitur.

Sæpe diximus, errasse interpretem in ἀφήλικος nomine: sed vno hoc loco ter errat, impuberem minorem 25. annis appellans, quòd fecit, vt multi puberem scribant minus quidem male, sed male tamen. Illud rectè Accursius ait, Iustiniani constitutione [g] minores non excusari, sed prohiberi tutelam, aut curam suscipere.

Si quis non ita ægrotet, vt oporteat tutela omnino vacare, in eius locum curator datur. Postea vero quàm cōualuerit, tutelam suscipiet. cui similis est, qui in furorem inciderit. & Vlpianus ita

[a] §. interdū insti. de curato.

[b] l. collegæ. de verb. sig.

[c] l. penul. & vlti. de off. adsessor. l j. C. eo. atque aliis.

[d] authent. vt de fun. seu fun §. illud.

[e] Noue. 82. aut. de iudicib. §. iudices vide interpretes Pauli. l. 5. Sentent. tit. ad L. Iul. repet. Alci. libro j. c. 41. parer.

[f] d. §. interdum. instit. de cura.

[g] l. vl. C. de legi. tut. inst. de excus. §. item maior.

ſcribit: Aduerſa quoq; valetudo excuſat, ſed ea quæ impedimento eſt, quominus quis ſuis rebus ſupereſſe poßit, vt Imperator noſter cum patre reſcripſit.

Hęc Vlpiani verba latinè ſcripta ſunt,& extant in Iuſtiniani inſtitutionib.a hoc autē ſcriptum Seueri & Antonini eſſe dubitandum non eſt, vt ſuprà ſcripſimus.

a §. itē propter aduerſam. inſt.eo.

PAulus libro ſingulari de excuſatione tutorū. *Et non tantum ne incipiant, ſed & cœpta excuſari debent.*

l.& non tantum.eo.

Hæc verba 11.capitis ſunt,& vt retuli ſcribenda.

MOdeſtinus libro 3.Excuſationum.Idem Vlpianus ſcribit. *Sed in hoc reſcripto adiectum eſt, ſolere vel ad tempus, vel in perpetuum excuſari, prout valetudo, qua adficitur. Furor autem non in totum excuſat, ſed efficit vt curator interim detur.*

l. idem Vlpianus.eo.

Hæc verba ita ſcripta ſunt initio 12.capitis. Credendum eſt ea à Triboniano ita poſita, ne quis latina verba Modeſtini eſſe exiſtimaret. ſunt autem, quæ ſequuntur, Græca.

Sunt alij, qui quamuis ſint iam tutores aut curatores, in perpetuum deinceps onere liberantur. Vt qui domicilium aliò mutare ex Imperatoris reſcripto conſecuti ſunt: ſi modo princeps norit eos tutores eſſe, & aperte mutationem domicilij concedat, & vtrumq; literis ſignificet.

Alterutrum pro vtroq; barbarus vertit, aduerſus Modeſtini ſententiam.

NVnc ad 13. caput venio, quo de tempore intra quod excuſatio allegatur, dicendum eſt. In quo non multa difficilia ſunt.

l. ſcire oportet.eod.

Idem libro quarto Excuſationum. Scire oportet, neq. creatos tutores, neq. teſtamento datos prouo-

prouocandi necesſitatem habere, vt ex conſtitutione Diuorum Seueri & Antonini apparet.

Ex hoc capite ſumptum eſt quod Iuſtinianus ait: [a] Qui excuſare ſe volunt, non appellant, ſed intra quinquaginta dies cõtinuos, ex quo cognouerint ſe eſſe tutores vel curatores datos, ſe excuſare debent, cuiuſcũq; generis ſint, id eſt qualitercumque dati fuerint tutores, ſi intra centeſimum lapidem ſunt ab eo loco, vbi tutores dati ſunt. Addit Modeſtinus,

Quod etiam obſeruari conuenit in creatis curatorib. Nam valde ſunt pauca ea in quib. curatores à tutorib. differant. Sanè à ſententijs, quæ eis excuſationes auferunt, prouocare licet.

Sic intelligẽdum eſt, quod Cap. 4. dicebatur: [b] Si quis à tertiæ tutelæ onere appellaſſet, & quarta deferretur, expectandum eſſe, quo ad iudicatum eſſet de tertia. vt appellatio non à delatione tutelæ ſit, ſed ob excuſationem, quæ accepta non eſt.

Multa vero obſeruare oportet tutores, vel curatores, vt cauſas excuſationis allegare permittantur. Nam debent intra tempora conſtituta ad iudicem accedere: & conſtituta ſunt hæc. Qui in vrbe eſt in qua creatur, aut intra centeſimum ab vrbe miliarium, intra quinquaginta dies excuſatur. poſtea vero non permittitur ei ſe excuſare, ſed oneri obligatus eſt. Et cum nihil horum fecerit, in eadem erit cauſa, ac ſi ſuo periculo id contemnere viſus eſſet. nulla enim ei relinquetur ad excuſationem via.

Reliquit hoc loco Politianus integrum verſiculum, & μὴ ποῖκ πεφάνθη ſcripſit, quod in eo quoq; exemplo, quod ad Alciatum allatum eſt, à quo Heruagius habuit, ſcriptum fuiſſe ſcimus. Quamobrem in Baſilienſi libro eſt, μὴ ποιήσῃ πεφάνθη Florentiæ vero, μὴ ποιήσῃ, ἔσαι ἐν τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ, ἐν ᾗ ἦν εἰ ἀπεφάνθη. Miran-

[a] §. qui autẽ excuſare. inſti. eod.

[b] l. diximus ſuprà eo.

dum non est, tantum virum, quantus ille fuit, in eiusmodi errorem lapsum esse. Nihil enim est homini magis proprium, quàm errare ac falli. a Vt enim vigilantissimus & diligentissimus quacumque in re fueris, tamen te hominem esse, in illis ipsis acuratissimis cogitatis tuis facile cognosces: & hanc veniam petimus, damusque vicissim. Sed ad Modestinum redeo.

a l. 2. §. si quid autem. & §. sed quid C. de vet. iur. enu.

Qui vero vltra centum milia ab vrbe abest, vicenis milib. in singulos dies enumeratis, ex quo se creatum cognouerit, namq; oportet certiorem à magistratib. fieri, aut coram, aut domi suæ, alios deinde triginta dies ad allegandam excusationem habet.

Hoc Iustinianus ita scribit: b Si vero vltra centesimum lapidem habitant, dinumeratione facta viginti milium diurnor. & amplius triginta dierum. qui tamen, vt Scæuola dicebat, sic debent computari, ne minus sint quàm quinquaginta dies. De Scæuolæ sententia multa Theophilus ex hoc capite, quo plurib. hoc ipsum declaratur. Illud itaq; dictum à Modestino & Iustiniano est, vt si intra centum miliaria habitet, intra quinquaginta dies se excuset, si vltra itineri in vicena milia singuli dies ei dentur, excusationi postea dies triginta. Quæ paulò pòst à Modestino declarantur. Idem ait,

b d. §. qui autem. inst. eo.

Et hoc ad eos quoq; pertinet qui testamēto dati sunt, siue tutores sint, siue curatores, quos curatores à Præside confirmari consuetum est.

Hoc ipsum dictum fuerat sub titulo De confirmando tutore ex libro 6. Excusationum: c Non posse curatores testamento dari, sed datos confirmari solere.

c l. j. in fi. de conf. tuto.

Illud vero inuenimus ex Marci legislatione, quæstione dignum. Nam cum ei qui in ipsa vrbe est, in qua creatur, aut intra cētum milia, legislator tempus quinquaginta dier. dederit, ei vero qui vltra centum milia habitat, vicena milia in singulos

gulos dies numerari iußit, & amplius alios triginta dies ad se excusandum præbuit : euenit hinc, vt si quis ad centesimum miliare habitat, tempus habeat octo & triginta dier. Octo enim dies ob centum & sexaginta milia competunt, numerantis in singulos dies milib. viginti, triginta deinde dies ad se excusandum dantur. Itaq. peiori conditione est qui longius habitat, eo qui intra centum milia est, aut in ipsa vrbe: siquidem his quinquaginta semper dierum tempus est, illis pauciorum.

Iure hac de re dubitandum est, neq; adhuc effectum, ne non peior sit error. conditio: & si ita Marci constitutio interpretata sit, vt omnib. quinquaginta dies dentur, illis plures qui vltra quadringenta milia habitant. Peiori autem conditione sunt, quòd ad se excusandum alteri quinquaginta omnes dies habent, hi vero ad iter multos dies, ad excusationem proponendam triginta, & si longissime abessent. Sed sequutus fortasse D. Marcus est, quod alteri in aliena patria huic vni negotio vacantes, aut etiam aliis non multis, satis laxam diem habebant: alteris plures dies dati sunt, quòd in patria reb. & negotiis familiarib. occupati, facile impediri possent, ne se intra tempus excusarent. Sed hæc ad vtrumq. tempus respiciunt, & constitutionis & eius interpretationis. Quæstio ea fuerat, quod viderentur quinquaginta dies his solum dati, qui intra centesimum lapidem, aut vltra quadringentesimum habitarent. Fingamus enim quemquã ad ducẽtesimum habitare, hic habet itineris decem dies, vrbanos triginta: neque enim amplius dari videbatur, quàm tot dies, quot efficerẽtur si vicena milia singulis dieb. conficeret, & amplius dies triginta.

Sed & si maxime (inquit) scriptum legis eam sententiam efficiat, tamen legislatoris mens aliud vult. Quando & Ceruidius Scæuola, & Paulus, & Domitius Vlpianus, iurisperitorum principes, scribunt hæc ita oportere obseruari, vt nul-

lo pacto alicui minus detur tẽporis quinquaginta dierum: tum vero longior dies, cum numerus dierum itineris additus ad triginta dies, quos ad excusandum lex dedit, excedit quinquaginta dies. Vt si fingamus, aliquem vltra quadringenta & quadraginta miliaria habitare. hic enim habet duos & viginti dies, excusationis triginta.

Hæc multis exemplis Theophilus confirmat, quæ non multam habent difficultatem. Ceruidium vero Scæuolam appellatum esse, non Serbidium, vt Haloander & Alciatus scribunt, testis est Florentina scriptura non hoc loco solum, & in indice iurisconsultor. sed & apud Paulum lib. singulari de secundis tabulis.[a] Secundas tamen tabulas, inquit, non oportere resuscitari destituto iam iure ciuili testamento, Quintus Ceruidius Scæuola noster dicebat. & apud Marcianum lib. 7. institutio.[b] Si seruus legatus, & per fideicommissum manumissus sit, Ceruidius Scæuola consultus putabat nouissimam scripturam valere. Est autẽ ridicule in huius consulti nomine vetus interpres lapsus. Sed nos reliqua videamus. Coryphæũ consultorum hunc, & Vlpianum, & Paulum, Modestinus appellat. quod principẽ significat. Sunt enim hæc Ciceronis verba lib. 1. de Natura deor. Zenonẽ, quem Philo noster coryphæum appellare Epicureorum solebat, cum Athenis essem, audiebam frequenter, & quidem ipso auctore Philone: credo, vt facilius iudicarem, quàm illa bene refellerẽtur, cum à principe Epicureor. accepissem, quemadmodum dicerentur. Theophilus quoque libro 1. Institutionum[c], κορυφαιότατον ait esse populum legislatorum, hoc est longe principem. Quod vero ad iter faciendum attinet, locus hic est Vlpiani opinioni,[d] vt si minus quàm viginti milia supersint, integrum diem occupent. Finge abesse tutorem quadringentis & octo milib. quadringenta milia viginti dieb. peragenda sunt, octo vno die, vt hic tutor 21. habeat itineris dies, & postea triginta. Deinde ait,

a l. qui plures. ij. de vulg. in fi.

b l. si seruus legatus. de fideicom. liber.

c Theoph. §. lex. de iure nat.

d l. 3. de ver. signifi.

Hoc autem tempus omnes obseruabunt, qui

quomo-

quomodocumq. à tutela vel cura, vel ab eius parte se excusant.

Partem intellige, cum duob. aut plurib. delata est.

Consequens his esse sciendum est, vt si qua specie excusationis fuerit aliquis vsus, non aliter audiatur, quàm si seruabit tempus constitutum, nisi cum alterius ciuitatis ciuis sit.

De hoc ciue, in calce huius capitis dicetur. enumerantur enim illic multi, qui huic tẽpori non subiacent, in quib. is qui à magistratu, cui ipse subditus nõ est, datus est. Quamobrem suspecta mihi aliquando hæc exceptio fuerat: cum ea etiam verba, quæ infrà scribam, addita sint ab antiquo quidem emendatore in Tusco libro, vt alia permulta. Sunt autem hæc, εἰ μὴ ἄρα ἑτέρας πόλεως πολίτης ἐστὶν, οὕτως δὲ ἐπάναγκές ἐστιν φυλάττειν τὴν προθεσμίαν, sine quibus cõstat sententia. Nunc vero recipienda esse videntur. sed si cui illud videatur, habet quod sequatur. Maius mendum est in Basiliensi libro in illis verbis, ἐν καὶ τινὶ εἴδει παραιτήσεται ἤ τὶς χρώμενος. est enim scribendum παραιτήσεως ἤ, quod ex Politiani notis euenit.

Sic autem necesse est id tẽpus seruare, vt quãuis ob allegationes liberatus sit, liberum non fieri eum, Diui Seuerus & Antoninus constituant. Idẽ iubent, non valere alterius in eius locum creationem, vtpote cum datus sit cum non licebat, in eius locum qui erat adhuc tutor.

Quæ sequuntur, habent nonnihil difficultatis, vt vix mihi satisfaciam. sed tamen opinor hoc significare.

Sufficit tamen, intra tempus saltem adesse, & si postea inuitus causam omiserit, nõ erit præscriptioni obnoxius. Vnde si defunctoriè adsit solum, neq. permaneat ad allegandum, post tempus in præscriptionem incidet.

Sciendum est, quod Paulus ait lib. 2. Sententiarum: [a]

[a] l. quinquaginta. infrà. eo.

Quinquaginta dierum spatium tantummodo ad contestandas excusationum causas pertinere. Peragendo enim negotio ex die nominationis, continui quattuor menses constituti sunt. Quamobrem sistere se,& apud acta, aut per libellos excusationem contestari oportet. Sed eo animo, vt postea excusationem iudici probet, non vt qualemcumq. excusatione alleget, eamq. postea deserat. Præscriptio autem hoc loco est temporis exceptio, vt constitu. 2 de excusationib. Defunctoriè adesse, est eo animo adesse, vt leui eo sistendi se actu, ansam se excusandi habeat. Qua de re antea diximus. a

l. ij. C. de excus.

a l. ij. qui penar tuto.

Atq. hoc (inquit) constitutione Imperator. Seueri & Antonini constitutum est. Sed si ob valetudinem aduersam, vel aliam necessariam causam, maris puta, aut hyemis, aut impetus latronũ, aut alicuius similis rei in tempore adesse non potest, veniam consequitur. Cuius rei fidem facere ex ipso naturali iure est satis: sed tamen hæc eadem Impp Seueri & Antonini constitutione continentur. Scire etiam oportet, non sufficere venisse quẽ ad ius dicentem, sed opus est speciem excusationis testari. quòd si multas habet causas excusationis, omnes proponet: sin minus, similis ei est qui principio non venerit, quamuis venit is quidem, non tamen causas excusationis dixit. Quinquaginta vero dies continui numerantur ab eo tempore, quo se datum esse cognouit. Vna autem oportet testari excusationem apud tribunal, aut alias apud acta: aut potest supplices libellos dare, vt idem Impp. constituerunt. Hæc de his qui obseruare debent tempus constitutum.

Clara sunt de his reb. Modestini verba, & non multum veteres interpretes ab eius sententia discedunt, nisi quòd testatio hæc, quæ cum se sistit in iudicio fit, alia est ab

est ab excusationis probatione, quod ex Paulo ostendimus. Quamobrem quod Vlpianus scribit, [a] excusare se tutor per libellos non potest: ita intelligēdum esse arbitror, vt eius præsentia necessaria sit: præsens libellis, aut voce vti potest. Acta dixi, quod Modestinus hypomnemata hic, & Cap. 15. [b] barbarus interpres subcommemorationes aut depositiones: sed illud Theophilus sub titulo De satisdatione tutorum. [c] hinc hypomnematographi, actorum scribæ, in Theodosij constitutione. [d] & apud Strabonem libro 17. & Alciatum, & Budæum. [e] Deinde ait,

a l. excusare. infra eo.
b l. spadonē. §. qui absolutus. e.
c Theoph. inst. de satisd. tut. §. si autem.
d l. si quos. C. de decur. lib. x. vbi Alcia.
e Bud. l. moris. §. solet. de pœ.

Age verò de his videamus, qui huic tempori non subiacent. Qui non legitime tutores dati sunt, hoc est à quib. nō oportet, aut hi quos non oportet, aut his quibus nō oportet, aut quo modo nō oportet, si neque cōfirmabuntur, neq. suscipient administrationē, immunes sunt, neq. eis obicietur, quod constitutum excusationibus tempus non seruauerint: cum excusare se eos, non sit necesse.

Emendandus Heruagij liber est, vt ὑπὲρ σκεψόμεθα scribatur non περὶ. Item scribendum est, ἢ ὑφ' ὧν μὴ ἐχρῆν, ἢ οὗτοι οὓς μὴ ἐχρῆν, ἢ οἷς μὴ ἐχρῆν, ἢ ἂν μὴ ἐχρῆν τρόπον. Quæ Heruagij solius peccata sunt. Vidimus similem locum sub titulo De confirmando tutore. [f] Sequitur postea.

f l. j. de conf. tut.

Vt ex infrà scriptis constitutionibus apparet, quas exempli gratia subieci: hæ enim ad omnes casus trahi possunt.

Subiecerat fortasse Modestinus aliquot constitutiones, sed Tribonianus nobis vnam reliquit Latinè scriptam in hunc modum,

Diui Seuerus & Antoninus Augusti Narcisso. Ab auo materno tutor datus necesse nō habuisti excusari, cum ipso iure nō teneris. Si igitur administrationi te non miscuisti, potes esse securus.

Addit Modestinus,

Similiter si non subditum iurisdictioni suæ magistratus tutorem aut curatorem creauerint, ne hic quidem habet necesse tempus obseruare, vt si neque ciuis sit, neque incola.

a l.neq.à præside. C. qui dare tutores.
b l. pupillus §. incola. de ver.signifi.
c l.scire oportet.ad munici. l. 3. C. de inco.lib.10.

Extat ea de re Diocletiani constitutio. [a] Incola autem est, qui in aliqua regione domicilium suum contulit, & si in suburbano habitet. [b] At qui in vrbis agro, hoc est territorio, vt vocant, incola non esse vrbis dicitur. [c] hæc enim mihi verisimilior concordia videtur Pomponij ac Modestini.

l. libertum. de excus.

CAPITIS 14. hæc sententia est:

Idem lib. 5. Excusationum: Libertum cũ de excusatione tutorum & curator. loquimur, sciendum est non solum patris pupilli, sed etiam matris intelligi oportere. & cũ de patroni liberis quærimus, scire oportet nos non in primo gradu eam appellationem statuere, hoc est filium filiam, sed ad nepotes ex eis, & ceteros posteros producere. 2

d l.libertos. C.eod.
e l.non solũ. §. si libertus. suprà.e.

Constat senatum, auctore Diuo Marco censuisse, à libertis ad tutelam vel curã liberor. patroni seu patronæ nullam excusationem accipiendam esse, [d] nisi libertus minor esset, [e] quod antea dictum est. Liberos autem hic παῖδας appellat. capite 2, τέκνα. Ideo mirandum non est, si addat, quod ex suprà scriptis elici posse videretur. Deinde,

Ille quoq. qui ius aureor. anulor. impetrauit, hac in re in eadem erit conditione, in qua ceteri liberti. Quod D. Antoninus Magnus rescripsit. 3

f Bud. l. vlt. de senato.
g Noue. 78. auth. vt liberti de ce.

Originem eorum anulorum eleganter Budæus tradit. [f] & omnibus libertis ab Iustiniano cõcessos esse. antea scripsimus. [g]

Qui de sua pecunia emptus & manumissus est, nullo pacto ceteris libertis comparatur.

Hac de re multa sub titulo de manumissionib. tra-

ctan

ctantur, [a] ob epistulam Diuor. fratrum, qua ei necessariò libertatem esse dandam dicitur.

a l. is qui suis. & seq. de manum.

Si plures liberti sint, vnus ex omnibus, patroni liberis tutor dabitur, & à tribus tutelis nõn liberatur.

Hoc est, ni fallor, vt tres tutelæ antè susceptæ eum non excusent, neq. ear. aliquam dimittat. quod Dinus apud Albericum significare videtur.

EXTREMVS nostri operis actus superest, quo variis de reb. à Modestino tractatur, & initiò ita scribitur.

l. spadonem. de excus.

Idem libro sexto excusationum, Spado creari potest tutor, neq. enim habet excusationem, vt constat ex constitutione Imperatorum Seueri & Antonini.

Hæc constitutio extat in hac verba. [b] Impp. Seuerus & Antoninus A A. Auiolæ. Falsa suasione credis te propterea quod spado sis, immunitatem à tutela habere. Spadonum appellatione & castrati, & non castrati continentur. [c] Sed frequentius pro non castrato accipitur: vt cum spadoni vxorẽ ducere, posthumum heredẽ instituere, [d] & adoptare permittitur. [e] Castratum autem intellige, vi exectum: non vt vulgo existimatur, natura sterilem. quod nos lib. 3. Emendationum, Theophilum [f] secuti tradidimus. Hoc loco generaliter hoc nomẽ accipio, neq. enim video castratũ excusari. Deinde dicitur.

b l. j. C. eo.
c l. spadonẽ. de ver. sign. l. si serua. in fin. de iure dot.
d l. sed est quæsitum de liber. & posth.
e l. 2. de adop.
f Theophi. §. sed & illud. inst. de adop.

Qui patri pupillor. promisit se futurum tutorem, excusare se hac tutela non potest, quamuis aliàs excusare se iure poßit.

Iustinianus totidem verbis scribit: [g] Non excusantur, qui se tutelam administraturos patri pupillorum promiserant. Idem Modestinus scribit:

g §. item si propter. inst. eod.

Scire oportet, dignitatem nemini præbere excusationem. Vndè si quis senator sit, tutor erit etiam liberorum eorum, qui inferioris ordinis senatores sunt. Idq. Diui Marcus & Commodus rescripserunt.

Hæc mea eſt in his reb. opinio, non ſatis certa tame vt ſenatorum multi ordines exiſtimentur fuiſſe eorum qui in magiſtratu fuerant: Conſularium, Prætoriorum, Pręfectorior. virorum, item Clariſſimorum, Illuſtrium, Perfectiſſimor. De quibus Pomponius ſcripſiſſe exiſtimandus eſt ſub titulo de Senatorib. [a] Qui indignus eſt inferiore ordine, indignior eſt ſuperiore. Itaq. arbitror nullum ſenatorem à ſenatoris filij tutela excuſare ſe poſſe: & ſi ipſe in maiore dignitate ſit, quàm pupilli pater. Modeſtinus tamen obſcure locutus eſt: & aut ſenatores non ſenatorum filiis tutores dari poſſe, aut ipſis ſenatorib. minorib. dicere videtur. quor. neutrum placet: neq. enim pupillos ſenatores fieri poſſe exiſtimo, neq. cum poſtea dicatur liberandum à tutela eſſe, qui ſenator factus eſt, credo non ſenatorib. ſenatores eſſe poſſe. Quæ tamen ſententia vera ſit, doctiſſimi quiq. viderint. nos cetera perſequamur.

a l. 4. de ſenat.

Si vero quis cum tutor aut curator eſſet eius filij, qui neq. ſenator, neq. in alia dignitate eſſet, poſtea ſenator fiat, perpetuò ab onere liberatur. Sin autem qui ſub eius tutela, aut cura ſunt, liberi ſint ſenatoris, non liberatur à tutela. Qui inferioris ordinis eſt, non excuſatur à tutela maiorum.

Hæc etiam eandem interpretationem recipiũt. Neq. locus eſt his, quæ ſub titulo de tutorib. & curatoribus datis Accurſiani exiſtimant, [b] ſenatores non ſenatorib. & non ſenatores ſenatorib. tutores dari poſſe. Sunt enim illa de decurionibus à Modeſtino ſcripta, vt illic ſcripſimus. Idem ait,

b l. & qui nõ ſunt. de tuto. & cura. da.

Neque librarios, neque calculatores, quos diapſephiſtas dicunt, habere immunitatẽ, ſacris conſtitutionibus dicitur.

Quarta quidem ſub titulo de profeſſorib. & medicis ita ſcriptum eſt: [c] Oratione Diui Pij liberalium ſtudior. profeſſores. nõ etiam calculatores cõtinentur. Vlpianus quoq. ſcribit: [d] Librariis, & notariis, & calculatorib. ſiue tabulariis,

c l. oratione. de prof. & med. libro. x.
d l. i. §. iam & librariis. de extraor. cog.

tabulariis.& cæteris opificib,aut artificib. qui in artificio,quod extra litteras,aut notas est,versantur, Præsidẽ extra ordinẽ ius non dicere. Sunt autem librarij,librorum scriptores,aut alior. scriptor. a notarij, qui notis quibusdam dictata scriberent. [b] cuiusmodi sunt, quæ sigla Iustinianus appellat, [c] de quibus Probus & Diaconus scribunt.Scribæ aut tabularij, qui magistratib. aut ciuitatib. in publicis aut priuatis negotiis cautiones, acta,& rationes conscriberent. hos seruos publicos appellatos scimus,quod serui fuissent [d] ante quàm id fieri Arcadius vetaret constitu,3.de tabulariis,scribis,holographis, & sensualib. [e] quæ in Theodosiano quoq. libro extat. [f] hodie tabelliones appellantur: sed his rationum tabulæ nullæ committuntur, vt tabulariis: [g] Calculatores à calculis ducendis dictos arbitror, non geometras,vt Accursius & Albericus existimant,sed qui rationib. conficiendis adhiberentur.Cicero ad Atticum libro 8. Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur,quos tum abiecimus. Sic in Zenonis constitutione, [h] cum iudices multam Librar. auri publicis calculis inferre coguntur, rationes publicas intelligimus, & cum de errore calculi tractatur. Pro tabella quoque iudicis, & sententia vsurpatur: [i] sed nusquam elegantius, quàm à Iustiniano sub titulo de iudiciis, [k] Cui enim, inquit, non est cognitum, antiquos iudices non aliter iudicialem calculum accepisse, nisi prius sacramentum præstitissent, omnimodo sese cum veritate & legum obseruatione iudicium suscepturos? Significat autem, veteres illos iudices, qui ante C. Cæsarem ex equestri, aut aliis ordinib. sortitò dabantur. A Græcis calculus ψῆφος appellatur, quo verbo pro sententia Modestinus est vsus cap. 13. [l] Eodem in rationib. vtebantur, vnde diapsephistæ dicti, quo nomine calculatores appellat. ab eodem verbo psephismata appellata sunt, de quibus antea scripsimus. [m] Calculatorib. & librariis pueris veteres vsos Vlpianus scribit. [n] Impuberis quoque inquit,ministerium est,si forte vel librarius, vel nomenculator,sit vel calculator,vel histrio.Est autem illic nomenculator, qui ciuium nomina teneret,quo seruo qui magistratum peteret,aut cum populo ageret,vtebatur.

a l. si librarius. de diu. reg.iur.
b l.L. Titius. de testa. mi- l.l. quotiens. de her. insti.
c l.j. & ij. in fi. C. de vet. iu.enu. & in proœ. Dige. in fi.
d l.ij.C.con. de leg.l.ij.C. de adop. l.ij. rem pupilli.
e l.3.C.de tabul.lib.x.
f l. vnic. C. Theo. de tabula.
g l.vl.si men sor. fal. mo. & interpres. C.Theo.
h l. vn. C. vt om.iudi.
i l.si actor.C. de ap.l.4. C. de aucto.præ. cap.per tuas. de ap.c.insinuante. de of.deleg.
k l. rem non nouã. in pri. C.de iudi.
l l.scire oportet.in pr.sup. eo.
m l.si duas.
n l.vt iurisiurandi. §. dabitur. de ope. libertor.

a l. vlti. in fi. de libe.cau.

de quo etiam Venuleius lib.vij.actionum scribit. a potest tamen & impubes operas dare, veluti si nomēculator sit, vel histrio. Cicero pro Murena: Quid? Quod habes nomenculatorem? in eo quidem fallis, & decipis. nam si nomine appellari abs te ciues tuos honestum est, turpe est eos notiores esse seruo tuo, quàm tibi. Sed hæc alij nota omnib. fecere, quę in Accursianis libris mendosa habebantur. Deinde Modestinus scribit,

Iam vero Iudæj quoq. non Iudæorum tutores erunt, quemadmodum cetera munera subeunt. Namq. eos, constitutione solutos esse volunt, solis illis rebus, per quas superstitio eorum pollui videatur.

b l.3. in fi. de decurio.

c Alci.l.quidā ignauiæ. C.de decu.li. x.& lib.3.cap. 8.Dispun.

d l.quoniam multi. C. de hereti. sic c. auguriis. 26. q. 5. & c. Iudæi.28.q.j.

e Alci. C. de tabul.lib.x.vbi Pyr.

f Bud. l. vlt. de mune.

Vlpianus libro 3. De officio Proconsulis ita scribit: b Eis qui Iudaicam superstitionem sequuntur, Diui Seuerus & Antoninus honores adipisci permiserunt. Sed & necessitates eis imposuerunt, quæ superstitionem eor. non læderent: sic enim arbitror scribendum, non qui, vt Florentię est. Nam quod Seuerus, nō Verus scribamus, vt Alciato præceptori placuit, c quem Haloander secutus est, Tuscus liber facit. & quod Cap.6. scripsimus, Duos fratres Antoninum & verum appellari, Seuerum & Antoninum patrem & filium esse, neq; præpostere hæc nomina vsurpari posse puto, vt Verum Antoninum dicamus, aut Antoninum & Seuerum: vt in consulib. appellandis non licebat M. Crasso Cn. Pompeio Coss. aut Bibulo & Cæsare dicere: sed Pompeio & Crasso, Cæsare & Bibulo Coss. Illa quoq; in re à præceptore dissentio, quòd Iudaicam superstitionem Christianam interpretantur. Namq; arbitror ipsam illam constitutionem à Modestino hoc loco referri, & eadē appellatione Iustinianum vsum scio sub tit. De hereticis. d Deinde ait,

Rationes ciuitatis ne pro vna quidem tutela prosunt.

Hæc λογεία Græce appellantur, vnde logistę & logographi, de quib. doctè idem præceptor scribit, e & eum secuti Budæus, & Pyrrhus.

Liberti

Liberti vxorum senatorum, quamuis eor. res agant, à tutela non liberantur. est enim id solis senatorum libertis concessum.

Vnus senatoris libertus, qui patroni negotia gerit, tutelar. vacationem habet ex Gordiani constitutione: [a] nisi ius aureorum annulorum impetrauerit. [b]

a l. ne senatorum. C. eo.

Magistratus municipalis, hoc est στρατηγὸς si ob creationem tutoris obligatus sit tutelæ periculo, eam tutelam cum alijs non computat: quemadmodũ neq. fideiussor tutoris, neq. tutor honorarius.

b l. cum exoratione. infra eo.

Horum periculum pro tutelis non haberi vt in tribus numerentur, scribit Vlpianus lib. singulari ad orationem D. Antonini & Commodi.[c] Ex quo loco, vt cap. 6. scripsimus, cognosci potest, hic de municipalib. magistratib. tractari qui subsidiaria conueniuntur: Dicet aliquis, hos ipsos magistratus à tutelis vacare. cap. 6. scriptum esse.[d] Sed fortasse hæc excusatio Romæ allegabatur, vt municipalis magistratus pro vna tutela haberetur. quo pacto intelligi posse dicebam Vlpiani respõsum.[e] quod Accursiani non improbant. Quæ res non est sine difficultate.

c l. si quis tuto. de ritu nuptia.

d l. si duas. §. tutela. infra. eo.

e l. propter. infra eo.

Qui vectigalia à ciuitatib. conduxerũt, à tutela nõ excusãtur. Is qui plures causas excusationis allegare potest, quarũ per se vnaquæq. valida non est, quæsitum est, an possit excusari? vt si neq. 70. annor. est, neq; tres tutelas habet, neq; quinq; liberos, neq. alia ratione se excusare potest: attamẽ tutelas duas habet, liberos duos, annos sexaginta natus est, aut eiusmodi alias causas se habere dicit, quæ per se quidẽ perfectũ auxilium nõ ferunt, tamen si inter se coniungantur, nõ iniustæ esse videantur: sed tamen placuit non excusari.

Extat hac de re Seueri & Antonini constitutio,[f] qua dicitur, Imperfectæ diuersę species vacationis licet permixtæ ad excusationem non proficiũt: eumq; qui duos

f l. vni. C. qui nume. tute.

filios habeat, & duas tutelas administrat, excusationem non mereri. & Vlpianus libro secundo Opinionum scripsit: [a] Quamuis sexaginta quinque annor. aliquis sit, & tres liberos incolumes habeat, à munerib. tamen ciuilib. propter has causas non liberatur. Quod vero hic de quinq; liberis dicitur, prouinciale est: namq; Romæ tres, in Italia quatuor excusant. [b]

a l.j. de vaca. & exce. mu. in fin.

b l. j. C. qui nume. lib. in pri. insti. de excus.

Qui accepit, aut habet immunitatem ciuilium aut publicorum munerũ, is à tutela vacationem non habet.

Hanc sententiam capite 6. interpretati sumus.

Qui tutela aut cura liberatus est, non semper eisdem actis vtetur ad excusationem alterius, nisi maneant causæ excusationis.

Nam si se 70. annis maiorem probauit, vti eadem excusationis probatione & actis potest: si vero tres liberos Romæ habere ostenderit, probare debet etiam tum viuere. cum mortui non excusent, nisi in prælio occubuerint. [c]

c insti. eo. in fin. prin. l. ij. l. bello. eo.

Is qui se ignotum esse dicit patri aut matri pupilli, ea de causa liberandus non est.

Id à Diuis fratrib. rescriptum esse, Iustinianus libro primo Institutio. [d] scribit.

d §. non esse. insti. eo.

Interdum etiam is qui tres tutelas habet, aut tres curas, nõ habet iustam causam excusationis: vt puta si quis vt tutor fieret, adfectauerit. atq; is qui pauper est tutor, adfectasse videtur.

Hoc solus Nicolaus Neapolitanus intelligere visus est: nam ceteri tenues tutelas interpretantur. Inscritur hoc loco Vlpiani sententia à Triboniano, vt opinor, in hunc modum:

*Vlpianus lib. singulari de excusationib. ita scribit: Si quis inter tres tutelas emancipati filij sui tutelam administret, an ei hęc in numerum procedit, * scio dubitatum. inuenio tamen rescriptum, emancipatæ filiæ tutelam numerari inter onera*

* procedet, forte.

opor-

oportere.

Hæc ita Latine ſcripta ſunt, reperta, vt arbitror, in eodem libro ſexto Modeſtini, poſt alia. Deinde Græcè ſcribitur,

Si quis creatus eſt tutor, cum in patris poteſtate eſſet, neq; pater velit pro eo cauere, iubent leges etiam patrem tutorem creari, ne vllo modo tutelæ cautio differatur, vt ex D. Hadriani conſtitutione conſtat. Imperator Hadrianus Bitraſio Pollioni Legato Lygdonenſi. Si Clodius Macer, " quãuis filiusfamilias ſit, idoneus tutor eſſe vide- " bitur, pater autem eius idcirco cauere nõ vult, vt " filium ſuum tutela eximat, & in hoc artificio perſeuerauerit, exiſtimo te huic te fraudi recte occurſurum, vt filius & ipſe ad tutelam liberorũ Clementis gerendam compellantur.

Hoc reſcriptum in multis libris eſt ad finem libri 26. propterea quod ea quæ adhuc interpretati ſumus, in veterib. libris in calce voluminis totius ſcribebantur: hoc reſcriptum, & quæ poſtea Latina ſunt, ſub titulo de Excuſationib. manebant, niſi quod reſcriptum multi ante titulum ſcripſerunt. Poſteri vero, cum barbaram interpretationem in contextum ceteror. capitum recepiſſent, vtroque loco eam conſtitutionem poſuerunt. Et hac ratione factum eſſe arbitror, vt Azoni magni nominis interpreti, aduentitia hæc eſſe exiſtimarentur, a ac auſus is ſit fidem huic reſcripto abrogare. Qui non minus hac vna in re fallitur, quàm in ceteris præſtare ſolet. Hæc ſunt quæ mihi de Modeſtini libris videntur. in quib. ſi quid Græcè linguæ ignoratione erramus, in qua non magnos progreſſus ſtudiis ciuilibus impediti fecimus: aut ſi in ceteris reb, quas varie aduerſus multor. ſententiam ſcribimus, fallimur, admoneri me vehementer cupio.

a Azo in ſũma. C. quòd cum eo Albe. hic.

FINIS.

LÆLIVS TAVRELLVS FRANCISCO FILIO S. D.



ETISTI iamdudum, Francisce fili, vt quæ sentirem de Catonis apud Paulum dictis, ad te breuibus perscriberem. Quapropter schedulis quibusdam vt morem tibi gererem, è uestigio repetitis, in enarratiunculam quoque scholastici eiusdem generis incidi, quam olim ad Gallum & legem Velleam meditatus fueram. Hanc cum ad methodum quandam studiorum tuorum non minus
pertinere arbitrarer, ad te mittere statui. nam 2
& huius anni curriculo gymnasiorum cultores in eo puluere exercendos existimabam. Addidi & quædam super militiis ex casu nuncupatis: quæ proximis diebus ad nobilissimum omníque virtute cumulatum Antoninum Augustinũ Cæsaraugustensem rescripseram. Secutus sum autem vbiq; (vt videbis) puram Flo-
rentinarum Pandectarum lectionem. Nam 3
planè perspectum est tibi, & Bartholomæo Ammiano amitino tuo, qui mihi primum, deinde & Iohanni Baptistę Cęsario vestro, qui iterum libros illos venerandæ vetustatis recognoscenti adiumento fuistis, ex eo solo exemplari omnes omnino quibus legum studiosi vtũtur, libros dimanasse. Cum enim fortè accidisset, vt ante omnem memoriam postremæ volumi-

voluminis paginæ fatiſcentes diſſiluiſſent his glutino recõcinnatis,penultima in antepenultimam facta eſt qua peruerſi ordinis ſerie Digeſtorum libri titulo De diuerſis regulis iuris antiqui iam inde ante Accurſium paſſim legũtur. ſed & alia id genus argumenta ſunt ad exemplaris eius auctoritatem commendandam, quę in aptius tempus differo.Proinde vix eſt vt quoad eius ſalua ſéntentia fieri poteſt,ab eorũ librorum fide diſcedamus. Quorũ germanum deſcriptum,quod ſumma diligentia fecimus,ſi quando inclyti eiuſdémque optimi Florentinorum Ducis COSMI MEDICIS, cuius benignitate alimur & fouemur, iuſſu publicæ commoditati edetur:tum vero & operępretium feciſſe videbimur,& legum ſtudioſæ iuuentuti ratio conſtabit.

Vale.

Numerales literæ legem, notæ paragraphum oſtendent.

AD GALLVM ET LEGEM VELLEAM,

Lælij Taurelli Fanensis Iurisconsulti Enarratio.

exx. de ver. signi.



ERBIS legis duodecim tabularum, Is vti legassit suæ rei ita ius esto, latissima potestas tributa videtur & heredes instituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque constituendi: sed interpretatione coangustatum est vel legum, vel auctoritate iura constituentium. His Pomponij verbis diserte significatum est, ex duodecim Tabulis quemuis institui potuisse: atq; ideo posthumum quoque siue suum, siue alienum. Sicubi vero alienus institui vetitus esset, non eo iure, sed alio vetitum fuisse par est. Quod hi animaduertisse non videntur, qui scribunt alienũ posthumum ex lege duodecim tabularum institui non potuisse: cum alia potius minus vetusta censura id fuisse credendum sit. An vero alienus posthumus institui apud antiquos posset, quiq; posthumi honorari nequirent, videamus. Et Scæuola quidẽ scripsit, nullo iure hũc institui qui nondum natus esset, potuisse ante Velleam legem. nam commixtis eius capitibus, Iuliano id quoque visum ait. Alieni etiam posthumi institutionem iure ciuili non valuisse, Iustinianus scribit. At Paulus, obtinuisse inquit Galli sententiam, alienos quoque posthumos legitimos nobis heredes fieri. Sed & institutionum titulo De legatis, alienum posthumum & antea institui potuisse legimus & nunc posse: cum tamen superioribus verbis, alieno posthumo legari posse, negetur. Quapropter sunt qui putent, suo posthumo Gallũ consuluisse, non alieno. Sed Paulum ex Aquiliana sententia, de alieno id interpretatum. Ego, quod suo cauerit Aquilius, non admitto: cum testamentorum conseruationi prospexerit potius, vti mox ostendetur. Sed solutio ad Paulum frigidior est, quàm vt refellendo laborari oporteat. quasi verò non apertissime testetur ille, Gallum ipsum id ita censuisse, ipsiúsque sententiam receptam: ex qua tanquam minime

xxix. de lib. & po. 12. inst. de bo. poss. j. de le. j. pe. 20.

nime

nime iam controuersa, suum ipse de fideicommisso respõsum tuetur. Rectius videtur inter posthumos distinguendum, quod & alij existimant: eorum tamen partitioni haud planè adquiesco. Nobis posthumi sui sunt, & alieni. Sui dupliciter, item alieni dupliciter accipiendi. Suorum alij primi gradus, quos nemo in iure sui pręcedit: sic enim libentius cum Vlpiano dixerim, quam nostri suitatem vocant. ac de his nemo dubitet quin aut instituendi, aut nominatim exheredandi sint. Vlterioris gradus alij, qui ex filio vel aliis præmortuis in familia agnoscantur. Alienorum quidã planè extranei, vtpote nati extra virilem posteritatem testatoris: quidam ex ea posteritate, qui nati inter suos (vt Iustinianus ait) heredes testatoris futuri nõ sunt. Hos ego natos inter suos, non quantum ad ius sui attinet, incipio. Sui enim ne in liberis quidẽ semper eo iure cẽsentur: sed ea voce sanguine iunctos nonnũquam significamus, & ita illo quidem loco accipi, manifestum est ex eo quod sequitur, Ideóque ex emancipato filio cõceptus nepos, extraneus erat posthumus auo. Si enim hos demũ qui iure sui potiuntur, suos intelligas, quod ex præcedentibus infertur, nequaquam consequetur. neq; enim ex emãcipato natus inter suos dicetur. nec idoneum erit exẽplum, cum & ipse emãcipatus extraneus sit. Si verò suos, id est sanguine propagatos audias, apta erit consequẽtia, aptum exemplum: nã & sanguine iuncti sui dicũtur, & ex materia qua de agitur ea vox accipitur, vt nostri volunt. Nec probarim quod quibusdam placere video, nõ ideo suum dici quòd natus sit inter suos: propterea ex definitione prædicta natum ex filio alienum dici, quod illum pater in iure sui præcedat: tum quod ex his quæ sequũtur constet, suos ea significatione non accipi: tum quod eo cõcesso, quod possit inter Romanos (vt aiunt) nasci non Romanos ex Romano tamẽ vix nascatur nisi Romanus: qui casus noster esset, si poneres ex suo nepotem nasci, non illum quidẽ statim viuo patre suum, sed adeò suum, vt possit vel viuo patre suus succedere. Quinetiã propius est, vt inter Romanos natum, ni secus constet, Romanum credamus, vt inter suos heredes futurũ legimus, vt si cui inter libertos quasi liberto legatũ, vt inter

i. deli. agno. pe. iij. de iniu. rup. te. in sti. de here. quæ ab int. 3. inst. de le. 20.

j. de ven. in pos. mi. 3. xxj. de preca.

insti. de her. qual. 4.

v. C. ad S.C. Turp.

i. ad mu…

vi. de acq. her. 3. xiij. de bo. li. xvj. de cura. furi.

ꝭ de ven. in poſſ. mit. 6. xxxij. de con. & de j. de ædi. ed. pen.

fanaticos caput iactare : & id genus alia. Sed & alio ordine contextus ille verborum digeri poteſt, ſi legamus, Qui natus: hic ſpiritus ſuſtinendus. mox deinde vno ſpiritu exſequamur : inter ſuos heredes teſtatori futurus non eſt. qua ſtructura planè ſignificabitur alienus poſthumus eſſe, qui cum natus ſit, non eſt ſuus heres teſtatori futurus. Atq; in hanc ſentẽtiam mihi videtur ſcripſiſſe Theophilus eodẽ loco, quo minus aptetur ea deſcriptio poſthumo, qui ſuus naſciturus ſit, de quo quærimꝰ. Quod ſi alienum contẽdas eum qui natus inter ſuos, id eſt ſuorum ius habẽtes heres, teſtatori futurus non eſt: poſthumum mortuo in vita teſtatoris filio naſciturum, numquam non refragãtibus verbis intelliges. Cui namque dubiũ, verba illa, Natus inter ſuos, tempus ſuæ natiuitatis oſtendere? quo tẽpore is neq; inter ſuos pręmortuo patre ſuo natus dici poteſt, neq; natus nõ ſuus futurus heres teſtatori. Ego enim etſi differẽtiam inter natũ ſuum, & ſuum futurum, probo: non tamen quãtum attinet ad diſtinguendum proprium poſthumum ab alieno, probandam reor. Ex his igitur qui alieni Iuſtiniano

inſt. de le. 10.

deſcribuntur, is quẽ ſuprà poſterioris ſpeciei proprium dixi, alienus poſthumus non probatur. Sed is qui ex deſcendẽte nõ ſuo naſciturus ſit: emãcipato puta, vel adoptanti dato, aut aliàs poteſtate ſoluto. Quorũ ego poſthumorũ puto poſterioris ſpeciei propriũ antiquis potuiſſe, atq; etiam debuiſſe inſtitui, vel exheredem fieri. nam de prioris ſpeciei proprio nec dubitamus, vt dixi. At ex alienis prioris ſpeciei extrà deſcendentes penitus alienũ inſtitui potuiſſe: poſterioris ſpeciei, ſiue ex poſteritate alienum, non potuiſſe. Atq; vt ad poſterioris ſpeciei propriũ reuertamur, hunc duodecim tabulis inſtitui vetitũ non video. quin (vt initiò pręmiſi) conceſſum latiſſima illa negandi poteſtate. Iuſtinianus præterea ex duodecim teſtatur, hunc tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ſuum & neceſſarium, titulis Inſtitutionum De heredum qualitate & differentia, déque hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. Quibus locis illarum legum mentione habita, ſuus eſſe dicitur, quicumque mortis tempore in poteſtate reperitur, ſiue filius, ſiue eo præmortuo nepos. & mox ſubditur: Poſthumi quoque

inſt. qui. mo. ius pa. po. ſol. vlt.

que, qui si viuo parente nati essent, in potestate futuri forent, sui heredes sunt. vbi ponderanda implicatiua particula Quoque, significans eodem modo ac iure, atque iam natos, suos esse: de quibus ex duodecim præ- 11.de pact.
dictum fuerat. Ponderandum insuper, quod in potestate parentis dicuntur, generaliori voce quàm patris: vt auum quoque exaudias. Quin & contextus series id de- 4. de in ius
clarat. Quicumque autem sui essent, antiquo iure ex- vo.
heredari poterant: quo quidem (vt Paulus ait) & occi- xj. de li. &
dere licebat. id quod olim apud maiores viguisse. Con- po. vlt.C.de
stantinus Augustus scribit. qua scriptura antiquissi- pa.po.
mi Quirites significantur, nimirum quod Romuli legibus id introductum fuerat, vt Dionysius secundo libro Antiquitatum scribit. Ipsam etiam exheredationem antiquissimis temporibus introductam, Iustinianus adfirmat. Denique satis compertum est antiquitati placuisse, posthumos, de quibus tractamus, institui aut exheredari debere, ex his quæ idem princeps apertius Institutionum libro de Exheredatione liberorum tractat: cum principiò, non perinde in filiabus, aliisque per virilem sexum descendentibus liberis vtriusque sexus, ac in filio, inquit, antiquitati obseruatum fuisse: sed eorum præteritione testamenta infirmari, haud esse solitum. atque inter ceteros exhæredari licuisse feminas quidem, aliquo eis legato dato. masculos verò posthumos, id est filios: & deinceps placuisse non aliter recte exhæredari, nisi nominatim exhæredarentur. Nonnullis deinde recensitis, postremò, Sed hæc (inquit) vetustas introducebat. quæ verba proculdubio vniuersa superius eoúsque dicta recipiunt, mediámque, quam ipse appellare solet iuris prudentiam, vt Accursius interpretatur. Constat itaque, iure illo debuisse posthumos nepotes institui: aut exhæredari. quod vtique ante legem Velleam viguisse certum est, eodem loco quo scribitur, Iuniam Velleam exhæredationis modum ad similitudinem posthumorum de- iiij. de inin.
monstrasse. Quod & Vlpianus alibi significat, cum rup.test.
scribit, Posthumos per virilem sexum descendentes ad similitudinem filiorum exhæredandos, ne testamentum adgnascendo rumpant. Sed & hi, ait, qui

post testamentum factum in vita nascuntur, ita demum per legem Velleam rumpere testamenta prohibentur, & cetera. Quibus verbis videmus, id prius in posthumis obseruatum. Atque hęc de posthumo nepote suo satis. Nam quòd nullo iure institui potuerit nōdum natus, cur Scæuolæ dictum sit, ex inferioribus patebit. Quem vero penitus alienū institui potuisse dixeram, Iustinianus docet his verbis: Posthumus alienus hæres institui & antea poterat, & nunc potest. Quo loco si alienum ex posteritate intelligas, cui superius dixerat legari non potuisse, necesse est in molestas salebras incidamus, ex eo manantes, quod is princeps se alieni posthumi tanquā iure ciuili nō incogniti hęredis instituendi auctorem adfirmet: quem antea institui non licuisset. quod & alio loco fecisse profitetur: posthumoq́; huic remedium adhibuisse tam in hereditatibus, quàm in legatis & fideicommissis. Quo tollitur, si quis etiam dixerit aliud in legando, aliud instituendo fuisse iuris. quæ differentia & Marciani Gaiiq́; auctoritate exploditur. Atquin nec diuinam illam solutionem patior, quā plerique adferūt: institui nō potuisse iure ciuili, at prætorio potuisse. cū vtroque loco ciuili iure loquatur Cæsar apertius, quàm vt disputari oporteat. Satis autem causam nō perspicio, qua impulsus constitutionē vtrisq; hisce locis, quorū mentionē habui, laudatam, posteriori sui Codicis editioni subduxerit: nisi fortè vt profanos arceret, ac mysteria quædam inuestiganda relinqueret. quam certe si haberemus, his principiis immorari non oportet. Igitur alienum quem institui potuisse, posséque adfirmat, penitus alienum exaudias licet, hoc est, extra virilē posteritatem, dūmodo, inquit, ex ea nasciturus sit, quę iure nostro vxor esse possit. Quæ obseruatio in propriis etiam posthumis recepta est apud iuris prudentes, non vno loco: ne scilicet turpitudo in dispositione versetur, vel testatori, vel ei à quo posthumus nasciturus sit exercenda per nefarias coniunctiones. Quod tamē enunciatum haud absurde posset de alieno posthumo, ex ea puta edendo intelligi, quæ testatoris filiíve aut nepotis vxor quidē nondum sit, esse autē possit. veluti sequens exceptio voluisse videri potest: quod & antea

[Margin notes:] inst. de le. 20. — insti. de bo. pos. j. de leg. 20. — vi. vij. de reb. dub. — ix. de li. & po. j. 4. xxviij. co. ti. 3.

& antea fieri potuisse, palàm est apud iurisconsultos: vt ea ratione dicatur alienus, quod ea nondum sit vxor ex qua nascetur. (iiij. v. xxviij. de li. & po.) Verũ hic cũ inter suos nasciturus, ac hæres futurus sit, nõ video qua teneri possit vt alienus dicatur. Hunc autem extra posteritatẽ alienũ quem dicimus, institui potuisse, palàm testatur Paulus libro singulari de Iure codicillorum. (pen. de leg. primo.) A fratris, inquit, posthumo fideicommissum dari potest. sola enim voluntas seruatur in fideicommissis. & obtinuit Galli sentẽtia, alienos quoque posthumos legitimos nobis heredes fieri. quæ ratio vt dicto cohæreat, de alienis & extraneis posthumis, qualem dixerat ex fratre nasciturum, sensisse Gallum, teste Paulo nuncupatum fateri oportet. quam sententiam planè Põponius adgnouit, cum filiumfamilias & seruum alienum & posthumum & surdum testamẽti factionẽ habere scripsit: & Gaius, cum de eo qui tibi & posthumo suo vel alieno hereditatẽ restituere rogauerit: & Vlpianus, cum de extraneo posthumo herede instituto agit. (xvj. de testã. vi. de reb. dub. vi. de vent. in poss. mit.) quo loco & de non successuro intestato intelligi reor. At si nullo iure probaremus, hunc quẽ diximus institui potuisse: nonne id permissum diceremus, quod prohibitũ nõ videamus? cui eius cui vetitũ relinqui legimus, definitio apta non sit, vtpote nõ inter suos nato? nonne ex suprà ex Iustiniano recensitis, post latissimam ex duodecim legandi potestatem? De hoc vero, dicet aliquis, cautionẽ quam Cerbidius Scæuola rettulit, non induxit Aquilius: neq; equidem cõtendo. Atqui obtinuit eius sententia posse alienos institui, vt Paulus ait. Sed num semel sentẽtiã dixit Aquilius? num de vnica specie locutus est? illũ verò cuius prudẽtia (vt ait Cicero populo Romano cauendo prospexit, hunc locum plenius tractasse credendum est, quàm vt suos futuros tãtum cõplecteretur. deniq; docuisse, qui sui, qui alieni dicerentur, qui possent institui, qui non possent: qui deberent hæredes, exhæredésve fieri: quibus modis aut formulis hæc fieri oporteret: ac reliqua huc spectantia, cuius ex dictatis articuli, ac veluti ex parietinis fragmẽta quædã ad nos peruenerunt, per Scæuolã, Paulũ, Africanum, auctorẽ illum cientes. quędã & per eosdẽ, & per alios, eo interim nec laudato. (Insti. de legat. 20. de bon. poss. j.) Tertium, quẽ ex posteri-

tate dixi posthumum alienum institui non potuisse,ap
paret ex iam memoratis Institutionum locis, quo nih
iam ambigendum esse existimē, his illū non continer
quem apud Scæuolā Gallus institui posse docuit, cū e
Iustiniani definitione minime cōuinci possit,hunc alie
num dici.quæ ratio sola persuadeat vt rectius censuiss
credamus, qui scribunt ab Aquilio cautū non de alien
posthumo,sed de suo:quāuis Pauli obicem, quē dicunt
vix moueant, qui distinctione prædicta planè remoue-
tur,ac tollitur. His ita constitutis,frustra quærimus qua
ratione vetitum esset alienū posthumum institui,quem
Gallus institui posse induxit.nimirum alienum ille mi-
nime attigit hoc loco,sed propriū.Quantū vero ex iam
dictis ad alienum qui institui non poterat,pertinet. in-
certitudinis ratio plerisque arridere visa est.quæ tamen
à nonnullis conuellitur ex eo quod similis incertitudo
xxiij. de vul. & pu. versetur in proprio, adeo & in planè alieno, quē vtique
institui potuisse voluimus.quin & crebrior sententia est
nostrorum, incertitudinem instituendo posthumo non
obesse,cū indubitato signo demonstretur ex quo nasci-
turus sit.Sicut autē certius quicquam aliquid me adla-
turum nō polliceor:ita suaderi posse video,legē duode-
cim tabularum haud quidē nominatim vetuisse insti-
tui:sed cū nullo iure ciuili cognitus esset, neq; ex duo-
decim vocaretur, vt Institutionum tractatu de succes-
iiij. de bo. pos. contra. tab. sione intestatorum legimus (quapropter & ex quodam
Pauli responso nōnulli existimarunt,ex testamēto quo-
que emācipatos iure ciuili incognitos)probabile visum
est antiquis,hunc incertitudine vtcumq; cōcurrenre in-
capacem statuere.quam rationē & Iustinianus æstima-
re visus est,& palàm Theophilus probat titulo de lega-
xxxvj.de sol. iij. si pars her. pe. xxx. deacqui.her. j. de ven. in poss. iij.j. de leg. fal. j. vi. de her. inst. 2. xxvj. ad Treb. tis.Alienus, inquit, posthumus similis est incertis per-
sonis: ideo inutiliter ipsi legamus. hæc incertitudo in
posthumis haud rarò iuris prudentibus negotium exhi-
buit,Iuliano,Paulo,Vlpiano,& aliis. Præterea lege Fal-
cidia cautum est,ciuibus demum Romanis licere testa-
mento relinqui,quod aliis iuris ciuilis tractatibus haud
obscurè significatur.Posthumus autē,qui fieri potest vt
Romanus ciuis dicatur,cum ante natiuitatē nec in rerū
natura censeatur?ac multo minus antequam conceptus
sit?Illud

ſit?Illud Vlpianus, hoc Iulianus teſtatur, * addito quod lege duodecim tabularũ hi demum vocàtur, qui in rerum natura eſſent.quibus,aut ſimilibus cauſis, & ſi non ſingulis,omnibus tamen credẽdum eſt,in hoc motã antiquam prudẽtiam,quę ſingula(vt eſt apud M.Tullium) nos fortè nõ mouent, vniuerſa tamen inter ſe connexa atq; coniuncta mouere debebunt. frequens id quidem apud noſtros verbum. Cognitos ponis emancipatos ex teſtamento iure ciuili? ægrè id quidem. nectamen plus quàm extraneos. Iuſtitui poſſe ponis incertos adhuc, nec in rerum natura poſthumos ? & hoc ægrè admiſerunt prudentes.Vtrumq; ponis? repudiarunt. vtpote nimiũ exorbitans, & à iuris ciuilis ſubtilitate abhorrens, qua ratione diuerſitatẽ inter ſuos & alienos poſthumos haud iniuria commẽtitium illud ius introduxiſſe videri poteſt : quod in ſuis,ac penitus extraneis,ſola incertitudinis nota cũ in rerum natura non cernerentur, porro in ceteris alienis illud etiã quod extra familiam facti eſſent,vrgeret. Quamquam nec omniũ à maioribus conſtitutorum rationẽ quæri oportere tradũt, alioquin multa ex certis ſubuerti poſſe. Quid igitur neceſſaria, Cui bono fuit, Aquilij ſẽtẽtia ſuper inſtitutione poſthumi! cui bono Vellea rogatio? crucẽ interpretantibus paratã aiunt hanc inueſtigationem. quin ipſi tibi puto parauerunt:quorum nemo ęquum cenſuerit. perſuaderi quicquam ex his inductũ, quod antiquo item iuri vim non attulerit.Melius quantum ad hæc pertinet,de Galli ſententia cenſere putẽ,qui eã nihil exorbitaſſe ſcribunt: quamquam à ceteris fine diſſentiant,haud recte.ſiquidẽ volunt,minime illũ voluiſſe teſtamentis proſpectũ, ne adgnatione rumperentur : verũ quod iniquum videretur,auita hæreditate nepotẽ excludi. Quomodo autem excludendus, qui omni modo adgnaſcens rumpénſque ſuus ſucceſſiſſet ? Immò verò dumtaxat (vt aliis placet) illud inducere ſtuduit. quo pacto alieni poſthumi legitimi heredes fieri poſſent. Teſtẽ qui eleuari non poſſit, euocant Paulum. quo loco de inſtituẽdi modo ne apex quidẽ.Sed nec ad rẽ pertinet, quidquid alieno de poſthumo is ipſe ſcribat.quod ſuprà docuimus. Deniq; cõſtat,alia non cauiſſe Aquiliũ formula, niſi ne fortè filio

* de ſuis & legi.vi.e.tit.

inſti. de hen. qua.l.3.

xx.xxj.de legi.

pen. de leg. primo.

morte ſubtracto, adgnatione poſthumi nepotis teſta menta ſubuerterentur. quod Scæuola ſuis ad eam formulam commentationibus non vno loco teſtatur. teſtatur & Vlpianus, poſthumos per virilem ſexũ deſcendentes ad ſimilitudinem filiorũ exheredandos, ne teſtamentũ adgnaſcendo rumpant. Eadem vero cenſura inſtitutionem & exheredationem contineri conſtat. & in rem noſtram pari modo de vtraq. ſcriptũ videmus, Inſtitutionum titulo de exheredatione liberorũ: quæ iura latius patent, quàm vt Galli finibus regãtur. Sed nec dubium eſt, eius etiam ſpecies eiſdem verbis cõtineri: quibus omnes poſthumi qui rumperent, continentur. Nam quis neget Vlpianũ, cæteroſq. Gallo poſteriores, ius ex eius fontibus hauſtũ, fluminibusque deriuatum, nobis repræſentaſſe, interpretatóſq; eſſe? quia neq; dubitandũ ſit, antiquis argumentis ac vetuſta origine manaſſe hæc, quorum apud illos eſt mentio. Quapropter noſtri mihi quidem plerique videntur ſeſe in ſuperuacuas difficultates conieciſſe, dum Gallum cenſent nouum ius penitus induxiſſe. ac non potius ex veteri materia perſpicacius obſeruaſſe, & ſubtilius excogitatam protuliſſe cautionem: qua non in præſens filios, hiſq; iam de medio ſublatis, nepotes poſthumos priores heredes exhæredesq; ſcriberent ciues ſui: quod vulgo ferebatur: verum etiam in futurum ſuos ſubinde adgnaſcituros: quod ipſe deprompſit, ac quaſi enucleauit. Illud tamen fortaſſis nouum induxit, vt ſub conditione poſthumi nepotes inſtitui poſſent: quod in legis Velleæ tractatu proxime differam.

iij. de iniu. rup. teſtam. xxx. de libe. & po.

NVnc & de lege Vellea tractandũ. ad quam meminiſſe oportet, quod ſuprà tetigi, ſuos ex duodecim exiſtimatos, qui in poteſtate moriẽtis fuerint filios, nepotes, & deinceps. quorum ſecundi ac ſequentis gradus liberi ſuorũ numero ſunt, ita demũ ſi præcedẽs in poteſtate eſſe deſierit. vocantúrq; in locum patris ad aui ſucceſſionẽ, eadẽ lege. quæ antiquitas ita recẽſetur Inſtitutionum libro tertio, paulò poſt principium, ac ſub principij eius tituli finem. Dicti autem ſunt hi eadẽ lege tam inteſtato quàm teſtato, ſui & neceſſarij. quia (vt Iuſtinianus ait) domeſtici hæredes ſunt: & viuo quoq; pa-

tre

tre quodãmodo domini existimantur. cuius rationis & Paulus meminit. Quamuis autem eo iure latissima testandi facultas tributa esset, eodẽ tamen credi par est & de testamẽtorum obseruatione nonnihil cautum, cum eam liberę ac solutę omnino facultatis fuisse nõ sit verisimile. Gaius sanè antiquo iure ad nos eam hæreditatem pertinere ait, quæ ex lege duodecim tabularũ, aut ex testamento iure facto pertineat. Porro eadẽ lege testamẽtariæ successiones cõfirmantur, quo intelligimus testamenta iã inde iure vel nõ iure fieri dicta esse. vnde & versiculus ille ex duodecim circunfertur: Hæreditates testamento iure facto datæ, ratæ sunto. quorũ quoq; formam Romæ antiquissimis temporibus in vsu fuisse, ex Institutionibus patet, titulo de testamentis, nec non & de liberorũ exhæredatione, ibiq; citata Iustiniani cõstitutione. Sed & de testamento in procinctu meminit Cicero libro de Natura deorum secũdo. Cõstat etiã antiquitus neq; filias, neq; præter filium vtriusq; sexus per virilem sexum descendẽtes, nominatim exhæredari oportuisse: præteritósque testamenta non infirmasse, sed ius accrescendi ad certã portionem habuisse, virilẽ quidem cum fratribus, dimidiam extraneis institutis, quod Gaius posteriori institutionũ libro, & Paulus tertio Sẽtentiarum docet, contrà quàm Accursius opinetur. Atq; hæc quidem in his qui viuo testatore nati essent. nam in posthumis omnium par conditio fuit, vt aut non instituti, aut non exhęredati rũperent. feminis tam inter ceteros exhæredãdis, dũ eis aliquid legaretur, ne obliuione præteritæ viderentur. Proinde cum hi aut instituendi essent, aut exhæredandi: satisfactura mihi non videtur quidem fuisse conditionalis institutio. nam quod simpliciter iussum est, sub cõditione si fiat, impleri non arbitror. Præstitit ergo ni fallor, lex Vellea, vt ceteri præter filios sub conditione institui possent, quæ in eorum potestate nõ esset. quod sicut in filiis nõ admittitur, ita nec in ceteris qui sui nascerẽtur, antea permissum fuisse credi potest. At ea lege inductũ, vt qui testamentũ faceret, is omnis virilis sexus qui ei suus heres futurus esset, instituendi facultatem haberet: vt liceret institui nondũ natos. qui cum nascerentur sui essent. Quæ verba quid

insti. de here. qual. 2. xj. de lib. & posth.

i. de pet. he. cxxx. de ver. sig.

iiij. C. de lib.

insti. de exhere. lib. j. 2.

i. de verbo. obli. 4.

xxix. de lib. & po. §. 10. pen.

aliud ſonãt,quàm vt ſub conditione, quæ in eorum
teſtate nõ eſſet,vtpote ſi ſui naſcerẽtur, inſtitui poſſe
Quod nihil obſcurè Vlpianus ſignificat,cum ait,Ne
tes autẽ, & deinceps ceteri qui ex lege Vellea inſtit
vj. de her. in ,,non rumpunt teſtamenta,ſub omni conditione inſti
ſti.primo. poſſunt & ſi redigãtur ad filij conditionẽ. Nonne en
ad eius legis præſcriptum regulã dirigit,cum ait, cet
"qui ex lege Vellea inſtituti nõ rumpunt? Quo mihi v
"de probetur, auctoritate legis inductum, vt ſub om
conditione inſtitui poſſent,qui loco filiorum ſuccedũ
aut poſt teſtamentum teſtatori adgnaſcuntur præmo
tuo filio, quod primo capite cautum eſt.Et ſi rediga
tur,inquit,ad filij cõditionem:ac ſi diceret, quamqua
filius ſub omni conditione inſtitui non poſſit,nepoté
ac ceteri deinceps redigantur ad filij conditionem, ſu
cedentes lege Vellea, qua nec ipſi ſub conditione inſ
xxix. de lib. tui poſſe videbantur:poſſunt tamen,quicumque ea le
& po.§.pe. inſtituti non rumpunt. Et quantum attinet ad eos q
poſt teſtamentum adgnaſcuntur,hoc voluit Scæuola
,,ait:Videtur primum caput eos ſpectare,qui cum naſc
,,rentur ſui heredes futuri eſſent.& rurſus:Vt liceat inſ
,,tui nondum natos, qui cum naſcerentur ſui eſſent, pe
inſti. de ex- mittit.Quantum autem ad eos qui ſuccedendo quaſi a
he.lib.j. gnaſcuntur, ſi non permiſit lex, quod idem ait, inſtit
iam natos: nimirum nec multũ neceſſe id fuiſſet ad te
ſtamentorum conſeruationem,quæ nec præteritis eiu
modi liberis rumperentur. Neq; tamen non & hoc pe
miſiſſe legem crediderim,vt paulo poſt tractabo:nequ
etiam ſimpliciter in ius ſui ſucceſſionem induxiſſe. n
& antiquitus hæc fuit,vt dicebam.Sed cum teſtament
conuellendis tum demũ obeſſet,ſi nepotes & ſequente
omnino præteriti eſſent:tuncq; nec rumperent,ſed po
tione augerentur:iam de cetero ſucceſſionem voluit le
abſolutè in ius ſui heredis plenum illud & efficax,qual
apud præcedẽtem fuiſſet,eo ſubducto fieri.Vnde & vo
luit, ruptum iri teſtamentum, niſi ſuccedentes ipſi au
inſtituti eſſent, aut exheredati, non quidem inter cete
ros, ſed ad ſimilitudinem poſthumorum. Hæc iuris au
ij. de vulg. & ctores pluribus locis explicant. Vlpianus de liberis qui
pup.j. bus ſubſtituere poſſumus, agens,Poſthumus (ait) plan
poſſun

possumus, nepotibus etiam possumus, & deinceps si qui non recasuri sunt in patris potestate. sed si eos patres præcedant, ita demum substitui eis potest, si hæredes instituti sint, vel exheredati. Ita enim post legem Velleam succedendo, non rumpunt testamentum. quibus quidem constat, & post legem successionem testamenta euertere, & ante legem non euertisse. Idem alibi: Nepotes, & deinceps ceteri qui ex lege Vellea instituti non rumpunt testamenta. ac si diceret, circũscripta lege nec instituti non rumperent. Gaius autem apertius quàm hæsitari possit, ostendit lege Vellea prouisum esse, vt sicut filius vel institui, vel exhæredari nominatim debet, ne non iure fiat testamẽtum ita & nepotẽ neptémve ex eo necesse sit instituere, vel exheredare, ne fortè filio mortuo testatore viuo succedendo in locum filij, quasi adgnatione rumpat. quod & apud Iustinianum legitur. Porro si lege Vellea id prouisum est, quid dubitamus ante eam legem neque id prouisum fuisse, neque eiusmodi successionem in locum sui heredis extitisse, qua testamentum quasi adgnatione rumperetur? Idem quoque princeps nepotem vel viuum, vel in ventre nurus constitutum, cuius pater testatori non superuixit, successione testamentum ex lege Vellea rescindere significat. proindéque & ex lege Vellea rumpere, & antea non rupisse. Notandúmque posteriora hæc Iustiniani dicta ad vtrumq; caput pertinere, dum ponit nepotem viuum, vel in ventre nurus constitutum. Hęc verò lex quæ successionem inducit, ideóq; rumpi testamẽtum quasi adgnatione succedentis, neque instituti, neque nominatim exheredati decernit, eadem quoque si institutus sit, aut nominatim exheredatus, ne rumpatur impedit, testamentúmque & in eo contenta confirmat. Atque hoc est quod Alexander Augustus Heraclide rescripsit: Si te nominatim non exheredauit, sine impedimento legis Velleæ succedendo in patris tui locũ rupisti aui testamentũ, & Scæuola non permittit institui, sed vetat rumpi. & Vlpianus ita demum per legem Velleã rumpere testamentũ prohibentur si nominatim sint exheredati. qui item ad Sabinum: Et fortius dicendum est, tutelam quoq; è lege Iunia Vellea cõfirmatam.

vj. de here. insti. j. xiij. de iniu. rup. te.

insti. de exhere. lib. 4.

xxxiiij. C. de inoff. test.

ij. C. de lib. præt.

iij. de iniur. rup. j. x. de testa. tu. j.

cum enim confirmetur testamentũ, consequẽter tutoris quoq; datio valebit in eo testamento scripta, quod valet. Sanè vt eò reuertamur vnde digressi sumus, posthumos nepotes sub cõditione institui, Gallus docuit, si filius meus viuo me morietur, & cetera. Voluit autẽ lex viuis nobis natos similiter non rumpere. quæ verba in vniuersum legis propositũ aperiunt. Quod deinde, cum in priori capite Scæuola ostendisset posterioris quoque verba demum explicat, ad omnes itẽ casus pertinentia quos supplẽdos in Galli sententia dixerat. Et tamen ait posteriore capite nõ permittit institui, sed vetat rumpi néve ob eã rem minus ratũ esset, quod succedit, dummodo scilicet (vt ipse idem scribit) heres institutus sit, aut exheredatus. quasi dixerit institutionẽ non esse posteriori parte disertè permissam, sed sub cõditione mẽtionem eius habitam. Quod confirmare videtur Vlpianus, ita scribens: Quocumque autem modo parentes in potestate esse desierint, succedentes liberi si fuerint instituti, vel exheredati non rumpent testamentum. Item alibi: Si heredes instituti sint, vel exheredati. ita enim post legem Velleã succedendo non rumpunt testamẽtum. Ego vero magis argumentantem & opponentem Scæuolam scripsisse arbitror, vt videlicet eo dilucidius rem explicaret, quàm quod vero arbitraretur legẽ non permisisse institui. Nam & ratio facit, vt qui conditionẽ adscribit, permittere ac velle curareq; censeatur, conditione comprehensa fieri, & Gaius & Iustinianus quos suprà retulimus, nedum permissum, sed & necesse fore scribunt, nepotem hæredem institui, vel exheredari, ne fortè successione rumpat testamentum. idque, aiunt, lege Iunia Vellea prouisum est. Quin & Iulianus, in difficili sic legem voluisse, induxisséq; in hoc vel commixtis capitibus interpretatur, vt & post testamẽtum viuo patre natus, ac mortuo mox patre succedens institui possit. quem & manifeste Scæuolã ipse secutus est. Quibus omnibus planè liquet, primo legis capite cautũ, vt institui possit nondum natus, qui cum nasceretur suus esset, proptereáque sub conditione, si suus nasceretur, quod vsu prius receptum non esset. quamuis in posthumo tale aliquid Gallus induxisset. Secundo capite, vt in locum

xxix. de lib. & po. 8. 9. pe.

vj. de iniu. rup. 3.

ij. de vul. & pup. prima.

lvij. de manu. testam. viij. de iniust. rup. insti. de exhere. lib. 4. xxix. de lib. & post. pen.

locum suorum qui sui esse desissent, sequentes succederẽt: vt nec instituti, nec nominatim exheredati, rumperent. vt instituti aut exhæredati nõ rumperent, néve ob eam rem minus ratum testamentũ esset, quod succederent, proindéque vt institui, & quidem sub ea conditione possent. Quod idem & in nato post testamẽtum, qui patri succederet, Iulianus admisit. nõ quidem alterutro legis capite, sed vtroque: quod nondum natus, & viuo testatore natus, ex priori: quod succederet, institutúsque esset, ex altero. Apparet postremò, quàm vane sentiant, si qui scribunt nihil posteriore capite legis inductũ de testamentaria successione, sed suorum successionem tãtum productam. qua existente, cum sequeretur præteritos rumpere, ex consequenti voluisse eam censeri vt instituantur, aut exhæredentur, quod priori capite notatum fuerit. quo quidẽ loco & Galli casus continerentur. Sed Scæuolæ interpretatione factum, vt lex quolibet casu procederet, pręter hos qui Gallo tractati essent. Enimuero constat ea lege institutionem, exhæredationem, disertè requisitam: nullámque de posthumis, sed horum qui viuo testatore nascerentur, aut quasi agnatione succederent, rationem habitam, & iurisconsulti & principes testantur. & priori capite permissum institui nondum natos, qui cum nascerẽtur sui essent, & Scęuola testatur. proinde nõ nisi viuo testatore in lucem editos, quod legis verba sonant, ad eam pertinere, & ipse & alij scribunt. Nec à prædictis abhorret Iustiniani cõstitutio. nam & nos adfirmamus, nepotes ceteróśq; pręteritos adgnascendo rumpere. Ex lege vero Vellea, inquiunt. At ego idem statuo, quod ante pręteriti non rũperent: sol̀óque accrescendi iure ad portionem admitterentur. Neq; ideo tamen sequitur, de testamenti confirmatione lege non cautum, cum plerisq; quorum suprà meminimus, id probatissimum sit. Siquidem palàm secundi capitis aut verba, aut sententiam exponũt. Neque etiàm dicendum est, ex duodecim, quod quidam scribunt, solum filium sui heredis ius habuisse: quo quid absurdius? Abunde namque ostendimus, omnes in familia descendentes eo iure gradatim & suos & necessarios fuisse testatori, intestatóq; antiquum item ius ex-

xxxiiij. C. de inof. te.

hæredationis non minus, ac patriā poteſtatem. Sed dum maioribus ac grauioribus operam damus, Inſtitutiones negligimus, tanquam elementarias adoleſcentium pagellas: cum ſit turpe magis noſtris hęc principia non tenere, quæ cum pleriſque antiquitatis monumentis eò ſcitu neceſſaria antecessores illi coniecerūt. quibus deſtituti, in ſupinos errores illabimur. in rem autem præſentem reuocatis, complura facile conſonarent, quę diſſona & pugnacia viſa ſunt omnibus ferè his, quorum commētaria nonnūquam temporis & olei iactura pleraque leguntur. neque magis iter ingredientibus aperiunt, quàm commenticiis tum vepribus, tum ſalebris obducunt. Breuibus autem contēta eſt, elucétque, cum vnica & aperta ſit, veritas: ſi minus ambitioſi, amicam illi ſimplicitatem ſectemur. Sed iam Scæuolam ipſum audiamus.

Gallus ſic poſſe inſtitui poſthumos, nepotes induxit.

Nepotes inquit ſic inſtitui poſſe, nihil de filiis memorat, vtpote nihil de ipſis inſtituēdis exhæredandíſue diſputaturus: de quibus plenè tractatum ſciret. Induxit verò non ius nouum: neque enim eiuſmodi fuit iuriſconſulti officium, eo præſertim tempore quo hęc ille commentabatur: ſed cautionem & formulam ex iure, quod erat, duxit ad teſtamentorum conſeruationem.

Si filius meꝰ viuo me morietur, tūc ſi quis mihi ex eo nepos, ſiue quæ neptis poſt mortē meam in decē mēſibus proximis, quibus filius meus moreretur, natus nata erit, heredes ſunto.

l. v. xxxj. de vulg. & pu. i. xxxvij. de her. inſti. xiiij. de vul. & pup. xxx. de lib. & po.

Hæc eſt formula nepotis inſtituendi: quā præcedere debeat filij inſtitutio. quod Scæuola admonet in omnibus his ſpeciebus obſeruandum. & Africanus ait, Gallo Aquilio placuiſſe, filium, & ex eo nepotem poſthumum, heredes inſtitui. & hoc eſt quod Iulianus ait, Duo gradus heredum ſunt, cum ita ſcribitur, ſi filius meus me viuo morietur, &c. Præſupponit enim, filium ritè inſtitutum, & ſubſtitutionis caput exprimit. alioquin

nullum

nullum est testamentum, quo pater sibi heredem instituit, si viuo se filius decedat, vt scribit Pomponius. atq; hæc clara sunt, nisi eorum verbis vis adferatur, ac iuris regulæ de liberis instituendis vel exheredandis, ne præteritis rumpatur testamentum.

Quidam recte admittendum credunt, etiam si non exprimat de morte filij.

Pone enim scriptum, Filium instituo, si quis mihi ex eo nepos, &c. nam particula Mihi natus, ius sui denotat, atque adeò filij mortem præcessuram. alioquin nasceretur, inquiunt, nepos non testatori, sed patri: quod non probo. neque enim patri in potestate existenti suus nascitur, nisi potentia: cum scilicet in potestate patris recasurus sit. quin & propius est, vt auo suus dicatur, quàm patri, cum institutus est nepos. quod si vocibus his ius sui heredis notaretur, vt volunt, nónne iam expressum erit de morte filij per necessarias consequentias? Itaq; simplicius ponamus, institutum filium & nepotem post mortem testatoris nasciturũ. quid ni enim valebit testamentum, in quo nepos reperitur de medio sublato filio institutus?

iiij. v. de his qui sunt sui vel ali. iur. xxi. de adul. vi. de acqui. her. 3. xx. de oper. no. nunc. i.

Sed simpliciter instituat, vt eo casu valeat qui ex verbis concipi posse.

Ex verbis Galli, inquit Accursius: alij puto melius, ex verbis testatoris simpliciter instituentis, nec expresso de morte filij, concipi casum ad Galli consilium. Itaque si ponas institutum filium, & ex eo nepotẽ mortuo testatore nasciturum, valebit. siquidem concipi ex his verbis potest casus ad Galli institutionem: vtpote viuo testatore, mortuo filio, nepos intra decem menses natus erit institutus. Atque hæc expositio clare mihi probatur inferioribus verbis, vt instituens nepotem, qui sibi post mortem suus nasceretur, atq; etiam si generaliter quidquid sibi liberorum natum erit post mortem, aut quicunque natus fuerit, quibus multiplices interpretum nugæ tolluntur.

Idem credendum est, Gallum existimasse & de pronepote: vt dicat testator, si me viuo nepos decedat, tunc qui ex eo pronepos, & cetera. Sed & si viuo filio, iam mortuo nepote, cuius vxor prægnãs esset, testamẽtum faceret: potest dicere si me viuo filius decedat, tũc qui pronepos. Num si & filius & nepos viuat, cõcipere vtrisq. mortuis viuo se, tunc qui pronepos nasceretur? quod similiter admittendum est. ita sanè, si prius nepos, deinde filius decederet: ne successione testamentum rumperetur.

Tunc enim nec nepote ante testatorẽ mortuo testamentum reualesceret, vt hoc loco apertius significatur, quàm hæsitandum sit: quod plerique testãtur. Sed mihi haudquaquam negari videtur his verbis, bonorum possessionem secundũ tabulas accipi posse per hæredẽ scriptum, qui rẽ ab intestato auferre possit: quod Vlpianus 2
voluisse videri potest, circa institutum & irritum testamentum. quanquam Galli consilio locus non sit, quod ad testamentum confirmandum iuris communis subtilitate inspecta tendit, secũdum quam successione testamentum rumpitur. quod hic Scæuola voluit, & non obscurè fatetur Vlpianus. Iniustum autẽ apud eum exponere, in quo iuris ciuilis solẽnia seruata non sunt, differentiámque constituere ad telum id genus vitandum, inter iniustum & nullius momenti, contra eiusdem auctoritatem videtur, iniustum appellantis in quo super- 3
stes filius prætereatur, quod & non iure fieri Gaius scribit. quanquam id nullius momenti dixerit Papinianus: & idem non iure factum, in quo solemnia iuris deficerent. quod autem ipse nullius momenti, Gaius inutile appellat. Et quia complures casus sunt; sic habeto: posthumum, id est mortuo testatore natum, si præteritus sit, rumpere testamentum: neque id eo mortuo cõualescere. Qui vero post testamẽtum viuo testatore oritur, prę- teritum rumpere. sed eius mortem viuẽte adhuc testatore secutam, ad bonorum possessionem secundũ tabu-

xij. de iniu. rup. testa.

iii. de iniu. ru. te. 2. vj. e. tit. 3. xiij. eo. tit. j. eo. tit. xxx. de li. & posthu. ij. C. de posthu. hær. insti. xij. de iniu. rup. te. xiij. eo. tit.

las

las proficere. Si autem præteritus sit qui loco posthumi, id est qui succedẽdo, & quasi adgnascẽdo fit parẽti suus heres, rumpi testamentum: quod an eo mortuo viuente testatore cõualescat, nihil Vlpianus scribit. scribit vero de nato post testamentũ, quem nemo antecederet in iure sui heredis. de quo Scæuola nihil hoc loco meminit. Quod si tẽpore testamenti natus & suus prҿteritus fuerit, viuoq; testatore decesserit, non valere testamẽtum, neminémque ex eo heredem existere posse, palàm est. & hæc facilis est antinomiarum conciliatio. insti. de exhere. lib. j. vij. de li. & posthu.

Et quid si tantum in mortis filij casum conciperet? quid enim si aquæ & ignis interdictione peteretur?

Quo casu irrita fieret institutio filij. eóque sic de medio sublato, nepos in eius locum succedit, si iam natus est: aut si mortuo testatore nascetur, eo ex Galli consilio instituto, valebit testamentum. i. de iniu. rup. te. & ir. de bo. poss. contra tab. pen.

Quid si nepos ex quo pronepos institueretur, vt ostendimus, emancipatus esset.

Hæc cautè. Neque intelligas emancipatum, qui institutus est. nam emancipationҿ nõ tollitur institutio. sed exaudias nepotem ex instituto filio præteritum, viuo filio emancipatum. quo nepotis ius è medio tollitur, capitis deminutione. i vl. j. de suis & leg. 3. insti. here. quæ ab int. 2.

Hi enim casus, & omnes ex quibus suus heres post mortem scilicet aui nasceretur, non pertinent ad legem Velleam.

Lex enim de natis viuo testatore loquitur, vt pluribus locis testatum est. Ac tacitæ obiectioni respõdet: si quis diceret, quid aquæ & ignis interdictionem? quid emancipationem huc misces? nonne lege Vellea omnes casus comprehẽsi sunt verbis illis generalibus, Si quis ex suis heredibus suus heres esse desierit? At, inquit, ad legem Velleam non pertinent casus, quibus suus heres post mortem nasceretur.

Sed ex sententia legis Velleę, & hęc omnia admittenda sunt, vt ad similitudinem mortis ceteri casus admittendi sint.

Nam ea lex ad Aquiliani consilij similitudinem omnis virilis sexus, qui testatori sui nascerentur, institui posse voluit: item in locum suorū qui sui esse desierint succedere. quæ generalia verba ad omnes casus, de quibus supplendis hic dictum est, pertinent. Hinc constat legislatorem existimasse Gallum æque sensisse de casibus omnibus, ad cuius similitudinem ipse legem rogauit: quæ voluit, inquit Scæuola, viuis nobis natos similiter non rumpere. Similiter quippe, vt in superioribus casibus proximè ad Gallum tractauerat. & Iustinianus ait, idq; lege Iunia Vellea prouisum est: in qua similis exhęredationis modus ad similitudinem posthumorum demōstratur. Et hęc apta videtur Galli aduersus calumniantes defensio. neque enim in eius sententia supplendos casus dixit Scęuola, nisi interpretatione illustrando, complanandóque qua iter vi ipsa aperuerat Aquilius: neque exemplo restrinxerat. Ex sententia igitur legis interpretatur Scæuola, in sententia Galli ceteros casus ad similitudinem mortis admittendos: vtpote quæ eodem modo ceteros casus ad similitudinem mortis admisit, vt successioni, ac proinde institutioni, & exhæredationi locum facerent. In quo satis ostendit, Gallum quoque, ad cuius similitudinem ipsa procederet, idem sensisse de posthumo, qui mortuo testatore adgnasceretur, instituendo vel exhæredando, subtracto à iure sui filio, aut etiam nepote, vt diximus.

i. 8. insti. de exhær. li. 4.

Quid si qui filium apud hostes habebat, testaretur, quare non induxere, vt si antea quàm filius ab hostibus rediret, quamuis post mortem patris decederet, tunc deinde nepos, vel etiam adhuc illis viuis post mortem scilicet aui nasceretur, non rumperet:

Sit casus hic, quem Scæuola ad legem Velleam non pertinere ait, vt testator apud hostes filiū haberet: cuius

testatoris

testatoris post mortem, quem auum appellat, suus heres nasceretur: si nepos, quem ex captiuo filio habebat post mortem captiui patris decederet, siue patre captiuo, testatoréque adhuc viuis: dum suus heres nascatur, post mortem testatoris, Verba quidem, Tũc deinde nepos, non ad sequens verbum, Nasceretur, sed ad praecedens, Decederet, referendum existimo. pariter & illa, Vel etiam adhuc illis viuis: ad quæ vsque verba, à dictione Antea quàm, omnia per interpositionem exaudiri debeant, vt contextùm sic ferè ordinemus: Quare non induxere, vt non rumperet? quis non rumperet? pronepos, aut suus hæres, cuius proxima quæstione mentionem fecerat. Quare igitur non induxere, vt pronepos, aut suus hæres non rumperet, si nasceretur post mortem scilicet aut testatoris, antea quàm filius ab hostibus rediret? Quamuis post mortem patris decederet tunc deinde nepos? vel etiam adhuc illis viuis? scilicet auo testatore, patréque captiuo viuentibus, decederet nepos? nulla hoc pacto fit verbis violentia, nisi si quis calumnietur illa, post mortem scilicet aut, ad testatorem proauum minus aptè referri, quod nihil impedit. iij. de postu. Nam & proauus auus est, & Scæuola ipse suprà eodem 2. l. de verb. significatu eandem vocem, infráque posuit. sig.

Nam hic casus ad legem Velleã non pertinet.

Quia scilicet mortuo testatori his suus hæres nascitur, quod iam dixerat.

Et melius ergo est, vt in huiusmodi vtilitate, præsertim post legem Velleã, quæ & multos casus rumpendi abstulit, interpretatio admittatur, vt instituens nepotem qui sibi post mortem suus nasceretur, recte instituisse videatur, quibuscumque casibus nepos post mortem natus suus esset, rumperetque præteritus.

Sed cur præsertim post legem Velleã, si ad eam legẽ hi casus nõ pertinent? Nimirum quia lex Vellea ad regulam & rationẽ Galli sese accommodans multos casus rumpendi abstulit: simul quid ille senserit ostendit,

nec otiose præsertim, inquit, quasi & ante legem interpretationis æquitatem extitisse indicans. Et attend quæ interpretatio admittatur: vt instituens nepotem, & cetera. cum plures casus personásque præmiserit, subicit admittendum, vt instituens nepotem. qui sibi post mortem suus nasceretur, recte instituisse videatur. quibuscumque casibus nepos post mortem natus, suus esset. planè vt videamus, instituti nepotis mentione omnes eum intellexisse, quos post mortem natos, suos institui posse dixerat. Vnde subiecit: Atque etiam si generaliter, & cetera. Quare nec improbanda lectio, post mortem, scilicet aui, neque eorum expositio, qui de pronepote nato viuis filio & nepote intelligunt. Quid enim mirum, si auo proauum quoque contineri accipiamus? Nam & ita ferè Scæuola, & in nepotis voce & pronepotem hoc loco significat.

xxxij. ad L. Aquil.

Atq. etiam si generaliter quidquid sibi liberorum natum erit post mortem, aut quicumque natus fuerit, sit institutus, si suus nascetur.

Sic enim lata est Vellea primo capite, vt infra expressum est: meritò ab eius verbis generalibus. quo ad personas & casus hæc deducit, ad casum cuiusque nati post mortem sui.

Si eius qui filium habeat, & nepotem ex eo instituat, nurus prægnans ab hostibus capta sit, ibique viuo pariat: mox ille post mortẽ patris atque aui redeat: vtrum hic casus ad legem Velleam respiciat, an ad ius antiquum aptãdus sit: poßitque vel ex iure antiquo, vel ex Vellea institutus non rumpere? quod quærendum est, si iam mortuo filio pronepotem instituat, redeátque mortuo. Sed cum testamentum ab eo non rumpitur, nihil refert an ex iure antiquo, an ex lege Vellea excludatur.

Cum nihil referat, quo iure excludatur à rumpendo testamẽto nepos hic & pronepos institutus: quid superfluo

fiuo immoramur,in quo(Scæuola ipso auctore)non est tempus conterendum? Ius autem antiquum intellige, quod & ante Velleam vigeret,cui iuri puto Gallus consilium coaptauit. Siquidem ex re qua de agitur, aliud atq; aliud ius significamus, illud videlicet quod proximum viguit, etsi compluribus locis ad duodecim tabulas ius antiquum, seu vetus referri constat. At in casu nostro, quod ante Velleam ius fuerat, antiquitati adscribit Imperator, cum de exheredatione liberor. scribit, quàm post duodecim exstitisse significat: eámque ipsam mediam iuris prudẽtiam vocat Accursius. Quod vero quærendũ aitScæuola, si iam mortuo filio pronepotem instituat,redeátque mortuo: intellige pronepotem ex nepote,cuius vxor prægnãs captiua facta sit: qui mortuo scilicet testatore deinde redeat. vt idẽ sit casus cum priori,personis filij,nurus,nepotis:duntaxat in nepotis,pronurus,pronepotis personas mutatis.

xxxij. de dõ. inter vi. 7.i. de peti. her. i.ad Tertuli. 7. insti. de exher. lib.6.

Forsitã addubitet quis,an istis casibus si nepos post testamentum nascitur viuo patre suo,deinde ex eo concipiatur, ísque viuo patre deinde auo nascatur:an non potuerit heres institui, quia pater ipsius non recte institutus esset.

Istis casibus, intellige institutionis generaliter factæ quidquid sibi liberorũ,aut quicumque natus fuerit, ac quibuscumque casibus nepos(vt dixit) post mortẽ natus suus esset, rumperétque præteritus. Quibus verbis correspondent ea quæ mox leguntur, hic enim suus hæres nascitur, & post mortẽ nascitur, quin & verba hæc. Quia pater ipsius non recte institutus esset,illis respondẽt eodem loco positis,recte instituisse videatur.quibus suaderi potest,dubitationem ex eo deriuari. non autem istis casibus nepotum aut pronepotũ, quos proximè ex captiua matre ortos finxit.nam & quis eorum suus hæres nascitur(quod sequitur)& post mortẽ nascitur? Pone igitur testatori fuisse filiũ,quo viuo, post testamentũ ex consilio conditũ natus sit ex eo nepos, ex quo deinde concipiatur pronepos, ísque viuo patre, qui viuo

patre conceptus,deinde auo nascatur. At quo patre conceptus?nempè ex quo nepotem natum dixit,viuo patre suo,quid autem deinde auo nasci? mortuo scilicet testatori nepotis auo, nasci pronepotem ex nepote conceptum,cuius nati respectu, etsi proauus testator signantius dici posset: melius tamen & nepote & pronepote posito,auus dictus est, communi ad vtrumq; vocabulo qua etiam nuncupatione plerumq; tractatu isto vsurpatur. Ac deinde inquit,id est post vitam patris,quo viuo conceptus erat,at deinde auo nascatur, vt scilicet institui potuerit,nō explicat, viuo vel mortuo auo nascatur.sed mortuo intelligendum. nam Galli multiplices casus haud obscurè adhuc prosequitur, & istis, inquit, casibus addubitet quis, & infrà, post mortem nascitur. Quin & nepotē,ex quo pronepos cōceptus proponitur, ante patrem,id est filiū testatoris mortuum credas: Ne successione(vt ait)testamētum rumperetur.Cum enim quæstio proponitur, his expressis quorum dubitatio versatur.cetera cōcurrere imaginemur,sine quibus disceptatio nō procederet, vnde sæpe iuris auctores protestari solent, si aliud nihil impediat. An igitur deinde auo nascatur hic ex nepote conceptus? An nō potuerit hæres institui, quia pater ipsius non recte institutus esset?hæc enim duo quæsita esse demonstrat,repetita An, interrogationis nota:quæ priori loco superuacua esset, nisi ab illis verbis,Istis casibus, quibus præposita est, suspensa.& sequētibus.Deinde auo nascatur,addita, priorem interrogationem faceret. An deinde auo nascatur? quasi dixerit, an is sit qui auo natus, ac proinde adgnatus dicatur:atq; ad Galli substitutionem adplicetur? An non potuerit hæres institui.·quasi ad eā substitutionem quam Gallus ostendit, nihil pertineret: eò quòd pater ipsius, idémq; testatoris nepos, non recte institutus esset? non quòd nequaquam institutus, vt pleriq; volunt: sed quòd generalis ea institutio fuerit.quæ personis inspectis fortasse ipsum cōprehenderit; quoad casus minime, tāquam relata ad natos post mortem nihil respiciat hunc in vita natum,vt Pomponius ait,quo diuersitas huius casus constet ab eo qui supra tractus fuit, si prius nepos, deinde filius decederet,ne successione testamen

.xx.de testa.j. xix. C.de testa.

x.de li.& po.

ſtamentum rumperetur. nam eo loco penitus omiſſus eſt nepos:hic inſtitutus.ſed minus recte. Neque minus dubitandum hic,vt cenſent.nepos enim viuo licet filio inſtitutus, cum in poteſtate ſit, ſuus etiam ac neceſſarius dicitur. Quapropter haud ineptè dubitari potuit hoc, ſui hæredis ius inſtitutione excitatum, nocuum quoque ad euertendum teſtamentum ſurrexiſſe. cum alioquin intactum nihil nocuiſſet,nepote præmortuo. Expreſſa enim plerumque nocent,ac præſertim minus aptè:quæ neceſſariò exprimenda non fuiſſent.ad quam dubitationem eximendam reſpondet.

vi. de acqui. hęre.3.xiij.de bo.lib.xvj.de cu.furi. l. de con. & dem. vi. C.ſi quis al.vel ſi.

Quod minime eſt expaueſcendum.hic enim ſuus heres naſcitur,& poſt mortem naſcitur.

Hic,inquit,ſuus hæres naſcitur. quaſi diceret, hic eſt qui ius ſui natus nanciſcitur, non eius pater, teſtatoris nepos filio præmortuus. quod hæc verba ſic animaduerſa ſatis apte ſignificant, vel diſſimulantibus. Hinc apparet, nepotem, qui recte inſtitutus non ſit, quamquam altero caſu fuerit inſtitutus, puta poſt mortem naſceretur, haud propterea magis ſuum fieri, ſi filius eum præcedat,etſi ſuus fieret rectè inſtitutus. Et vero, inquit,poſt mortem naſcitur, quibus verbis liquet, caſum hunc ad Gallum reſpicere. Quid enim ponderatur natiuitas poſt mortem niſi mortē teſtatoris intelligas? nempe hæc eſt potiſſima formulę pars,cuius compluribus locis ſuprà mentio facta eſt. ac præſertim verbis generaliter conceptis,quibus dubitàtio hæc incidit.

Ergo & (ſi pronepos admittetur) qui natus erit ex nepote,poſtea viuo filio, atque ſi ex eo natus eſſe,adoptatur.

Sic habet Tuſcus codex,ſanius quidem puto:certe ſalubrius,quàm vt tot difficultatibus quibus miſerè conflictemur excitatis,angantur interpretes. Itaq; ſi pronepos admittetur cōceptus & natus, vt proximè propoſitum fuit: ergo & qui natus erit ex nepote, poſtea viuo filio adoptatur,atq; ſi ex eo nat⁹ eſſet,admittetur pronepos,ſed nūquid hic ipſe pronepos adoptat⁹, admittetur

vt rectè institutus) non puto voluisse hoc Scæuolam hac clausula: neque enim hic iã pronepos est, sed nep post adoptionem: cum omnia in iustam adoptionẽ r quisita, obseruata esse credendum sit. Præterea is cas ad Velleam pertineret, non ad Galli institutum, quo tractat. Admitteretur autem, intelligo in tractatũ: qu fere significatu suprà hoc verbo vtitur. Admittetur, i quã, hic qui ex nepote natus, loco nepotis adoptatur, si ex eo concipiatur, isq; viuo patre: deinde auo nasc tur, idem iuris sit de hoc pronepotis in nepotẽ adopta conceptu, quod proxime de nepotis conceptu dixit. V etiam in vniuersum admittetur in Galli consilium tractatum, qui adoptatur tanquam ex filio natus, etsi e nepote natus sit. omnibúsq; suprà tractatis casibus, qu ad nepotis mentionem pertinent, applicabitur. facil hæc & minime salebrosa est positio.

vi.x.xi. de ad opti. insti. e. tit.7.

In omnibus his speciebus illud obseruandum est, vt filius duntaxat qui est in potestate, ex ali qua parte sit hæres institutus. nam frustra exhæ redabitur post mortem suam, quod id non esse ne cessariò in eo filio, qui apud hostes, si ibi decedat & in nepote certe & pronepote: quorum si liber hæredes instituantur, institutionem nunquam e xigemus: quia possunt præteriri.

Postquam omnes species & casus ad Galli consilium spectãtes delibauit, illud in vniuersum admonet, quod ad testamenti caput attinet, quæ est institutio, vt filius instituatur dũtaxat qui est in potestate, vnde qui apud hostes est, non est necessariò instituẽdus, si ibi decedat reuersus enim rumperet. Rursus duntaxat filius sit hæ res institutus: Id quod non esse necessariò faciendum in captiuo, & in nepote certe, & pronepote: quorum in stitutionẽ numquam exigemus, si liberi heredes insti tuantur, liberi inquam, siue testatorum filij, qui prim gradus sunt: siue liberi nepotis aut pronepotis here des instituantur, iuxta Galli consilium: dum tamen (vt suprà dixit) nepos præmortuus sit, ne successione testamen

vi. de iniu. rup. te.3.

testamentum rumperetur, & congruentius hoc posteriori modo intelligendum videtur. vix enim est, vt si liberos pro filiis duntaxat capias (quod tamen hoc tractatu factum videmus) ad Gallum hic locus pertineat. Sed & quæ hic de nepote & pronepote dicuntur, si præcedentibus continues, congruēs intellectus erit, in filio qui apud hostes sit, & in nepote & pronepote qui item apud hostes sint, necessariam non esse institutionem, si eorum liberi instituantur. Ex aliqua autem parte institutum intellige, scilicet saltē. nam & in vniuersum institui potest. & de institutione filij simpliciter Gallus meminit, Africano auctore. Ac de his suprà satis tractatum est. Quod autem frustra exheredabitur filius post mortem suam, satis nostri declarant, nec noua quæ contrà adferuntur, ex Papiniani responso deprompta, multum mouent. Eius enim teli multiplex est aliorum depulsio, quæ nequaquam ea ratione conuellitur, quod verba, cum moreretur, in fauorabili materia post mortem intelligantur: summus autem fauor in euertenda exhæredatione versetur. præterquam enim quòd retorquetur argumentum, si in confesso est exhæredationem odiosam esse, vt consequens sit ea verba vitæ tempus complecti: sermonis etiā proprietas vrget. Quin & cum de fauorum concursu tractamus & odiorum, vt magis attendatur iuuetq; conseruatio testamenti, quàm obstet exheredatio, propius est. Nec dubitatio de causa caduci hoc loco à plerisque excitata procedit, vel quod Papia lex substitutione vitaretur, vel quod pepercit descendētibus in tertium gradum scriptis. Et hæc & alij tradiderunt. Addi potest & illud, eam legem quæ diui Augusti tempore lata est, minime Galli tempore metuēdam fuisse. Posse autem præteriti nepotem & pronepotem dicamus, si præmoriantur, aut capti ab hostibus non redeant: neq; testatori quasi adgnascantur. ex quibus pręcisa illa verba moderentur, numquam exigemus.

xxxj. de vul. & pup. vlt. de condi. insti.

x. de inoff. te. i C. de cad. toll. j. vj. de iniut. rup. testa. 3.

Nunc de lege Vellea videamus. Voluit viuis nobis natos similiter non rumpere testamentum. Et videtur primū caput eos spectare, qui cum nascerentur, sui hæredes futuri essent. Et rogo, si filium

habeas, & nepotem nondum natum tãtum ex e heredem instituas: filius decedat, mox viuo te ne pos nascatur: ex verbis dicendum est, non rump testamentum, vt non solum illud primo capite no tauerit, si nepos qui eo tempore instituatur quo fi lius non sit: verum & si viuo patre nascatur. qui enim necesse est tempus testamenti faciendi respi ci, cum satis sit obseruari id tempus quo nascitur.

Viuis, inquit, nobis natos, voluit, scilicet lex similite non rumpere, similiter vt Gallus voluerat, docuerátqu post mortẽ natos, vt suprà explicatum. Primũ autem ca put eos spectare ait, qui cum nascerentur, sui hæredes fu turi essent: quod satis suprà tractatum est. hinc nepotem nondum natum, at tãtum nasciturum, qui mortuo filio testatore viuo nascatur, ex verbis negat rumpere. vt non solum illud primo capite lex notauerit, si nascatur ne pos qui eo tempore instituatur quo filius nõ sit, hoc est non viuat: verum & illud, si nepos nascatur, qui instituatur viuo patre, quem tamen patrem ponas mortuũ ante nepotem natum. Neq; verba, viuo patre nascatur, simul legas, vt exponendum sit, viuo patre, id est testatore pa tre filij pręmortui. sed & si viuo patre instituatur, intel ligas (vt dixi) nepotem natum qui suus heres futurus sit hinc recte sequitur, non faciendi testamenti tempus, sed quo nascitur obseruari, num suus heres futurus nascatur quamquam enim testamẽti tempore nepos nasceretur non suus futurus nasceretur, nisi priori casu, quo patre mortuo institutus esset. Et is tamen qui sub testamenti tempus viuẽte patre cum adgnasceretur instituitur, ex verbis, inquit, dicendus est non rumpere, hoc enim ca put eos spectat, qui cum nascerentur, sui hæredes futuri essent, quid ni autẽ hic mortuo patre viuo testatori ad gnatus cum nasceretur suus heres futurus est?

Nam & si ita verba sunt, Qui testamentum faciet, is omnis virilis sexus qui ei suus heres fu turus erit, & cetera: etiam si viuente parente vi uo nascantur, sequenti parte succedentes in locum

libero-

iberorum non vult rumpere testamentum.

Ampliusait Scæuola,nolle legem testamentum rūpi er succedētes in locum liberorum,quamuis primi caitis verba id non exprimant,etiā si parente,id est testaore viuente,viuo cuipiam filio nascantur,nam sequeni parte legis hoc haberi,vt succedētes in locum liberoum non rumpant testamentum.Primū autem caput sic abere existimemus:Qui testamentum faciet, is omnis irilis sexus,qui ei cum nascetur suus heres futurus erit, nstituendi potestatem habeto. Alterū autem sic cōcinatum credamus licet:Si quis ex suis heredibus suus hees esse desierit,liberi eius & ceteri in locū suorū sui heedes succedūto : néve ob eā rē.si instituit aut nominaim exheredati ad similitudinē posthumorū sint,minus atum testamentū esto.Quāuis ergo prioris capitis vera quadamtenus testamēti tempus demonstrent, quipe qui testamentum,inquit,faciet:Verba tamē,cum nacetur, & posteriori item parte,latius, patent vt non soum si viuente cōmuni parēte mortuo,deinde filio nacatur nepos,nō rumpat:sed etiā si viuente hoc cōmuni arente,viuo item filio eius nascātur,succedentes in locum liberorū nec rumpant.atq; hoc casu intelligas, tetamenti condendi tempore omnes liberos iam natos & ncolumes. quod proximis verbis interpretādum testaur:& Gaius lib.2.Instit.ad Velleam pertinere significat.

Et ita interpretandum est,vt si & filium & nepotem & pronepotē habeas:mortuis vtiq;, pronepos institutus succedens in sui heredis locum non rumpat. Et bene verba se habent, si quis ex suis heredibus suus heres esse desierit, ad omnes casus pertinentia,quos supplendos in Galli Aquilij sententia diximus.ne solum si nepos viuo patre decedat,nec succedens pronepos auo mortuo rumpat:sed & si superuixerit patri,ac decedat,dummodo hæres institutus sit,aut exheredatus. xiij.de iniur. rupt.test.j.

Clarissima hęc sunt generalium secūdi capitis verborum vim exprimētia,vt ad omnes,casus pertineāt,quo-

rum suprà ad Gallū tractatu facta est mentio. Et quantum ad hunc qui filiū nepotem, pronepotem habeat, pronepotem ait institutū non rumpere, filio nepotéq; viuo testatore de medio sublatis, vtiq; inquit: quod est penitus & omnino ambobus mortuis. quod locum habeat siue prior decedat nepos, deinde filius: siue contra filius prior, dū hic nepos institutus sit, aut exheredatus nominatim videlicet. quod legē exigere suprà testatus sum.

Videndum, num hac posteriore parte, si quis ex suis heredib. suus heres esse desierit, liberi eius & ceteri in locum suorum sui hæredes succedūt, possit interpretatione induci, vt si filium apud hostes habens, nepotem ex eo hæredem instituas: nō tantum si viuo te filius decedat, sed etiam post mortem, antequam ab hostibus reuersus fuerit, succedendo nō rumpet. nihil enim addidit quo significaret tempus, nisi quod, licet audenter possis dicere, viuo patre hunc suū heredem esse desisse, licet post mortem decedat: quia nec redit, nec potest redire.

Nouus casus ad Velleam interpretatione adiectus: vt nepos ex captiuo demum post testatorem defuncto succedens non rumpat. nihil quidem addidit lex, quo tempus hoc successionis significaret. itaque vix à verbis huius interpretationis argumētum sumi poterat. nisi quod dici possit, hunc captiuum viuo patre suum hæredem esse desisse. proindéque nepotem ex eo in eius locum successisse, viuente auo. quia iam (vt euentus docuit) redire non potuit. ac si cum Vlpiano libro decimo ad Sabinum diceret, non creditur in rebus humanis fuisse filius cum in ea causa decedit. Audenter verò dictum existimat Scæuola, quod fictione legis Cornel. æ suffragante, non vere hoc dici possit.

vj. de iniur. rupt. tc. 3.

Ille casus in difficili est: Filiū habeas, & nepotem nōdum natum instituas. isque nascatur viuo patre suo: ac mox pater decedat. nō enim suus heres est tēpore quo nascatur, nec posteriori alijs succedendo

cedēdo prohiberi videtur rumpere, quàm qui iam natus erit. Deniq. & superiore capite, vt liceat instituì nondum natos, qui cum nascentur sui erunt, permittit. posteriore capite nō permittit institui, sed vetat rumpi: neve ob eam rem minus ratum esset, quod succedit. Porrò procedere debet vt vtiliter sit institutus: quod nullo iure potuit, qui nōdum natus erat. Iuliano tamen videretur, duob. quasi capitibus legis commixtis, in hoc quoq. inducere legem, ne rumpantur testamenta.

Casus apertissimus est, quòd ad factum attinet, sed in difficultate iuris non modica: quod neque priori, neque posteriori legis capite procedere posse videretur. vt vtiliter institutus esset nepos nōdum natus, qui deinde viuo patre suo nascatur: cuius pater mox ante testatorem sit mortuus. Dum enim supra dixerit, obseruari tempus quo nascitur: eo quidem tempore hic nepos nō est suus hæres futurus, qui priori ex parte institui posset. Posteriori autem capite non permittit lex institui succedentem in locum sui heredis, sed vetat per hunc rumpi testamentum successione, qui tamen iam natus esset cùm fieret testamentum. Porrò, inquit, procedere debet vt vtiliter sit institutus, qui nondum natus erat. quibus verbis difficultatem augeri palàm est. nullo enim iure id potuisse ait. Vnde & interrogantis nota pronuntianda esse, videri possunt. neque enim id contra vocis naturam est. Mihi porro, inquit Cicero in Verrem, vt ego non dicam, quis omnium mortalium non intelligit quàm longe progredi sit necesse? & de Oratore: Quid porro tam regium? Sic Scæuola: Porro procedere debet, vt vtiliter sit institutus qui nondum natus erat? quasi dixerit, difficile est id procedere, quod nullo iure potuit. Sed & eodem ferè sensu absque interrogatione legi potest, vt intelligas vtiliter institutum nepotem quem dixerat posteriore capite vetitum rumpere, néve ob eam rem minus ratum esset quod succedit, hic scilicet qui iam natus erat, de quo secundum caput habuit. Porro,

inquit,procedere debet vt vtiliter ſit inſtitutus:idem h ſcilicet, qui iã natus ſuccedit, ꝙ nullo iure potuit, ſcil cet procedere , vt vtiliter ſit inſtitutus qui nondum n tus erat. Eadem quippe obiectio ad caſus difficultate enucleandam,vt demum ex Iuliani ſententia commi tis capitibus rẽ in tuto collocaret,doceretq; ſicuti pri ri capite nondũ natus qui ſuus futurus eſſet inſtitui po ſet, ac poſteriori in locum ſuorum ſui heredes ſuccede tes non rũperent, ſi inſtituti aut nominatim exhereda eſſent:ita & hic ex priori parte nondum natus,ex poſte riore in locum ſui heredis ſuus hæres ſuccedens.inſtitu poſſet,inſtitutúſque nec rumperet. quid mirum? nã h germana quidẽ adgnatione rupturus non erat , ſed ſuc ceſſione, ac quaſi adgnaſcendo.quocunq; autem mod parẽtes precedẽtes in poteſtate eſſe deſierint,ſuccedentes liberi ſi fuerint inſtituti vel exhæredati,nõ rumpen teſtamẽtum,vt Vlpianus ait.& alibi , Ita enim poſt leg Velleam ſuccedendo non rumpunt teſtamentũ.quo loco nihil prohibet , & de his qui poſt teſtamentum nat ſunt intelligi , ſi præcedentia verba recte ponderentur Ex his iam dubitari poteſt , quid ſibi hoc loco voluerit Scæuola,cum ait nullo iure procedere potuiſſe,vt vtiliter inſtitutus eſſet qui nõdum natus erat. nam id ſi abſolutè exaudiatur , euertere videri poteſt ꝙ ſuprà ſcripſimus,poſthumũ ex poſteritate inſtitui, aut exhæredari & potuiſſe,& debuiſſe antiquo iure.Quo autem modo procedere hoc potuit , ſi nullo iure potuit ? ſi commixtis capitibus legis Iuliano viſum eſt in hoc inducere legem,ne rumpãtur teſtamenta,vt vtiliter ſit inſtitutus qui nõdum natus erat?ergo ante legem non potuit, quod vix commixtis eius capitibus receptum eſt? Adde quod ad Galli ſimilitudinẽ lex induxit.Ergo & de poſthumo Gallus induxerat, quod nullo iure poterat, poſthumos nepotes inſtitui poſſe : ꝙ principiò ſtatim Scæuola exorditur. Enimuero contrà nec ſententiæ pænitet: & vero iam oſtendimus,Gallũ nihil ferè aliud,quòd prius non poſſet , in rempublicam induxiſſe: modum tantum ſub conditione inſtituendi poſthumi nepotis oſtendiſſe, in vſúmque vertiſſe. Denique non , ait Scæuola , inſtitui poſſe poſthumos nepotes induxit, ſed ſic

vj. de iniu. rup. te. 4. ij. de vul.& pu. 1.

ſic poſſe inſtitui, ſi filius meus, & cetera. quæ verba inſtitutionis ſpeciem & formulam introductã oſtendunt: neque facultatem datam, ſed demonſtratam. Quod idem & in primo Velleæ legis capite factum qui diceret, quid peccaret? ſiquidem licere permittique, & quæ diſerte prohibita non ſunt, dici poſſunt. At nullo iure potuit, inquiunt. ſed ea verba de legis capitibus loquuntur, non de iure vniuerſo, vt tractatus ipſius contextus indicat. nullo igitur iure, id eſt neutrius capitis iure intelligas: ac ſi diceret, neutro iure. ſi quidem & aliàs nullum pro neutro legimus, apud M. Tullium in epiſtola Pollionis, libro ad Plancum decimo: Cum vero non liceret mihi nullius partis eſſe, quia vtrubique magnos inimicos habebam, in ea caſtra fugi. & apud Neratium libro ſexto membranarum, Superior pars ædificij quæ nulli coniuncta ſit, eodem modo legitur, ſi recte animaduertimus. De legis ergo capitibus credendum eſt Scæuolam ſic ſcripſiſſe: idque dubitando & tractando, quod tamen reſpondendo non tenuit, neutrius capitis iure potuiſſe vtiliter inſtitui ad legis præſcriptum, hunc qui nondum natus erat. Iuliano enim, ac perinde & Scæuolæ aliter viſum, duobus quaſi capitibus commixtis. Atque hæc duo capita commixta duo ſunt iura, quorum nullo procedere potuit, id eſt neutro ſeparatim: vtroque potuit. non quod & prius non poſſet inſtitui, ſed vt inſtitutus non rumperet per legem Velleam, per quam non inſtitutus, aut nominatim exhæredatus rupiſſet: id quod antea, nequaquam obtigiſſet, vt diximus. Ac poſt Iuliani ſententiam animaduertere eſt, indiſtincte abſolutéque reſponſum, hos qui poſt teſtamentum factum in vita naſcuntur, ita demum per legem Velleam rumpere teſtamentum prohibitos, ſi nominatim ſint exheredati. quibus verbis & Iuliani caſum contineri nemo puto dubitabit. idémque & de inſtitutis dicendum: quod & auctoritatibus quarum ſuprà meminimus, & Iuſtiniani conſtitutione conſtat. Iam vero & ſi nullo iure potuiſſe nondum natum inſtitui, permiſſúmque vel Gallo auctore, vel lege Vellea dicamus, ſub conditione inſtitui permiſſum intelligemus, qualis aut Aquiliana foret, aut ex ipſa lege for-

xxviii. ex qui. cau. ma. 2. vi. i. C. de relig.

pe. de dam no infecto.

iij. de iniu. rup. te. j. xiij. eo. ti. inſti. de exher. li. 4.

mula. quod quidem vſu antè receptum non eſſet. forſitan & neque permiſſum, veluti ſuprà ex iuris actorib. diſputauimus.

Quæremus tamen, cum recepta eſt Iuliano ſententia, an ſi naſcatur nepos viuo patre ſuo, deinde emancipetur, ſponte adire poßit hæreditatem. quod magis probandum eſt. nam emancipatione ſuus hæres fieri non potuit.

Eodem caſu continuato, recepta videlicet, probatáque ipſi Iuliano ſententia, quærit Scæuola, quid ſi idem nepos antequàm natus eſſet, inſtitutus, natúſque viuo patre ſuo, deinde emãcipetur mortuo patre, mox teſtator decedat, an adire poterit hæreditatem voluntarius qui ſuus fuerat, ac ſub conditione ſi ſuus hæres eſſe deſierit, & ſi nepos ſuus naſceretur: aut ſi ſuus hæres in locum ſui hæredis ſuccederet, fuerat inſtitutus. quærit inquam, an ſponte adire poſſit? quia iam dubium non eſt, vt ſuum non admitti, qui ſuus moriente auo teſtatore non fuerit. quare dubitatio fit, num ſponte adire poſſit. quod magis probandum ait. Nam emancipatione ſuus heres fieri non potuit: ſi ſuus heres fieri non potuit, emancipatione factus extraneus. reliquũ eſt, hũc ſponte aditurum. pro comperto enim habuit, neque inſtitutionem vitiari, neq; irritum fieri emancipatione teſtamentum. quomodo autem neq; defecta hic & impleta conditio fuerit, abunde à noſtris tractatum eſt. nam quantum ad Scæuolæ ſententiam attinet, mihi eorum interpretatio placet, qui emancipationem deindé mortuo patre nepotis huius factam exiſtimant. quod illis verbis, recepta ſentẽtia, non obſcurè ſignificatur. neque enim otioſe ſcripta ſunt. Recepta autem à Iuliano quæ ſententia eſt, niſi ſucceſſione in ius ſui facta? nam Mox pater decedat, ait. vt inter nepotis natiuitatem, & patris mortem nihil noui, neque emancipatio interceſſerit: & conſtituta ſucceſſio ſit abſque teſtamenti offenſa: quibus receptis, deinde ponitur emãcipatio, propter quam ſuus hæres fieri auo defuncto non potuit. igitur aditione voluntaria potuit.

Inſt. de her. qua. & diffe. 2. inſtit. de her. qual. & diff. 4.

AD

AD CATONEM ET PAVLVM, LÆLII TAVRELLI ENARRATIO.

PAVLVS cum libro 12. ad Sabinum diuisiones stipulationum posuisset, quæ in dando, & quæ in faciendo consisterent: item quæ in danda quantitate versarentur partium præstationes admittere dixisset, quæ verò natura diuisionem non paterentur, minime: vt cum viam, iter, actum stipulamur: rursus quasdam partis quidem dationem natura recipere, sed tamen partium solutione satisfactionem non sequi: veluti si hominem generaliter stipulemur, aut lancem, vel quodlibet vas, Stichúmve aut Pamphilum dari: duo demum præcipue adgressus est. Primum, vt ostenderet qua ratione promissor, aut hæredes: aut etiam fideiussores eius in diuiduis teneantur, aut liberentur: & quo modo stipulatoris hæredes agant. Sequens quo pacto in his quæ in facto consistunt, vno hæredum contrà faciente, ceteri teneantur, ab eodémque repetant: quo item modo vni hæredum si contrà fiat, stipulatio committatur, tum in Ire Agere, tum in dolum Abesse. Qua occasione inducit Catonis dicta, simul quæ tractauerat discussurus, simul ex occasione declaraturus, quid si adiecta pœna ex hæredib. promissoris quidam contra quàm cautum est, fecisset: quem locum proxime tractauerat, sed pœnæ mentione prætermissa. vnde ait, ij. de verb. obl. ij. eo. ti. l.

Eadem dicemus & si Dolum Abesse à te hæredéque tuo stipulatus sim, & aut promissor, aut stipulator plurib. hæredib. relictis decesserit. iiij. eo. tit. j.

Eadem, inquit: vt scilicet promissore decedente, & vno ex eius hæredibus prohibente, omnes hæredes teneantur. sed familiæ herciscundæ iudicio à prohibente repetant. vno autem ex hæredib. stipulatoris prohibito, distinguatur pœna, adiecta fuerit nec ne: quod su-

prà dixerat, rationémq; ex Vlpiano Sedecim viri addi derant, in Habere Licere stipulatione. Cum autem in Dolum Abesse, vlterius videri posset, num ad eam inspectionem quid faceret vetusti Iurisconsulti distinctio, qua pariter determinarentur pænales factorum conceptiones, addit:

iij.eo.2. *Cato libro quintodecimo scribit, pœna certæ pecuniæ promissa si quid aliter factum sit:*

Quàm scilicet prima promissione contineretur, cuius exempla subscribuntur, Iter Fieri, Amplius Non Agi, etsi aduersus ea factum esset, pæna certæ pecuniæ.

Mortuo promissore, si ex plurib. eius vnus contrà quàm cautum sit fecerit: aut ab omnib. hæredib. pœnam committi pro portione hæreditaria:

Non contra quemlibet insolidum, sed contra omnes simul.

Aut ab vno tantum pro portione sua.

Ab eo scilicet qui contra fecerit:

Ab omnib. si id factum de quo cautum est, indiuiduum sit: veluti Iter fieri,

i. de via pub. iij. de aqua pl. ar. lxxij. lxxv. de ver. obl. 4. i. de iti. actúque pri. 4. 5.

Quamuis hæc stipulatio factum simplex vt apperiri, complanari, sterni, significare possit: veluti & insulam fabricari, fossam fodi, cui significatui consonet quod de facti stipulatione verba sonant: si id factum, inquit, de quo cautum est: aliud vero est factum, aliud seruitutem stipulari: tamen Iter Fieri verborum compendio idem esse, atque ire Licere, aut per Te Non Fieri, &c. quod ipsorum idem sit, valde suaderi potest ex eo quod in reddenda ratione differentiæ Cato prioris casus cautionem, Iter nempe Fieri verbis illis, per te non fieri quominus mihi ire agere liceat, designasse videtur. Illam inquit stipulationem, per te non fieri, & cetera. quem igitur interpretem suorum verborum eodem ipso meliorem quærimus? At dicent hac posteriori formula, Ire Agere legimus, qua & actus contineatur: prioribus, iter tantum. Sed vicissim

i. de serui. rust. iij. de vsuf. i. xxxij.

cissim prioribus adfirmatiuis facere quoque in stipulationem deductum placere potest, non tantum pati: quod in posterioribus negatiuis, ac ferè in seruitutibus dici solet. Neque verò hæc nimium adfirmanda, nisi fortè si principio aperiri, complanari, refici stipulationem; quæ de in seruitutem, atque adeò pati contineat, admittamus. Sed neque captanda sunt prudentium verba: neque ita emungenda vbera, vt sanguis manet: Satis abundéque est, si rei, qua de agitur, coaptentur: nimitum vt in diuiduum factum sonet stipulatio, siue illa adfirmatiuis, siue negatiuis verbis concepta sit. siue iter, siue actum quoque contineat. Nam & parum suprà cum formula expressisset, Quo Minus Ire Agere Liceat: mox sibi heredíque suo agere licere, dixi: Ire autem omisit. neque enim in hoc vis erat eo loco, quod & alibi contra scriptum est, Ire Agere Liceat stipulatione concepta: mox, Ire Liceat, dumtaxat repetita. Constet sanè Iter Fieri seruitutem quidem, neque tamen minus factum de quo cautum est, continere: quod scripsit Cato, nostríque in seruitutem stipulationibus plerique admittunt, & si non desunt qui reclament: contra quos Paulus, in facto ait stipulationem esse, Per Te Non Fieri Quo Minus Mihi Ire Agere Liceat. Quapropter ab omnibus hæredibus & stipulationem & pœnam committi placet.

de serui. vrb. iiij. si ser. vind. 4. xv. de serui. 1. xvj. de ser. vrb. 1. ij. de verb. obl. 3.

cxxx. eo. ti.

ij. eo. ti. 3.

Vel non fieri.

Similiter iter intelligam: si tamen hæc verba rectè vulgo habentur. continebunt autem facti negatiui stipulationem, ad moderandam puta, vel remittendam seruitutem: aut etiam ad negatiuam seruitutem inducendam. quam alibi negat se Accursius inuenisse, Ire Agere Non Licere. quod ad præsens institutum non pertinet. Illud constat, verba hæc in Florentino codice non legi, proptereâque nec habenda esse. Siue igitur negatiuè, siue adfirmatiuè concepta est pœnalis indiuidui facti stipulatio, vno hæredum contra quàm cautum sit faciente, ab omnibus stipulatio committitur.

iiij. de serui. i. vi. eo. ti. iij. de iti. actuq. ante pen. j. de serui. vr.

Quia quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo factum videretur.

Hæc eſt Catonis ratio, quam parum infrà ex eiuſdem verbis proſequitur.

At ſi de eo cautum ſit, quod diuiſionem recipiat, veluti Amplius Non Agi, tum eū heredem qui aduerſus ea fecit, pro portione ſua ſolū pœnā committere. Differentiæ hanc eſſe rationem, quod priore caſu omnes commiſiſſe videntur, quod niſi in ſolidum peccari non poterat, illam ſtipulationem Per Te Non Fieri Quo Minus Mihi Ire Agere liceat.

Hæc eſt quam dixi ſuſceptio Catonianæ rationis, ex illis verbis deſumpta, quia ab omnibus quodammodo factum videretur. Enimuero eandem prioris placiti diuerſitatis rationem ſtatuit, ab eo quod poſteriori loco poſuit. Si enim quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus, quodammodo factum videretur (quod ipſum ex clauſula explicatur, quod niſi in ſolidum peccari nō poteſt) vtique id ſequitur, quod omnes in priori caſu commiſiſſe videntur illam ſtipulationem, Per te non fieri. Nam hic ordo eſt, omnes commiſiſſe videntur illam ſtipulationem Per Te, & cetera. nonnulli codices habent, præſtare, vel præſtari non poterit, vt in illa ſtipulatione. planè & præſtare & præſtari in idem recidit: quod præſtari non poſſit ab vno, quod promiſſum fuerat: niſi & omnes præſtent: neque à ceteris, quin vnus contraueniens corrumpat implementum. Sequens vero particula, vt in illa ſtipulatione, planiorem & magis obuiam ſententiam redderet: ac differentiam demonſtraret inter eas ſtipulationes Iter Fieri, ac Per Te Non Fieri Quo Minus Ire Agere Liceat. quam Tuſci codicis lectio non patitur.

Sed videamus, ne non idem hic ſit: ſed magis idem, quod in illa ſtipulatione Titium Heredemq; Eius Ratum Habiturum. nam hac ſtipulatione

& ſolus

& solus tenebitur, qui non habuerit ratum: & solus aget à quo fuerit petitum. idque & Marcello videtur: quamuis ipse dominus pro parte ratum habere non potest.

Pauli verba hæc sunt, Catonianum axioma vel supplentis, vel in dubium reuocantis, ac determinantis, vt ferè placere video. Quidam verò plana omnia & facilia reddita, ex memorato exemplario testantur, vt perinde doceamur posteriorem stipulationem, Amplius Non Agi, nequaquam illi similē quæ habeat, Iter Fieri, aut Per Te Non Fieri Quo Minus Ire Agere Liceat. sed magis similem stipulationi Ratum Habiturū. Hunc verum dicunt & indubitatum intellectum, de quo nihil minus quàm de ipsa veritate dubitare conueniat. Nihil magis (opinor) dictum volebant, magnificè verò & audenter illi. Neq; equidem pertinacius negauerim, posse hoc modo rem transigi, quasi commemorata differentiæ ratione, qua nihil de posteriore casu tractatum fuerat, illam Paulus, atque adeò Catonis dicta supplemento farciens subiecerit, in eo casu non idem essem, non eodem modo videlicet, omnes commisisse videri, &c. sed magis idem quod in Ratum Habiturum, in qua & solus tenebitur qui nō habuerit Ratum, & solus aget à quo fuerit petitū. quod & alibi de Ratum Haberi Paulus ait, & Marcellum hoc loco auctorē ciet. Sed & nos videamus, ne aliis hic locus tractandus sit. Atque illud principio quæsierim, num quid imperfecti Catonis traditio habeat, aut minus concinnè explicatum, quod auxiliari calamo eguerit. Rursus num crediderit Paulus, ex Catonis dictatis aliquē suspicaturū in Amplius Non agi stipulatione idem fore quod in Iter Fieri, ac non potius quod in Ratum Haberi. Porro vtrumq; negaturum puto, quicunque nec ipse cauilletur, nec iuris prudentes cauillari existimet. Quorsum verò particula hæc, Sed videamus, quæ vim præcedentibus aduersandi habere solet, ac plerumque de eisdē retractandi? quorsum verba, Ne non idem hic sit: quæ vix cohærere, aut vires incendere vllas videntur, nisi aut idem fore præcedens oratio præ se tulerit, aut ex ea huiuscemodi ar-

xliiij. fami. her.6.

xviij. de peri. & cō. rei. ven. cxxxij. de ver. obli.

gumentum elicuisse promptum sit? quæ tantũ abest vt hic adfirmari posse videantur, vt ipsis Catonis verbis diserte explicatum haberemus Amplius Nõ Agi, & diuisionem admittere, & pœnam pro portione aduersus eam stipulationẽ facientis infligere. Differentiæ quoq; rationem legeremus, quæ in priori casu ostenderet omnes commisisse, quod nisi in solidum peccari nõ posset. quam sanè contrariam determinationem per consequentias relinquere appareret in Amplius Non Agi, nimirum, quæ diuisionem pateretur, atque à priori casu differret. Itaque nodus hic haudquaquam Paulo vindice dignus mihi visus est, hoc pacto si commentemur. Quin aliquãto clarior esset vulgata editio, minusq; explicatu difficilis, quàm vetusta: vsq; adeò vt illam arbitrarer ad difficultates declinãdas glossematis & subauditionibus succreuisse: verum Accursij posteriorúmque deinde inuolutionibus, tanquam sentibus vepribúsque obsitam. Quam autem ego Pauli sententiã esse rear, vt breuibus testatum habeã, verba hæc, Sed videamus ne non idem hic sit, ad stipulationem Dolum abesse referenda esse existimo. dixerat enim, eadem etsi dolum abesse à te hæredéque tuo stipulatus sim. quod dictũ vlterius (vt initiò tetigi) discussurus, siue vlteriori discussione declaraturus, induxit Catonis scripta, quæ haberentur circa pœnales factorum stipulationes, quibus cum præcedentia de doli stipulatione confirmari viderentur: possétque quispiam suspicari hanc Dolum Abesse, priori casui applicandam: idémque planè quod in priore casu adiecta pœna, quódque in stipulatione Per Te Non fieri, etiam non adiecta pœna dicendum esse: id quod iam suprà indefinitis verbis adfirmare visus fuerat: Videamus, inquit, ne nõ idem hic sit, vt scilicet vno contrà faciente omnes teneantur, vel ad id quod interest, vel ad pœnam, sed magis idem quod in Ratum Haberi: magis, inquam, non vtique idem, sed magis. quasi velit, Dolum Abesse, comparari quidẽ ad aliquid posse stipulationi, Per Te Non fieri posse, & Ratum Haberi: sed magis Ratum Haberi, quàm Per Te Nõ Fieri. Nec mouere debet quod pronomine Hic proximiora, atque adeò posteriora demonstrari solent. Nam si Paulum,

iiij. de iurisdi. omni. iud.

lum,cum de ſtipulatione Dolum Abeſſe,tractatum ſuſcepiſſet, ad Catonis ſcripta digreſſum, híſque relatis tamquam ex diuerticulo ad propria reuerſum animaduertas:id pronominis ad amuſſim quadrat.Et quantum quidem ad orationis contextum attinet, omnis (ni fallor)difficultas abeſt. Nec parum ex his quæ ſequuntur, hæc interpretatio adiuuatur. Et ſolus aget, à quo fuerit petitum,cum ea nihil ad Catonis dicta pertineant, quibus nulla de ſtipulatoris hæredibus mētio eſt. Sed proſecutionē quæſtionis à Paulo ſuſceptæ reſpiciant:quam & ſequenti parte de ſtipulatione duplæ pariter exſequitur. Verum illud eiuſdem iuriſconſulti libro ſexto ad Sabinum obſtare videtur: Quód ex facto ſuo vnus ex cohæredibus ex ſtipulatione hæreditaria præſtat, à cohærede non repetet, veluti ſi A Se Hæderéque Suo Dolum Malum Affuturum defunctus ſpopondit: vel Neque Per Se,Neq; Per Hæredem Suum Fore Quominus ſpondeat. Quo loco æquiparatæ videntur hæ ſtipulationes proptereáque prioris caſus Catonianæ inſpectionis ſtipulationibus adſcribendæ, & Dolum Abeſſe, & Per Te Nō Fieri. Nam & ex facto vnius reliquos teneri,eodem loco legitur.Quod proprium eſt earum ſtipulationum,quæ diuiſionem nō admittunt.Sed tamen non vtique totum ex vnius hæredis facto præſtari, adfirmat eo loco Paulus: neque vnius facto reliquos teneri. Sed ſi teneri cœperint, ait.neque ſemper ex vnius dolo ceteri teneri ſolent: vt in actione depoſiti proditum eſt. Quinimo & Mæcianus Iulianum ſcribere ait, omnes prætorias ſtipulationes eiuſdem interpretationis eſſe, conſtaréque ex Iudicatum Solui ſtipulatione, ſiue à parte actoris, ſiue à rei plures hæredes exſtitiſſent,non omnibus,neque aduerſus omnes actionē contingere: ſed dumtaxat his qui viciſſent,& aduerſus victos. hiſq; aduerſus quos res defenſa non eſſet, aduerſus eos qui rem non defendiſſent. Atqui Dolum Abeſſe prætoriam ſi ſtatuamus, iam & regula in hanc ſententiam nobiſcum faciet. neq; ambigitur Dolum Abeſſe, in Iudicatum Solui,prætoria ſcilicet, contineri, quæ ex parte promiſſoris hæredes non perinde omnes adficiat, ſed dumtaxat dolum admittentem, quod quidem

iiij. de ver. obl.l.

xliiij. fam. herc.ſ.

ix. x. de poſ.

xxxij. ad. l. fal.j.

vi. xix. iud. ſol.

hoc Pauli responso probetur, quem & de Prætoriis ho[c] loco tractare; persuaderi potest ex his quæ subiiciuntu[r] stipulationibus; Rem Ratam Dominum Habiturum duplæque ac fructuaria, & damni infecti, & operis noui nuntiationis: quas inter prætorias censeri, nemin[i] dubium esse potest. Quamuis quid hoc loco statuendum sit de Ratum Habiturum, & duplæ, rixentur plærique. Intelligo autē prætorias pingui minerua: neque ad viuum reseco, vt iudiciales & cautionales ab eis secernantur. sed potius vt & hæ prætoriarum species sint. quo pacto & de dolo cautio, quæ iudicialis dicitur, prætoria erit, & Ratam Rem Haberi, & reliquæ cautionales appellatæ, & quæ communes. vt iam nihil mirum sit, hoc loco Paulum distinguere voluisse, Dolum Abesse à stipulatione, Per Te Non Fieri Quominus Ire Agere Liceat. cum qua etsi commune nonnihil aliquando habere possit, puta quandoq; conuentionalis esset: magis tamen, ac frequentius cum illa Ratum Habiturum censetur: vtpote plerumque prætoria. His consentaneum est, quod & omnes de dolo malo clausulæ, huic, Ratum Habiturum Dominum, comparatæ sunt: quibus contineatur, quod stipulatoris intersit. Qua ratione, pro qua parte ratum non habetur committi stipulationem credunt. Quinimo & Iudicatum solui, & Rem Ratam Habiturum, & Damni Infecti, & his similes alibi æquiparari legimus: responderíque, scindi eas in personas hæredum. Opposita deinde ratione, solutáque, Si vnus, inquit, ex hæredibus promissoris totam rem possideat, in solidum eum damnandum: vt manifestum sit, pro quantitate rei quam hæres possidet, in solidum, in partémve, si contrà fiat, damnari. Atq; hæc altera conciliatio esse potest ad antinomiam, primo loco ex ipso eodem auctore ad Sabinum suprà excitatam. Quamuis nec me lateat, & in prætoriis clausulis difficultates oboriri. aliis omnimodo committi eas adseuerantibus: aliis distinguentibus, diuiduum, an indiuiduum in stipulatum deuenerit. Sed & de Ratam rem Dominum Habiturum, num hoc loco prætoria censenda sit (vt dixi) qualis ferè esse solet ea stipulatio: quamuis interdum & ex conuentione ne sit, hoc quoque &

[Margin notes: i. de præ. sti. — i. eo. ti. vide verb. obl. — xix. rem ra. hab. xvij. eo. tit. ij. de præt. stip. j. — x. rem ra. ha.]

que & in defendendi, & in duplæ cautione ad incudem reuocatur: qua tamen proportionibus hæreditariis vno defugiente, omnes hæredes tenentur, quod & de prætoria defendendi clausula proditum est, eam in solidum committi, pariter & ex re iudicata, & dolo malo. adeò infinitum est, quod de hoc stipulationum tractatu tandem constituas. Constituitur tamen, si quis subtili inuestigatione diuersitatis rationes excutiat, vt Imperator admonuit. in quo genere nostri sedulam diligentiam præstare solent. Cum vero ab indiuiduo facto ad id quod interest ventum esset, diuisionem quoque admitti è re nostra secundum Tuberonem scribit Celsus. atq; interim Vlpianus subscribit: vt neque mirum admodum sit, in his quæ omnino semperq; indiuidua sunt, hos qui non ipsi contrà quàm cautum est fecerint, coherede dolum admittẽte, lenius accipi.

lxxxv, cxxxix. de verb. obl. xvij. Iud. sol.

ij. C. de ver. iur. enu.

xxij. de verb. obli.

Y

ANTONIVS AVGVSTINVS LÆLIO TAVRELLO S.


AM frequens est militiæ in iure mentio, vt licèt alia multa sin quæ me ignorare fatear, tamen hoc ipsum turpe putem nescire me confiteri. Sed siue hoc mea solum culpa accidit, siue habẽt etiam nonnullam nostri interpretes ac præceptores, operam dato mi Læli, vt quod illorum, aut (quod existimo) mea negligentia peccatum est, id tu tua doctrina suppleas. Dubito autẽ in primis cuiusmodi illud genus militiæ fuerit, quod ex Casu appellatum esse Iustinianus ait, Nouella 53. & 97. Quodque huic quæstioni proximum est, quæ sint illæ militiæ, quas alienare licebat. neque enim omnes posse, dicitur illic, & Cõstitutione 5. Qui militare non possunt. Sed vt prior ipse dicam quod sentio, existimabam aliquãdo eius generis esse has, cuius illæ quæ à Trãquillo dicuntur à Cl. Cæsare inuentæ, vti imaginario quodam militiæ genere absentes fungerẽtur. Idque esse credebam, cur vera illa & legitima militia armata diceretur. Miles, inquit Vlpianus, qui sub armata militia stipẽdia meruit, condemnatus eatenus qua facere potest, cogitur soluere. & alibi crebrò. quod apertè dici vi-

xj. xvij. de re iudi.

detur

detur Iustiniani constitutione: Argenti, inquit, distractores armata quidem militia abstinere sancimus. aliam vero quamcumque sine metu presentis sanctionis posse sibi acquirere. & hoc pacto interpretabar caput illud, quo omni militia serui prohibentur. Nam de inermi quoq. hac & togata militia Marcianum illic locutum ex Vlpiano apparet: Si seruo alieno militia relinquatur, an domino quæratur legatum, quæritur. & aut scit seruum esse & dico, inquit, æstimationem deberi: aut ignorauit, & denegari fideicōmissi persecutio debet: quia si scisset seruum, non reliquisset. Legari autem posse, aut hæred. relinqui aliquas ex his, multis locis dicitur. Sed hoc tamen mihi scrupulum iniiciebat. item illud, quod vēdi pignorique obligari quædam possunt: vt cum hæc in armatis cadere nō possent, crederem has non esse Claudianas illas militias, nisi fortè paulatim in eam corruptionem ventum esse opinemur. nam & illud armatarum habere videntur, quod septimo decimo anno minoribus neutras habere licebat. sic enim interpretor apud Scæuolā, quod alumno pręcepit militiam illā cum per ætatem liceret, ex Vlpiano libr. II. ad edictum. His autem coniecturis ducebar aliquando vt crederē nomē harum militiarum ex causa potius quàm ex casu fuisse, ad illius missionis similitudinem, quæ causaria dicitur eidem ad edictum de his qui notantur infamia, tum Macro de re militari, & aliis. Qua tamen in re sententiam tuam

i negotiat. nē mil.

xj de re mili xj. de le. li. iij.

xxxi. l. de le. lib. ij. vl. C. de pig.

c. de leg. libr. iij. ij. de minorib.

ij. de his qui no. inf. xiij. de re mili.

expecto. Item illud, vt cures ex Marcianis nouellis hunc mihi ſcrupulum euellere. Iam vero illud ſcire velim, quorum ſtipendiis inermes hi milites militauerint. Iuſtinianus enim ait, principum liberalitate eos meruiſſe. At Scæuola, à neſcio quo deberi ſalarium. In introitu certe commilitonibus aliquid ſolere præſtari, ab eodem ſcriptum video, quod & Conſtitutione VII. De proximis ſacrorum ſcriniorum adgnoſco, ſub quo titulo vltima conſtitutio indicare videtur Palatina officia, quæ nonnumquam illis libris militię appellantur, vendi ſucceſſoribus ſolere. Hæc mihi cui cui modi ſunt, probabiliora eſſe videbãtur aliorum interpretationibus. de quibus ſcire cupio quid ſentias: de ea præſertim re, quam Zaſius & Viglius ab Haloandro dictam probant: vt quæ hodie barbaro nomine Feuda appellant, militias fuiſſe credant. neq; enim illos milites, clientes eiuſmodi, aut tam lata prædia habuiſſe crediderim. Vale, Bononiæ, VII. Calend. Nouemb. M.D.XLII.

No.liij.lij.de act. empt. c. de leg.lib.iij.

***

LÆLIVS

LÆLIVS TAVRELLVS ANTONIO AVGVSTINO S.

*

ACIS tu quidem Antoni Augustine, & modestè, & amanter, cum me de militia compellas, in vtramque (vt dici solet) aurem dormitantem, sed qui interpretes nostros idcirco nihil magnopere, quod ad eam rem explicandam faceret, tractasse existimo. quòd superuacuum & inane crediderunt in id incumbere, quod nullius ferè compendij futurum esset: cum iam inde à Bizantiis principibus militiæ id genus obsoleuerint. neque enim verendum est adsecuturos fuisse illos, si quid fortè & nos possumus: cum & doctrina, & ingenio pollerent: neque adeo difficile videri debuerit, vt valdè aliorum auctorum (si quod sperari posset) subsidio indigerent extra Principum constitutiones, quas adsiduè versabant. Nec te, qui diligentissimè (vt video) rem pertractasti, latêre arbitror, de ea quid adfirmari possit. Sed suasit tibi modestia tua, potius quam proprio iudicio acquiescere, alienum experiri: meum vero vt eligeres, quo me amore prosequeris. Itaque re aliquanto accuratius, animaduersa, fere huiusmodi erat quod responderem. Quæsisti cuiusmodi esset illud militiæ genus, quod Iustinianus ex Casu appellatum ait: ac num potius ex causa dicẽdum esset, ad imaginem causariæ missionis. Rursus quæ militiæ essent, quas alienari liceret. Demum quorum stipendiis alerentur, quod Iustinianus Principum liberalitate adfirmet: at Scæuola à quodam alio debitum salarium scribat. nam quod ingressu nonnihil commilitio præstandum esset, eodem auctore, nec non Valentiniano & Marciano Augustis, rectissimè cẽses. Sed & Palatina officia quæ nonnunquam postremo Iustiniani Codicis libro militiæ appellãtur, vẽdi successoribus solere, ex quadam eius constitutione arbitraris. tum quid sentiam de ea re quam quidem probant, ab

No.lib.j.5.

lij. de actio. empt.c.dele. tert. vij.C.de de prox.sacr. scrin.

vlt. eod. tit. Haloandro in mediũ adductam, Feuda quæ vulgo dicta sunt, militias fuisse. quod tu non arbitraris: neque enim existimas illos milites clientes eiusmodi, aut tam lata
No. liij. 5. prædia habuisse. Ad quæ responsuro mihi præfari libet, hũc militiarum morẽ ita vetustũ esse, vt Imperator ipse illarũ de hypotheca retractaturus, ex priscis tẽporib. repetẽdum crediderit. Eam, inquit, causam paulo altius & diffusius contẽplantes, cognouimus quod priscis tẽporibus in militiis non hypothecæ ferebantur, sed obsoleta quædã, & prorsus ex vsu sublata nomina. Et tamẽ paulo antè dixerat manifestas esse militias, quæ vendi, aut pignori opponi possent. An manifestas fuisse dicemus eius ætatis hominibus, vtpote quæ in palatij ac fori luco versarentur? perinde atque hodie, si quis diceret manifestas esse has Romanæ aulæ militias, quæ officia appellant. Et hæ tamen si post aliquot annos perirẽt (vt Constantinopolitanæ illæ perierunt) porro eius sæculi quod succederet, populis vix cõpertę essẽt, quamquã hodie cũ earũ omni natura & reditu notissimę. An credendũ potius, manifestas esse militias dixisse Principẽ, ex sui Co-
xxx. C. de in-offi. te. vl. de pig. v. qui mi-li. non poss. dicis & Digestorum libris? qui fit enim, vt agitatis sæpe quęstionibus earũ de imputatione in quartam, de hypothecis. de his qui pluribus mererẽt singulis, & vbiq; partitionib. adhibitis essẽt ex his quæ distrahi possent, nécne: obscurũ esset id ipsum, neq; omnino legibus definitũ? Proinde Accursius Florẽtinus, si eius tẽporum incon-
v. qui mili. non poss. moda spectes, nõ leui honore prosequẽdus, quãuis eo loco nihil censeat, ad aliã tamen eiusdẽ Principis cõstitutionẽ scribens innuit, militãtes in sacris scriniis alienare posse suas militias in eos, qui vltra statutorũ numerum
xij. de proxi. sacr. scri. xj. eo. ti. essent: dum sic habentẽ Valẽtiniani & Marciani cõstitutionẽ ciet. Cuius ego cõstitutionis inscriptionẽ errore librariorũ corruptam vt rear, facit quoddã eius capitulum Theodosio & Valentiniano à Zenone adtributũ, de quantitate pro solatio (vt ait) vel suffragio proximi definita. quam & te animaduertisse scribis, non suos auctores habere. Huius in eo genere oculatissimi opinionem recipi posse crediderit, si quis illa Principii verba, In Deficientium Saturorum Locũ, latè intelliget quouis modo illi defecerint, siue morte, siue necessaria quadam

damcausa, siue etiam voluntaria abdicatione. Quibus postremis casibus ex ea lege dicemus, alienationem in eos qui supernumerarij vocantur, permissam. Quod si morte defecissent, quantitas ex ea constitutione Proximo sacrorum scriniorum offerenda, ex Zenonianæ legis præscripto in hæredes, successoresq;, aut filios, vel creditores defuncti conferri debuisset. his quæ de pecuniis Melloproximo & adiutoribus erogandis statuta essent, item & proximo cæteris desistendi modis, ad prioris sanctionis tenorē manētibus. Hanc ego sententiam ab eo, quod vero simillimum sit, nō abhorrere arbitror. neque enim Deficientium vocem ad mortē dūtaxat significandam adiectā reor: nam & aliàs eam generalius accepisse Iustinianum cōstat, cum de caducis ageret, onereque à deficientis persona collato. Quæ sententia & eiusdem verbis de Quæstoris adiutorū numero tractādis adiuuatur. donec exeūtibus, inquit, singulis ac recedentibus, decrescere possit vetita conglomeratio. item viris deuotis adiutoribus desistentibus eodem officio, cum ad Laterculensis gradum prouecti fuerint: item alibi. nam his licere desistentibus ab adiutoris officio alios pro se quos voluerint subrogare. & paulo pòst, illos etiam adiutores posse in suū locū alios inducere, qui per aliquem fortuitum casum minus implere suum officiū valeant: veluti senium, vel morbum, vel aliam necessariam causam. Quem locū valde pertinere arbitror ad id quod primo loco quærebamus demonstrandum, Quænā esset ex casu militia appellata. Qui per aliquem, inquit, fortuitum casum minus implere suum officium valeant: vt ea sit ex casu militia, quam in alios transferri liceret, ex necessaria tantum causa per fortuitum casū imminente. Nec mouet, quod eiusmodi subrogationem de cetero indebitā legimus, præterquàm si Quæstoris adiutores ad tria scrinia subuehantur. nam hisce ipsis adiutorib. vetitis, ceterarum militiarum subrogationē permissam credimus, cum vetitā non legerimus, & his ipsis ad ea scrinia transeuntibus, ius inconcussum manet Quam facultatē, ipsam etiā ex casu appellatione censeri existimo, vocabulo à quibusdam casibus ad omnes translato. neque enim minus fortuitò accidisse

j. de cad.tol.

xiij. de prox. sa.scrin.

vlt. eod. tit.

xliij. de prox.

dici poteſt, quod ex ea prouectione, vel ad ſtatutorum numerum fieret. ſiquidem ea procederet ex ſacra dũtaxat probatoria: quòd Theodoſius & Valentinianus decreuerũt. & quod à Principis nutu pẽdet, caſui plerumque adſcribi ſolet. Quapropter mihi ferè perſuaſum eſt, vt omnib. qui publicarũ ciuilium militiarum ad principis aulam pertinentium, vel ab illis dependentium iure cenſerẽtur, ex fortuito caſu impeditis, liceret ſui loco alios ſubrogare: demptis modo Quæſtoris adiutoribus, præterquã ſi ad tria ſcrinia hi tranſirent: omnéſque huiuſcemodi ſubrogabiles militias ex caſu appellari. Licere enim per leges dici ſolet, & ſi nõ expreſſim permittãt, dum hæ non prohibeant. tum & ipſa Nouella quoque conſtitutione declarari hoc videtur. nã manifeſtæ ſunt, inquit, militiæ, quæ vẽdi, aut pignori opponi poſſunt. & mox, militię quę ex caſu vocantur, nõ cuius temere hypothecæ nomine opponantur. ac ſi ex ſuperiorib. dixiſſet, priſcis temporibus nequaquam in militiis, quę vendi aut pignori opponi hodie poſſunt, hypothecæ ferebantur. hodie autem quæ ex caſu vocãtur (nimirũ quas iam dixerat, vẽdi aut pignori opponi poſſe) non tamen temere cuiuis hypothecæ ſubſignari poſſe volumus: ſed eo qui ſequitur ordine. quo quidem ordine cum haudquaquam ipſas militias limitet, quas vendi, aut ſupponi poſſe dixerat, ſed perſonas dumtaxat certa ſerie digerat: non obſcurè ſignificatum relinquit, eaſdem militias ex caſu vocatas, quas vendi aut pignori poni poſſe dixerat. Hoc idem & exceptione, quæ de priuilegiis Silentiariorum ſubſequitur, ſuaderi poteſt. qua ſatis conſtet, & ſilentiariorum (quod alibi teſtatum eſt) eſſe militiam, & inter eas quæ ex caſu vocantur connumerari. quinimo & vendi quoque, & pignori opponi poſſe. Ceterum quid exceptu opus fuiſſet? nam nec alia priuilegia Silentiariis eò loci reſeruata ſunt, quàm quæ ſpecialiter eis conceſſa eſſent. inter quæ ne ſuas ipſi militias transferrent, non legimus: néue in filios aut creditores hæ tranſirent. ſed id ſolum vt iure caſtrenſis peculij quæſita poſſiderent, neque conferrent, neque ſibi imputarent in legitimam portionem. Quæ collatio, & imputatio, & in ceteris militiis locum habuit aliis ſanctionib.

quæ-

pen. vlt. de diuer. offi. xi. de euicti.

xxviij. qui ex cau. ma. vij. C. de reli. No. liiij. ſ.

vlt. de ſilent.

xxx. de inoff. te. xx. de col.

quæcunque tamen vendi possent, aut si qua ex his pecunia in heredes transmitti. quo etiam loco Silētiariorum excipiuntur militiæ. Quid ni igitur dicimus, eas & vendi potuisse? Quin & pignori supponi magnū argumentum est, quod cum ab imputatione in legitimā portionem exceptæ fuerint, ab hypothecis tamen exemptæ non fuerunt altera constitutione, & quidem eodē Imperatore II. Consule, Calendis eiusdem mensis, atque adeò simul edicta. Quas equidem à nexu excipiēdas fuisse arbitrarer, veluti & ab imputatione remotæ fuerunt, si & ab hypotheca exemptas voluisset: cum præsertim hac parte specialiter priuilegio suffultæ non essent. At ille potius quàm maxime potuit lato vocabulo vsus, & has inclusas voluit, & pecunia adquiri, & subsignari. nam quamcunq; militiam negotiatores adquisierint, ait. Quinimo & vt inter statutos referatur pecunia, quæri posse palàm est & Zenoniana, & alia Nouella constitutione. & cum id sit, casum factum dici, hoc ipso loco. sic enim interpretor ea verba Casu Facto: illo nempe ex casu inter statutos relato, vel militia indepta: non autem pro eo quod sit obligatione commissa. nam id nequaquam exprimi cautione oportuit: neque creditori expediens fuerat, vt obligationem suspenderet dies, aut conditio: cui res vt quàm tutissimo loco esset, hortatur princeps expressim instrumento pactum adscribi. Inter statutos autem referri, Accursianam scilicet illam constitutionem respicit. Qua mutua locorum collatione apparet, & eam ad statutos, numerarióśque subrogationem pecunia fieri, & ex casu appellari. Quam tamen venditionem, non ego absolutam illam, & liberam intelligendum arbitror: sed certis limitibus circumscriptam emolumēto quodam percepto, transferendi facultatem. quam nonnumquam æquò laxiorem fuisse stomachatur Imperator, ac in posterum quibusdam prohibet: veluti & in hæredes transmissionem non passim, sed sub certa diffinitione: ac plerumq; non ipsam militiam, sed certam pecuniam, legimus. Nam quod ad eas militias attinet, quæ apud Iurisconsultos & legari, & emi leguntur, vix est vt ad Palatinas hasce referri existimem: aut apud Iustinianum vnquam

vl. de pigno.

xj. de prox. sacr. scrin. No. xcvij. 3.

vlt. de prox: sacr. scrin.

vl. eo. ti. vl. de pign. xxx. de inoff. te.

dubitatum, quin & vendi, & transferri, & subsignari possent: conferríque & imputari.sicut &c. quæ in commune hominum commercium veniunt, vtpote quæ extra Romani Principis codicillos, aut probatorias priuatim corporum, aut municipiorum iure censerentur: non publico ad populi Romani ius relato, quod infrà exequar. Nec me latet, tribum quoque Liberto emendam, legatam fuisse apud Scæuolam, quam ipsam cum eius heres clarissimus vir, atque ideo nihil ea empta opus habens, iam consequi non posset, æstimationem eius, ac quidquid prӕterea commodorum & liberalitatium in diem mortis libertus consecuturus fuisset, petere eum posse respondit. Enimuero eam tribum non ex his de quibus sermo est, militiis fuisse cum Accursio sentio, sed ad eas tribus pertinere, in quas vrbem Romam diuisam constat, initiò vnam & triginta, deinde & supra quadraginta: vt ex secundo & sexto, nec non & septimo, nono, ac decimo Titij Liuij libris colligere est. cuius demum ætate ad quinque & triginta redactæ essent, vt primo eius libro in actis Serui Tullij regis proditum est. Porro & tribulibus pecuniam diuidi consueuisse, notum est: vnde & diuisores dicti, de quibus multa Budæus disseruit ad legem Iuliam de ambitu. sic diuisores omnium tribuum noctu ad Senatorem vocatos, ait Cicero in Verrem. & ad Atticum: Tribulis tuus est, & Sextus pater eius nummos vobis diuidere solebat. Sed & clarissimi viri mentio ad vrbis mores pertinuisse tribus legatum indicat apud Scæuolam. & eius non fuisse libertum capacem, nisi publice concessum esset. ídque pecunia parari solere. nam & Romanæ ciuitatis ius pecunia quæri solitũ, ex Apostolorũ actis apparet, & libertinorum filios ab Appio Claudio tributim diuisos summa ciuitatis indignatione, sub finem libri noni Liuius scribit: vsque ad Qu. Fabij Maximi censuram, qua omnis humilium turba in quattuor tribus, quæ vrbanæ dictæ sunt, coniecta est, ne humillimorum in manu comitia essent. Quo manifestum fit, ipsos libertos tribuum ius numquam habuisse: neque etiam ipsorum filios, sed ingenuorum, ex his qui manumissi essent procreatorum (qui tunc libertini dice-

xv. xvj. xvij. de uerb. si.

xxxiiij. de leg. ter.

dicebantur) filios: vt ſcribit Suetonius in Claudio. Vrbanatum autem tribuum appellationem ignominiæ, ac deſidiæ probo fuiſſe conſtat: ruſticas contrà laudatiſſimas, eorum qui rura colerent, auctore Plinio. Verum vt ad te redeam, cum hæ militię ad quandã cauſariæ miſſionis ſpeciem ſpectare videantur, fortuito nimirum caſu impellente: nihil prohibet ex cauſa (vt ais) appellari. nam per ſenium, vel morbũ, inquit, vel aliam neceſſariam cauſam. Sed quominus cauſaria miſſis hos æquiparari credam, facit alterius loco ſuo ſubrogatio, pretij perceptio, plerumq; & in aliam militiã tranſitus. quæ miſſioni eiuſmodi cõgruere non videntur. Malim igitur cum Imperatore ex caſu nuncupare: dum caſum non excitandæ, ac introducendę, ſeu transferendę, adipiſcendæque militiæ exaudiamus. Sed neque has ad Claudianas illas referendas putarim. imaginarias enim fuiſſe Tranquillus ait, quibúſque titulotenus abſentes fungerentur. Quos & oſtẽſionales milites opinor Lampridio dictos in Alexandro, id eſt oſtentationis, & (quod iuriſconſulti aiunt) dicis gratia, ſiue (vt Cicero in Verrem) dicis cauſa. quam vocem & Varro vt antiquam deducit: fortaſſe & quodã loco Plinius adgnouit. Alexandrinis ego illis militibus hodiernos, quos aurarios vel auratos vocant, comparandos duxerim. Quid enim habent aliud quàm imaginem & fucũ? Sunt tamen honorariæ cuiuſdam dignitatis, quæ codicillis tãtum citra omne cingulum conſtet, cuius & Auguſti in ordinib. meminerunt. Abſentes autem apud Trãquillum intelligo, ſiue à principe, & eius comitatu: vt quibus inſignia dignitatis abſentibus mitti iſdem auctoribus decernitur: ſiue etiam ab omni militiæ labore alienos. cuiuſmodi non ſunt hi noſtri, qui neque imaginaria militia, neque titulotenus funguntur, neq; alieni ſunt à puluere & labore caſtrorum, ait Conſtãtinus Auguſtus de omnibus Palatinis, quos in ſacro comitatu intentos, & eruditos ſtudiis itinerum prolixitas, & expeditionum difficultas exercet. quod per duodecimum memorati Codicis librum paſſim apparet, præſertim titulo de proximis ſacrorum ſcriniorum. ceteriſq; qui in ſacris ſcriniis militant, & de priuilegiis eorum qui in ſacro palatio mili-

vl. de prox. ſacr. ſcrin.

iiij. commo. de S.C. Sill. pen.

ij. vt digni. ord. ſer.

j. de caſtren. pal. peců.

tant.& plerique recenſentur conſtitutione poſtrema c
viij.de prox. ſacr.ſcrin. diuerſis officiis. Hāc militiam litteraram appellant Au
v.qui mil.nō poſſ. guſti, qualem & vrbanam militiā ſcribēdi, reſpondēd
cauendi, M. Tullius pro Murena. Hinc merenres in or
xiiij. de dro. ſacr.ſcri. dinibus armatis, ſiue ciuilibus, legimus in Iuſtini pra
gmatica:quę ſtipendiorum mentionem habet.Hinc ei
xv. de erog. mil.anno. ſtipendia,ſeu emolumenta non minui: neque ex anno
nis, aut ſtipendiis offerre qui ſcrinio Libellenſium, au
ſacræ memoriæ, ſacrarúmque epiſtularum commeatu
abeſſent,Cræſar prohibet.Hinc annonas vniuerſis offi-
ciis, atque ſacri Palatij miniſteriis, & ſacris ſcriniis, ce-
teríſque cūctarum adminiculis dignitatiū erogari præ-
cipit Leo. quibus locis emolumenra, ſtipendia & anno-
nas promiſcuè accipio. Comperrū eſt enim,frumētum,
veſtes,arma, quæ Romanis militibus erogabantur, eo-
rum ſtipendiis impurari.quod libro ſexto Polybius me-
No.liij.§. moriæ prodidit. Verum (vt ad rerriā quæſtionē duabus
vtcumque explicaris,veniam)Iuſtiniano ſcribente,Mi-
litias nullum aliūde reditum quàm ex principum libe-
ralitate habuiſſe : quis aduerſum hæc hiſcere audeat?
Hanc ego liberalitarem interpretor,vt ſic exerceretur,
ſi prius à prouincialibus annonarię ſpecies exigerentur:
ex quibus in viſcum relatis, & armaris ordinibus & in-
ermibus ſtipendia erogarentur. Nam & Vegerius ait,
annonariæ ſpecies, quas à prouincialibus conſuetudo
vij. de ero. mili.ann. depoſcit.maturius exigantur.Solebant autem militares
annonæ plerumque delegari exigendæ.Nulli,inquiunt
Auguſti, militarium pro his annonis, quæ in prouinciis
vij. de exa-cto.trib. delegantur,repudiata ad tēpus ſpecierum copia, & ino-
piæ occaſione caprata pretia liceat poſtulare.Delegaba-
tur verò ſpecierum exactio optionibus: qui tamen per
delegararios iudices, non ipſos quidem delegatos, ſed à
ſpecierum delegatione ſic dictos, exigere tenebantur,
ne concuſſiones prouincialium fierenr. vnde eſt illud,
xj. de erog. mili. ann. x. de offi. rect. pro. Optionibus nullum ſit cum prouincialibus commer-
cium : ita vt à Ducibus, vel officio prouinciali omnis
ſumma debiti poſtuletur. & rurſus, Nullum Palati-
nis prouincialib. volumus eſſe commercium, ſed
iudices ſcire debebunt hoc ſibi præcipue eſſe commiſ-
ſum, vt ipſi à prouincialibus exigant, & conſueta de-
poſcant

poscant. Palatinum verò possessor nō horreat, qui non sibi, sed iudicibus præceptus est imminere. hoc idem & alibi sæpius cautum est. Hæ quidē species ad arcā præfecti prætorio in fiscalem rationē referebantur, vt Arcadij & Honorij constitutione declaratur: qua in fiscalibus debitis, hoc est annonariis, ceterísque titulis, qui ad arcam eminentissimę pertinent præfecturæ, prouinciarum rectores constringuntur. Hinc præfecto prætorio adærationem, erogationémque annonarum iniungens, Annonas omnes, ait Leo, quæ vniuersis officiis adsoleat delegari, ad similitudinē militum quibus ærariæ præbentur annonæ adærari præcipimus: vt omnibus suprà designatis emolumenta debita dispositio tui culminis pro publica vtilitate taxatis præcipiat erogari. quo loco nouissimi pro adærari, adhærere cuderunt. Facile autē colligitur adhærari idem esse, quod ad æs, id est ad pretium species redigi, taxationéq; adhibita æstimari. quod instar fori venalium rerum fieri, alia & alia constitutione cauetur. eius verbi significationē Budæus Accursio placabilis exponit. vnde & adæratas possessiones, & adærationem legimus apud Cæsares: & ærarias annonas, ab ære, vt ærarios milites dictos: & ærarium, & tribunos ærios, Varro ait. Credo equidem plerisque & à sacris largitionibus annonas subministratas, quos Augusti enumerant, eorúmq; scriniis decernunt, & definitas annonas præstari iubent. Ad quas largitiones etiam ex prouinciis exactæ species Thesaurarij, Proximíq; diligentia dirigi solebant. quod & constitutione cautum est. Volebant autē puto principes omnia, quotquot erogarentur, impēdia liberalitatis eorum titulis inscribi, & accepta ferri, atque ideò Comitem sacrarum largitionū dictū iri, ad quem omnia ferè in ordines eroganda referri solerent. quas propterea & sacras remunerationes vocant. Constat autē, militares annonas & has dici, quæ ciuilibus ordinibus erogantur. nam titulus est de erogatione militaris annonæ: sub quo Leonis cōstitutio, quam diximus, vniuersis officiis, atque sacri Palatij ministris, & sacris scriniis, ceterísque cunctarum adminiculis dignitatium emolumenta debita erogari iubet. neque enim (vt ex Cōstantino com-

vi. de exact. trib.

xv. de erog. mili. ann.

xij. eo. tit. v. li. de cohortalib. i. de colla. don. vlt. de mil. vest. xliij. xv. de erogat. mili. anno. viij. de pala. sacr. largi. i. de can. largiti.

x. de pala. sacr. larg.

memoratum est) alieni sunt à puluere & labore castro rum. Ciuiles verò annonas cum his commune haber nihil arbitror. Quin sic dictas ad differentiam omniun militarium. nã & omnis militiæ expertibus adtributa erant, Pro singulorũ, inquit, meritis non titulis digni tatium. vnde & in heredes transmitti, & in extraneo transcribi potuerunt (veluti & tesseræ frumentariæ, luculentius illæ quàm omnibus nostris in conflagratione Vesceui, Dioni explicatæ) præterquam si quando annonæ ipsæ apud ecclesias essent: vt apud alios, quibus libera alienatione interdictũ esset. His cũ satis constet ex fisco reditus militiis paratos, quid Scæuola senserit iure dubitamus, cum ait conuenisse, vt salariũ quod ab illa persona deberetur, emptori cederet: id quod nequaquam à Principe paratum esset: contrà quam Iustinianus testetur. At mihi videtur hic ea constitutione de his locutus, quæ ex casu diceretur: quarum nulla esset non publica Populi Romani, aut eius Principis, neque excludi, quo & priuatæ corporum, aut ciuitatium militiæ reperirentur: de quibus nulla esset hæsitatio, quin liberi essent commercij, sicuti cereræ priuatorum res esse solent, puta si professorum liberaliũ artium, aduocatorum (extra hos intelligo, qui Præfectis prætorio & vrbi publicè statuti sunt) ceterorúmque quibus extra ordinem salariis & mercedibus ius dici solet, per ciuitates & oppida essent corpora: quorum haud absurde militia diceretur. nam quid aliud est militia, quàm cõmunis quædam pro alienis commodis exercitatio & industria? Et ad huiuscemodi causas respexisse videtur Scæuola, cum salarij, & extraordinariarum actionum mentionẽ facit. Salariúmq; extra ordinem peti, Papinianus quoq; scribit. Quod si supremi ordinis virum Alciatũ audiamus, qui collegiis & corporibus, quib. artificij & negationis causa ius coeundi lege permissum Callistratus ait, militiarum nomen inditum ex antiquis lapidum inscriptionibus voluit: iam parũ dubitationis superfuerit. Id verò & Iustiniani auctoritate confirmari posse videtur, cum eos incessit qui professiones, seu negotiationes exercerent, iudicum ad quos earum cura pertineret, iurisdictionem declinantes. Quapropter iubet huiusmodi hominib

i. de anno. ci.

l. lxxix. de leg. ser. i. xiiij. de sacrosf. eccle. vl. de ven. re. ei. lij. de acti. emp. 3.

No. liij. 5.

i. de var. & extraor. c..

i. de. testam. mili. 2.

vij. mand.

v. de iure im mu. pen. vlt. de iurisf. om. iud.

hominibus nullā prærogatiuam in hac parte ſuppetere; ſed eos qui in quacumq; militia cōnumerantur, his iudicibus obedire cōpelli, ad quorum ſolicitudinem profeſſionis, ſeu negotiationis, quam propter militiā exercent, gubernatio reſpicit. in quacumque, inquit, militia connumerantur, qua latiſſima oratione vſus, & publicas militias, & alias comprehendiſſe, nulláſque excluſiſſe videri poteſt. Eam certè conſtitutionem in omnibus omnino negotiatoribus noſtri paſſim exaudiunt. Illud conſtat, omnes negotiationes, quæ tanquam maiorum militiarum appendices exercerentur, ſaltem contineri, vt ad Comitem ſacrarum largitionum ſpectant Gyneciarij, Lintearij, & ceteri qui conſtitutione numerantur. vt etiam Baſtagiorum militia dicta eſt; eiuſdē comitis acceſſio. vt Cellariorum, Menſorū, Lampadariorum, ceterorúmq; qui ſacris ſcriniis deputati dicuntur in militantium notitia cōſtitutioni Theodoſij & Valentiniani ſubiecta. Et hæc ſunt cunctarum adminicula dignitatium Leoni Auguſto. Edictū enim, quo præter argenti diſtractores, armorúmque exſtructionem profeſſos, militia negotiatores arcentur, non ſolum ab ipſo Iuſtiniano, ſed iam inde ante Zenonem principem: in cauſa eſt, quo minus negotiatores rectas (vt ita dixerim) & germanas illas militias exercentes intelligam, iuſſos profeſſionis ſuæ iudicibus reſpondere. Aut certè quocumque modo profeſſores, negotiatoréſque intelligamus (ſiue illi militias quas poſſent, ſiue miniſteria & artificia exercerent) illas etiam cōſtat militias appellatas. Sed & nihil prohibet, omnibus militiis principum liberalitate reditus fuiſſe ordinarios: fuiſſe tamen & extraria quædā emolumenta, quæ militiæ occaſione corraderentur: ſicuti de aduocatorum publice ſtatutorum militia legimus, quibus ex liberalitate ſtipendia, & ex clientelis honoraria redderentur. Hoc & Conſtantini & Gordiani, & aliorum Principum & iuriſconſultorum auctoritate probatur. Illud Theodoſij & Valentiniani verbis innui videtur, cum quidquid animi largitate, & principali magnificentia præſtiterant, togatis per orientem eminentiſſimæ præfecturæ præſtitutū eſſe volūt, & patronis cauſarum Vrbicariæ præfecturæ. cúmque ad-

xiij. de muri. leg. viij. có. tit. vlt. de diuer. offi. xv. de ero. mi. an. i. negoti. ne mil. i. de princ. agē. in re. xij. de cohortal.

iij. v. de postu. i. de vari. co.

v. de aduo. di. iudi.

iiij. eo. tit.

vocatis cōcedunt, quidquid ex huiuſcemodi profeſſione, vel ipſius occaſione quæſierint, poſſe veluti caſtrenſe peculium, ad exemplum militum vindicari. nam ex profeſſione ad exemplum militū ordinaria & ſtata ſtipendia interpretari poſſumus, quæ ſtatim ex ipſa aduocationis militia procedunt. ipſius autem occaſione, remotius ex clientelarum honorariis redacta, vti & armatis militibus ex præmiis & donatiuis. Sed & ſi quis negauerit, à Principibus, aut ab ærario, patronis cauſarum quicquam erogari ſolere, nō contendo. neq; enim (præter ſupradicta, & quæ de fiſci aduocatis) legiſſe memini: quemadmodum nec de profeſſoribus & medicis, quibus mercedes & ſalaria reddi Conſtantinus iubet. quamquam archiatris, & annonaria commoda ex populi commodis miniſtrari ſolere, & à ſanis eos oblata recipere potuiſſe legimus. Neque tamen hæc quæ de maiorum gentium cauſarū patronis, déque archiatris, atque ad ſacrum Palatium pertinentibus dixi, magnopere ad Scæuolæ reſponſum facere arbitror. nam is liberum & abſolutum eius militiæ commercium ſignificare videtur. Magis eſt autem, vt id ad aliorū locorum patronos, profeſſores, artifices, ceteróſque, quorum ſuprà mentionem habui, referamus. Quod ſi placet & ad omnem, quæ modo in alium transferri (quibuſcumque id tandem rationibus) poſſit, militiam referre: Laterculenſibus quoque, & nonnullis aliis palatinis pro codicillis Præſidum, præter eas, quas diximus, annonas, & emolumenta quædam præſtanda fuiſſe apparet: nec tamen ea ipſa, & ſi qua ſimilia, à Principis liberalitate aliena dici potuiſſe: cum & ex ſacra notitia, & regia iuſſione procederēt. vt ſimul verū eſſe potuerit, & à quodam alio debitum fuiſſe, & à Principe ipſo, eiúſque liberalitate idem prouenięns. Eò vſque tamen nonnulli procedunt, vt & rerum quantitatē in negotiationē deductarum militiam eſſe exiſtiment. quod ſi fateremur, iam nihil difficultatis eſſet vendi militiam, id eſt negotiationem poſſe: vt tabernam, vel menſam & legari, & ſubſignari poſſe dubium non eſt. Sed ea interpretatio mihi non probatur. nulla enim (quod equidem ſciam) auctoritate fulta eſt. neque illis laudata de pignoribus conſtit

vi. de profe. & medi. ix. eo. tit.

l. ij. C. de offic. præf. prēt. No. viij. xxiiij ſeqq.

xxiiij. de pign. lxxix. de leg. ſecū. 17. vlt. de pigno.

constitutio id confirmat. Sed vt quod potissimum de alienatione tractabamus, absoluam: diuidendas esse reor militias ab earum emolumētis. Militias ipsas si quę priuatim sodalitiis, aut corporibus aut municipiorum ordinibus constarent, alienari & pignori subici potuisse; quod tamen per eorum leges & instituta licuisset, quę in his ex lege Solonis custodienda & Caius probat, & non obscure Iustinianus quoque pro tenore communis militantium placiti. Palatinas quoque ex casu secūdum ea quæ supra tractauimus, potuisse, At emolumenta, partim ipsarum vicem militiarum sustinuisse, atque earum fuisse loco subrogatus impéderet: partim anniuersaria, & subinde iteranda. atque hæc omnia & vēdi, & supponi, & in creditores transferri potuisse. sed & ad hæredes transmitti, vt & Zenonis, plerisque aliis constitutionib. testatum est. Quinetiā & in executionem iudicati quoque capi, vt de stipēdiis rescriptum est, cum quibus nostri confundunt & commoda præmiorum, quæ propter coronas sacras præstantur, Papiniano scribente, posse eis condemnatio interdici, pecuniámq; in causam iudicati capi. Quo loco athletarum præmia rectius intelligenda sunt, qui (vt Vlpianus ait) sacris certaminibus coronantur. Horum autem certamina non solū quattuor Gręcię notissimis locis, sed & Romę tum aliis, tum Alexandro Augusto auctore celebrabantur. Notaq; sunt Hieronicarū præmia ex Vitruuio, quod publice (vt ait) cum palma & corona ferrent laudes: & cū reuerterentur in suas ciuitates quadrigis inueherentur, atque è republica perpetua vita cōstitutis vectigalibus fruerentur. Apud Romanos quoq; & præmia & commoda consequi, præter munerum excusationem apud iuris auctores tractatā, solere eos & ex Papiniano constat, & ex Plinio: cuius hęc verba sunt, cum de coronis agit libr. xxj. Semper tamen auctoritas vel ludicro quæsitarum fuit. namq; ad certamina in circum per ludos & ipsi descendebant, & seruos suos quoq; mittebāt. inde illa duodecim tabularum lex. Qui coronam parit ipse, pecuniámve eius, virtutis ergo arguitur. Quam serui equíve meruissent, pecuniam partam lege dici nemo dubitauit. quo loco Circensium ludorum mētione facta eo pertinere significatur, quod

vl. de colle. & corp. vlti. de pig.
xj. de prox. sacr. scrin. v. qui mili. non poss. xxx. de inoff. test.
vlt. de pig.
iiij. de exec. rei iud.
xl. de re iud.
vj. de execu. tu. 5.
i. de athl.
xl. de re iud.
iiij. de his qui no. infa.
xviij. de mu. & ho. 9.

Vlpianus scribit de athletis & agitatoribus, & qui aq equis spargunt, ceterísq; qui certaminibus sacris dese uiunt, quódq; Arcadius, cum de mastigophoris, qui ag nothetas in certaminibus comitantur. Proinde cum stipendiis commoda hęc sæparentur, à veritate alienu est, non posse ea ex iudicato pręterquã in subsidium c pi. quamquam præmiorũ spem, quæ pro coronis athle tis pensitanda sunt, priuatim pignerari nõ posse Alex der constituit, ideóq; nec in generalẽ obligationem c

v. quæ res pi. ob. poss. dere. Nihil enim hoc ad excusationem iudicati repellẽ dam. nã priuata, inquit, pactione pignerare, minime ad mittendum est, iurisdictionem certe nõ excludit. Qua propter nec cum militiarum nostrarum cõmodis athle tarũ, aurigatorúmve pręmia commune aliquid haben quæ diximus & hypothecæ dari potuisse, & in causan quoq; iudicati capi. Quod quatenus publicas, quas di ximus, militias respicit, ad similitudinẽ armatæ militia

iiij. de exce. rei. iud. intelligendum puto, si aliis rationibus (vt principe aiunt) iudicatũ exerceri non possit. Sed & hoc ad ea qua durante militia erogantur, redigendum est. neq; in ve teranis & emeritis locum habet, quorum propriè sun commoda: merentium vero stipendia. Suetonius in Ne rone: Atq; ita iam exhaustus & egens, vt stipendia quo q; militum & commoda veteranorum protrahi & dif

i. de primip. ferri necesse essent. Item in Caligula. Ceterorũ increpi ta cupiditate, commoda emeritę militię ad sexcẽtorum millium summã recidit. Vnde & quod Gordianus ait, Commoda primipilatus post administrationẽ incipere deberi, post administrationem finitã magis est vt intel

v. vij. xiij. de cohortal. xxiij. de adi. leg. ligatur, siue is primipilatus sit centuriatæ castrensisque militiæ notæ significationis, siue ciuilis administratio nis vt Principũ constitutiones significare videtur, quòd Alciatus disputat, sic & pecuniam ex ratione Primipili commodorum apud Papinianum accipio. Quod igitur de stipendiis vetitum est, non de commodis, idem esse arbitror. nam & maior est ipsorum militantium, quàm veteranorum fauoris ratio: ac publicæ vtilitatis propius interest stipendia non exhauriri, ne interpelletur miles ab opera nauanda eo tẽpore, quo corpus (vt ait Liuius) addictum atque oblatum, siue legi maius obæratum

reipub.

reipub.esset. Quo nomine sub finem quarti libri docet, à gratulabũda plebe hilarè acceptum, quod Senatus decreuit, vt stipendium miles de publico acciperet: cũ ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset. Quibus rationibus eandem distinctionem & inermis militiæ commodorum ac stipendiorum in executione iudicati adhibendam esse non negauerim. Quod autem septimum decimum annum his militiis quarũ Scæuola meminit, idoneum arbitraris, armatarum exemplo sic interpretatus quod ætatem ipse quandam his iustam exigi significat: quodque Vlpianus id ius minoris quoque filij familias personæ coherere, subsisto: neque enim mihi omnimodo videntur hæ ad armatarũ speciem redigendæ: etsi in plerisque conueniant, vt ex prædictis colligi potest, vnde & ab vtrisque serui prohibentur: vt eleganter ex Marciano, itemque ex Vlpiano collegisti. quod & duplicata constitutione Iustinianus cauit: Plus autem aliquanto prudentiæ quàm in armatis militibus (quorũ propria simplicitas est, Antonino teste) in ciuilibus exigitur. vnde nec minoribus vigintiquinque annis honores deferri solent, si nihil proprie, vt Vlpianus ait, in patria seruatur. cũ tamen armatæ militiæ scias & impuberes nomen dare solitos, & tribunos quoq; militum factos. quo casu & testamenta per antiquas leges condiderunt. quamquã hoc Iustinianus princeps abrogauit: cui suis temporibus indignũ visum est, vt possent sapiẽtium hominũ iura pertractare. Liuius quoq; libro 7. secũdi belli Punici scribit, ex iis qui in principio eius belli sedecim annos nati fuerãt, neque militauerant, omnes ærarios factos, quod eiusmodi ætatis non iustam excusationem fuisse significat. Mihi minime absurdum esset, si quis diceret, Principis quidem voluntatem in his, veluti & in supremis honoribus deferẽdis, dominatam, minores enim scimus & Prætores & Consules factos. Dein militias cum administratione coniunctas, haud temere ante iustam ætatem delatas, quæ vero administrationem non haberẽt, cuicunq; armatę militię capaci competere potuisse: sodalitij statutis, ac municipiorum legib. illęsis: atq; his quoq; quę specialiter iure comprehensa sunt, vt est de postulãdo edictum, Feuda postremo

ć. de leg. ter pen. iij. de min. 6.

xvj. C. de testa. mil. xj. de re mil. xj. de leg. ter. 13. vj. vij. qui mil. non pos. j. C. de iuris & fa. igno. viij de mun. & hono. ij. de vac. mu. vlt. C. de test. mil.

lvij. de re iu. xij de iudi. vlt. de col. & corp. ij. de vac. mun j. de postul. 3.

quæ non minus barbaro quàm inepto,& ſibi parũ conſtanti, ac vix meo iudicio legi digno volumine cõtinẽtur, militias fuiſſe (quod Gregorius Haloander doctiſſimus ille optiméq; de legum ſtudioſis meritus exiſtimauit) his quæ dicta ſunt non conuenire : ac propterea mihi quoque non probari, vides. Miratum autẽ me fa-
ij. de ori.iur. teor, cur Zaſius & ipſe de legum ſcientia bene meritus, cum ad Pomponium ſcribens cenſuerit Feuda ex antiquis clientelis dependere (quod aliquanto prius & Budæus tradiderat: is à quo recẽtiores noſtri & modum legitimæ interpretationis, & pleraq; vtilia, quibus veluti propriis gloriã interim adſecuti ſunt, habuerũt) deinde Feudorum compendium exorſus, Haloandri auctoritatem ad ſuam opinionem commendandam traxerit. Sed & eodem pertinere ait, quod ſcribit Viglius, fuiſſe tyrones qui publicis ſtipendiis ad militarem diſciplinam inſtituerentur, ac demum in numeros referrentur, vnde & Feudorum conſuetudinem originem ſumpſiſſe arbitratur. Quid enim hęc ad Zaſij clientelas? Neq; equidem illas multum ad Feuda contuliſſe crediderim: qui eas legiſſe non memini vicis, aut cõciliabulis, aut latifundiis oppignerari ſolere. Sed & patronos cliẽtes ipſi ſibi adoptabant: quod Feudis conſtituendis parum cõgruit. Viglius aliquanto ad ſcopum proximius: qui ad armatos
xv. de re mili. milites hæc rettulit. Non tamen ego ad ſuos, qui vel ad numeros inſtituerentur, vel in numeris exercerẽtur. Hi enim (vt ait Leo) qui à repub. armantur, & aluntur, ſolis debent vtilitatib. publicis occupari, nec agrorum cultui, aut aliis quæſtuariis, ſed proprie muniis inſudare mili-
xv. de rei vidi. tiæ: ſed frequentes in numero ſuo eſſe, vt armorum cottidiano exercitio ſe præparent. Niſi vero dixerimus cre-
xvij. di poſſe, & illic qui ſic exercerentur prædia interdũ ad-
xxxiij.i.de teſta. mi. xj.de eui. xxxviij. de teſta. mil. v.C.eo. ſignata, per alios interim colẽda, nam & agrum militibus adſignatum, apud Vlpianum legimus, quę vox ſtipendia facientes ipſos, & in numeris conſtitutos denotat. Sed quid de veteranorum præmiis, agríſque in hoc adſignatis intelligas, vt Paulus ſcribit? vt milites qui è veſtigio mittendi eſſent, Vlpiano ſignificentur? aut etiam miſſi, vt & plerumque adſolent? Quid ſi Limitaneos milites propius ad rem noſtram? Sola inquit Lampridius

pridius in Alexandro, quæ de hostibus capta sunt limitaneis ducibus, & militibus donauit, ita vt eorum essent, si hæredes eorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent dicens attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent. nam hæ qualitates, vt hæredes si militauerint, transeant, nec ad priuatos pertineant, apposité ad Feudorum naturam faciunt. Limitaneos vero agros ad milites pertinere, ab ipsisque curari pro suo compendio, atque arari consueuisse, Principes nostri testantur. Quin & castellanos tantum milites, quibus adscripta essent castellorum quæ in limitibus essent territoria, possidere posse, & de quibus iudicauit antiquitas: nec præterea quemquam priuatæ conditionis. Vnde verba illa. De Quibus Iudicauit Antiquitas, nonne & clamare videntur, consuetudine id sancitum? Atque hęc plurimum hanc sententiam adiuuarent, si iurisdictionem quoque militibus adtributam legeremus. cuius in quempiam translationem Romano iuri refragari contendunt, qui eo iure negant eas consuetudines ortas. Addunt & personarum quoque & rerum seruitutes iis contineri: ac propterea populo Romano si cognitæ fuissent, etiam odio habendas fuisse. Quasi vero & rerum & personarum seruitutes item Romano iure non constent: aut iurisdictionis etiam potestatisque translatio, iam inde à lege Regia, non quidem in singulos priuatos, sed qui iam & personam publicam induāt. vnde & nec præterea, inquiunt, in quemquam priuatæ conditionis. Ac si castellorum territoria quæ ab his possideri, quibus adscripta sunt, Augusti constituerunt, & ad iurisdictionem referamus, ex eo quod territorij verbo eam constare nostri ex Pomponio credunt: quid vltra iam & de iurisdictione dubitandum erit? Quamquā enim à terrendis hostibus dictum territorium & Iulius Frontinus, & Agennius Vrbicus velint: Varro autem ex eo quod maximè teratur: quin tamen per magistratus ea fieri potissime ac frequentius solerent, nihil contradicunt. Itaque iurisconsulti expositionem, cui nihil alij refragantur, in voce quæ ad ius ciuile pertinet credimus legislatores in constitutione secutos. Porro cum à populo Romano legamus & regna quæ ex hosti-

vlti. de fund. lim. ij. de off. præf. præt. iiij. de offic. mil. iud. ij. de fund. limi.

cxxxvj. de regul. iu. alia. clxxvj. iiij. de iusti. & iure. iiij. de sta. ho. de serui. j. de cōstitu. princ. ij. de fund. lim.

cxxxix. de verb. si.

bus capta sunt, Masinissæ & Eumeni, & plerisq; tradita: regésque & tetrarchas à Principibus constitutos Herodem, Philippum, Agrippam, & alios: quid mirum si per imperij eius inclinationem & incommoda, si per militum insolentiam & audaciam, si per Principum indulgentias & conniuentiam, prædictorum exempla, & cōsuetudines eiusmodi in rempub. irrepsisse existimemus? quæ & clientelarum & libertinorum obsequis, & patronorū imagine adoleuerint? Quibus ex causis verisimile videtur, non ex singulis quidem, at ex plerisque, vel certe ex vniuersis, id quod quærebamus, inueniri. Vale Florentia, III. Calendas Decembreis. M. D. XLII.

FINIS.

IACOBVS TAVRELLVS DE FRATRE.

Lælius hic ne, an Delius est? qui tam bene iura
Clara facit, tenebris eruta Cimmerijs?
Delius est certæ vates quin Lælius ipse:
Agnomen sed cui iure datum est, sapiens.
Lector ades, lucémque nouam cum videris, ora.
Talia vt illustret plurima, dent superi.

Ex Perusini gymnasij cathedra.

INDEX EORVM LOCORVM, QVI HIS LIBRIS EMENDANTVR, ET DECLARANTVR.

Sunt autem stellula notati negatione addita, aut ablata emendati. Numerus item prior paginam indicat, posterior verò eius paginæ versum.

LIBER CODICIS.

LIB.

IN NOVELLIS ET AVTHENTICIS.

EX IVRE PONTIFICIO.

Hæc potißimum colligenda curauimus: de quibus in his libris tractatur. Alia autem sunt non pauca, quæ, quia leuiter attinguntur, lectori perpendenda relinquimus.

INDEX SINGVLORVM CAPITVM QVATTVOR LIBRORVM Emendationum & Opinionum.

LIBER I.

LIBER II.

Anti-

LIB. III.

LIB. III.

Vlpia-

RERVM ET VERBORVM IN HISCE,

TVM AVGVSTINI, TVM *Lælij Taurelli libris commemorabilum Index.*

***

Ca

D

Dena

G

H

Iter

M

Massu-

N

Qua

FINIS.

LECTORI.

Commonefactum te velimus, candide lector, nos in quibusdam, propter Florentinar. Pandectar. scripturam, à recepto scribendi usu discessisse, ut illam ipsam antiquitatem repræsentaremus. Itaque semper scribendum est quicumque, epistula, nonnumquam, condictio, Mucius, heres, ceterum, & alia id genus. Notas quoq. omnes, si per librarios, & Accursianos nostros licuisset, libenti omisissemus animo: his paucis exceptis quib. crebro utimur, Omnib. maior. atq. quas in illis libris reperimus, sed raras.

Q
60

Ant.o Agostino da
Saragozza dottissimo.
a 25 an. scrisse le
Emendationes.
Morì di 69 an. al 1586
V. Ferrarson.

